daulo qua dom⁹ dei pateſcit ⁊ aperiſ. hꝛc eſt q̄ habenas voluptat⁊: ſub freno rōis tacere cogit. hꝛc eſt q̄ iohānes in deſerto decorat. hꝛc ē qua paulus heremitaꝝ forma beatificat. hꝛc anto-nū alexādꝝ ſctōꝝ patrū lotica ē ⁊ zona q̄ p̄cinxi ⁊ armati in excelſo indefeſſa voce q̄ndie clamare nō ceſſāt. O fortitudo: heremitaꝝ bacul⁹: cœnobitaꝝ cingulus: monachoꝝq; olim ſacramē tum: tu ꝑ pauptatē valeo: vt nō frangaſ anim⁹ pauptatē amātis: ꝑ ampliꝰ ſit inteꝛ⁹ ⁊ magis vireſcat i mēte. Mto min⁹ abandat i reb⁹ fortu ne: tāto plus valet fortitudo ꝑ mūdi inſultū. O fortitudo ſi voloſē pateꝛ: tu i oīb⁹ grās agis: tu i tribulatiōe diuitias ſpirituales ⁊ delitias inue nis: vt pon⁹ morbi cedāt in mentis cōmodū q̄ corpis detrimētū. O fortitudo oēm crudelitatē euacuas: carcerē reſpuis: crucē ñ metuis: eculeū amplecteꝛ: optas vincula: ſpontanea ſp carnis ad mortē. O monache nihil valet curſus tui ſta uꝝ: nihil tua opatio: niſi colūna fortitudis robo reſ. Nihil valet ędificiū boni opis: niſi columnā fortitudinis amplexeꝛ. Sꝫ ſi colūna fortitudis fracta fuerit: totū ędificiū bonoꝝ opeꝝ ruit. hāc 2. Regſ. 11. ſi dauid tenuiſſet: homicidiū ⁊ adulteriū nō cō- Judicū 16. miſiſſet. Si ſamſō hāc ſeruaſſet: ſęis eū inimicis 1. Regſ. 11. nō tradidiſſet. Si ſalomō hanc dilexiſſet: idola Matth. 16. nō adoraſſet. Si petrus hanc tenuiſſet: ad vocē Exo. 15. ancille fidē nō negaſſet. Si filij iſrl hāc habuiſ ſent: minime in deſerto murmuraſſent. Ea igit frēs eſtote fortes in bello temptationū: tribula tionū: infirmitatū: iniuriaꝝ: ⁊ pugnate cū antiq̄ ſerpēte: ⁊ accipietis regnū ęternū: Amen.

De iuſticia ⁊ correctione fraterna: Sermo XIIII

Bene noſtis frēs chariſſimi: tria mona ſteria apud hipponā dei gra merui lau dabiliꝰ ad honorē ſancte trinitatis ꝓſtrue re. Quoꝝ ꝑmū hoc eſt: in q̄ iā annis multis mo dico pabulo ꝓtenti būaꝛiter cōmoraml: beſtijs aſſociati: ausꝰ miſtrati: aboꝝq; ſpernēteꝫ delitias ⁊ vſus hoim fugiētes. Et ideo nō ego mi ſer: ꝑ vos ſępe angeloꝝ aſſueti eſtis colloquio. Aliud q̄s monaſteriū i horto: quē ſctūs nr̄ pr̄ va leri⁹ mihi dedit: ędificatū eſt. Et q̄m poſtq̄ pręſ byter ego fact⁹ ſum: nec ſp hic vobiſcū habitare potui: nec cū fribus q̄ in ꝑdicto monaſterio poſ ti ſūt: ꝓpterea infra domū epi mecū habere vo lui monaſteriū clericoꝝ: ⁊ cū eiſdē pariter viuere epi fm regulā ⁊ aplicā traditionē. Ad vos ergo m̄s qui in heremo laudabiliter viuere voluiſtis: ꝓnet verbū iſtud audire ⁊ intelligere: atq; opi- Bal. 1. bus adimplere: q̄ dicit: Diligite iuſticiā. Ad frēs aūt nr̄os ⁊ clericos q̄ in vrbe habitāt: q̄bus etiā expedit ꝑdicare q̄tidie verbū dei: ꝓtinet nō ſolū diligere iuſticiā q̄ ad ſeipſos: ꝑ etiā iudicare: re prehēdere: obſecrare: increpare in oi paniēcia et doctrina q̄m electū dei. Et licet frēs nr̄i q̄ col locati ſunt in horto ſctī epi valeāt ſanio diſcēt ab vrbe: qz eoꝝ tā fama diuulgat⁹ ē: ordi nauit vt verbū dei ꝑ eos ſalubit⁊ ꝑdicaret: aliq̄s fi deliū ſuā vitā: doctrinā ⁊ exēpla audiēdo ⁊ vidē do ſponte rediret ad illū q̄ ex nihilo cūcta crea uit. Ecce quō terrā iudicāt: ligāt ⁊ ſoluūt q̄ vo lūt: ſp deo fauēte. Vos vero q̄ ſegregati eſtis a ſęclo: q̄ etiā virā nationē eligere voluiſtis: audite q̄ i cūctis mādatis iuſticiā diligere debeat⁊. O frēs B mei ⁊ lętitia cordis mei: vultis ſcire quō vos ſo litarij iuſticiā diligere debeat⁊? Cauete ne ſic ab alterius oculo feſtucaꝫ ejiciatis: vt in oculo v⁹ trabē nō videatis: Nec ſic alterius velitis reue lare lapſū: vt v⁹ nō videat⁊ caſū: Nec ſic alteri⁹ curare debeat⁊ morbū: vt ⁊ vosipſos poſtponat⁊ ęſtoo: ne cuilibet v⁹m dicat⁊: Medice cura ꝑmo teipſū. Cura q̄ ꝑmo teipm o monache: vt curat⁹ alteri⁹ vulnera curare poſſis. Audite frēs mei: audite q̄d dñs dixerit phariſeis adulterā accuſā tib⁹: Qui ſine pctō ē v⁹m ꝑm⁹ in illā lapidē mit- Joh. 8. tat. O monache in q̄ alterū iudicas: teipm cōdem Ro. 2. nas. Qua frōte frēs mei poterim⁹ arguere alios de eo q̄ in nob graui⁹ inuenimus? Ad nos igit frēs ꝓtinet mūdos eſſe ⁊ ſctōꝝ: ⁊ ſi rūc fratrē n̄m deuiare videm⁹: reꝓhēdere eū cū oi māſuetudie ſine mora debem⁹: ne ꝑ noſtrā negligētā pear. Charitas eſt nō odū: nō rancoris: ꝑ zelo iuſticię gladiū correctiōis exaginare dz: Cū ſp miſcēto ligata ſit i cordib⁹ vr̄is: ne velut iudas ille q̄ pec Matth. 27. cauit: deſperat⁹ ad ſuſpēdiū pergat. Hoc alit ad vos maxime ꝓtinet frēs. Sꝫ q̄d ad frēs in vrbe habitantes ꝓtineat audiam⁹. Certe nō ſolū ꝑ C ꝑ etiā ſpectat ne iudiciū odio exaſperēt: ne cru delitate inflāment: ne amore pecunię emolliāt: q̄ paupes vere ſum⁹: ⁊ ſpectaculū facti ſumꝰ 1. Cor. 4. angelis ⁊ hoīb⁹: ne timore iuſticiā relinquāt: ne eos moueat reo purpura: nec diuit⁊ munera: ꝑ magis ſacc⁹ paupis: orphani ⁊ pupilli eos moue re dz dei iuſticiā cū labore exercere. Regia via q̄ terrā iudicāt ſcedere debēt: nec declinare ad dex terā molliēdo iudiciū: nec ad ſiniſtrā exaſperan do ſuppliciū. Nō em̄ crudelitas ē punire reatū ꝑ iuſticia: nō tyrānicū ꝑ diuinę rectitudis iudiciū. Nō tñ volum⁹: nec ꝓſiliū dam⁹ vt moꝝ iudicēt: ꝑ cū oēm maturitate incedāt: ⁊ inucta diſcuſſaq; rei cū in xpi nole iudicēt delinquēteꝫ: ⁊ ſi public ce peccauerint: publice puniant⁊ vt ⁊ ceteri iuſti- 1. Timoth. 5. ciam diligēteꝫ fortius diligant: ⁊ iuſticiā odien teꝫ metuāt ⁊ cauēāt ne delinquāt. O ſctā lauda- D

dūlisq; iustitia: sub te ꝛ p te pudicitia regnat: par
p te triūphat ꝛ securitas: dignitas p te floret: et
fructū affert in patiētia. O iustitia q̄ te amauerit: q̄ te strinxerit: cū morsu mare mūdi vitioū
sanguine rubricatū: sicco vestigio ptrāsibit. Hęc
est virga qua petra pcussa manat in fluēta: qz la
pidea subditoꝝ corda iudicio iustitię tacta: i vir
tutū eruberāt fluminā. Hęc ē virga aarō: q̄ fron-
dauit: floruit ꝛ fructū peperit: qz iustitia quasi frō
det dū mēte capit: floret dū viriliter exercet: fru
ctificat dū subditus corrigit. Hęc ē ventilabrū: q̄
Wanb.3. granū diuidit a palea: sanies a morbo ejicit: qz
Ꝫ morbū pcti opponendū est mordax emplastrū:
ne in maius vitiū tabes eruberet incurata: ꝛ in
augmentū facinoris redundet iniq̄tas impunita. Hęc est mēsura: qua debem⁹ meriti pēnas: et
merita ponderare. Attēdite tū frēs: attēdite pa-
stores q̄ terrā iudicare debetis: q̄ aliq̄ iustitia ē
relaxanda ꝓpter scandalū multoꝝ: aliq̄s exagi-
tanda vt sit cautela reliquoꝝ. Tūc vere iustitia
vicit gladi⁹ ex vtraq; pte acutus: qz bolo defen-
dit corpus ab exteriorib⁹ iniurijs: ꝛ alam a spiri-
talibus molestijs. Hęc est medicina vitioꝝ: anti
Psalm.25. dotum peccatorum. Hęc est pugio: quo pbinees
transfixit coeuntem cum madianitide iudęā: et
1.Reg.17. cessauit quassatio. Hęc est lapis quo dauid per-
cussit philistęum: ꝛ a seruitute isrl liberauit. Hęc
aūt sine discretiōe: gladi⁹ ē in manu furiosi. Hęc
sine prudētia: est mors ꝛ bonoꝝ psecutio. Hęc si-
E ne misćbia: gladius ē in manu tyrāni. Cū sūma
eñ discretiōe frēs mei tenēda ē iustitia: cū sūma
deliberatiōe inferēda ē pēna: nō iudicādo ex su-
spitiōe: ꝫ ex ossi certitudine veritatis. Attendite
Job.7. frēs mei ꝛ ante probate: postea recte iudicate: si
fm facit: ꝫ recto iudicio. O q̄ facile est iudicare:
ꝫ o q̄ amaꝝ est q̄ iudicatū est retrahere. Jdeo
nō puer: nō insensatus vobis pcesse dz: ꝫ anno-
suo: prudēo: castus: sobrius: vt in progressu ꝛ sta
Wanb.5. tu sal terrę ꝛ luxmūdi cūctis oparear: Talis iu-
stitiā nō potest ignorare. Tūc eñ regnū roma
noꝝ pacifice tādiu pseuerauit: q̄diu sapiētes re-
gere pmisērūt: Sz dū iuuenes ꝛ inexpertos rege
re pmisērūt: tanq̄ iustitiā ignorātes: acceptotes
psonaꝝ facti sunt: ꝛ sic iustitiā pdentes dīuum or
bis terraꝝ pdiderūt. Juuenes q̄ imprudētes: du
ces vel ecclesiaꝝ pastores nō ꝛstituēdi sūt: ne ipsi
sil cū pplo pēāt. Tales eñ si ꝓsūt: nō solū ꝓterita
ꝛ futura nō cogitāt: ꝫ audire q̄ bonū ē ꝛ vez au
res suas obturāt. Taliter etiā nō solū iuuenes:
ꝫ etiā antiquos in diebus malis: ꝫ facere frequē-
ter minime dubitam⁹. Vita eñ pastoꝝ oib⁹ p
desse dz. Et quō ꝫ q̄s facē poterit: si iustitiā igno
rauerit: ꝛ regnare in ęternū credident ꝛ Jsti me-

morari nouissima sua nō pōt: qz in ęternū viuere Eccl.7.
credūt. O frēs sicut frequēter diximus: pastores
ꝛ pncipes romanoꝝ scientiā de ꝓterit̄ habebāt:
in q̄bus ꝛ certificari optime poterāt: ꝛ de futuris
aliq̄d scire sp procurabāt. In ꝫ aūt exercitiū eo
rum cōsistebat: q̄ iustitiam vsq; ad mortē seque-
bantur: ꝛ pro ea mortēdo felices se esse putabāt.
Tu vero o monache qui pīes: obsecro memo-
rare quid es: quid fuisti: ꝛ quid eris: tunc iustus
reputaberis a deo: ꝛ in ęternū nō peccabis. Hęc
aūt frēs mei sit sp nra exercitatio: ꝛ si hęc fecerī- 5
mus: vere fideles ꝛ iusti erimus. Sz sunt aliq̄: li-
cet dei gra nō inter nos: q̄ spū libertatis viuere
volūt: vt iupbi: auari: discholi: gulosi: adulti: q̄
si ab aliquo repehēdūt: latrāt vt canes: mordēt
vt serpētes: deuorāt vt leones: dolent vt ꝓtuī-
tes: dicētes malū bonū: ꝛ bonū malū. Tales ap-
ta facie: viuoq; sermone: negare iustitiā ꝑsumūt
dicētes: Ecce quō me ꝑsequit hypocrita: q̄ iusti-
tiā tenere videt. Talis deniq; frēs oībus peior
est: ꝛ melius illi fuisset si in sęculo remāsisset. Et
ideo si in nra ꝓgregatōe aliquē talē inuenerim⁹:
q̄ de⁹ auertat: q̄ sic iustitiā calcare voluerit: nō
tenēdus est ꝫ expellēdus: tanq̄ viuere volēs in
spū libertatis suę. A q̄b⁹ tū nos liberet de⁹ sic ba-
ptemus fecit p granā suā: vt nra fidā ꝛ imaculata
religio de bono in melius sp augmētet: p iesum
christū saluatorē nostrū: Amen.

De fide trinitatis a simplicibus non inuestigada: Et septē donis spūs sancti cōtra septem vitia: Sermo XV

Scriptū est frēs charissimi: q̄ nō debem⁹ B
loqui sublimia: tanq̄ sapiētes mūdi glo
riātes. Aut eñ ꝓpheta: Nolite multipli- 1.Reg.2.
care loqui sublimia. Hoc aūt verbū ad vos ma-
xime dirigit q̄ rusticani estis in siluis habitātes:
licet ciues sctoꝝ ꝛ domestici dei vos nullaten⁹ Eph.2.
dubitare debeam⁹. Nolite igit̄ multiplicare lo-
qui sublimia. Quę sunt ista sublimia de quibus
nō licet multū loq̄: nisi ō dei ois potētia: de vnige
niti eius coęternitate: de sanctis spūs magnificē-
tia? O frēs mei ꝛ lętitia cordis mei si volum⁹ sci-
re q̄tum pt̄ imensus sit: aggredēdere nō valem⁹.
Si imaginari cupimus quō filius coęternus sit
ꝛ ꝓsubstātialis: mēs hūana ois naturalis succūbit. Si scire desideramus qualiter spūs scūs ois
ptinet ꝛ nō ptinet: ois humana rō defecit. Jdeo
hęc ois discutere nō curemus. Quare non: nisi
qz nullo mō valemus? Propterea frēs mei scia-
tis: q̄ vbicūq; querit̄ de vnitate trinitatis: ma-
gna ē adhibēda cautela: qz nec periculosi⁹ aliubi
errat: neq; laboriosius aliq̄d querit: nec fructuo-
sius aliq̄d inuenit. Vbiat igit̄ ꝫ volētes scire vltra

id ꝙ necesse est: scīm ille salomō: t repehēdē
Eccl.3. do atq; docēdo dicat: Altiora te ne quæsieris:
t fortiora te ne scruteris. Surgat etiā paulus
columna fidelīū t lumē orbis terr̄: t sua voce
ꝓfundat oēs philosophātes: nomē xpi portā
Ro.12. tes: volēte sape plus ꝙ oportet sage. Nō tñ
dico frēs: q; olo nō quærat: ꝑ ḡtiōes in domi
nio vos qui grossi estis multiplicare non de
beritis. Quærite tantū vos qui spiritales estis:
quō ꝓcepta dei seruare possitis: quō diabolū
in heremo fugare debeatis: quō panēnā quā
xps docuit amplecti valeat. Hæc em̄ seru⁹ dei
sp legere t adiplere dz. Natura denīq; nra fra
gilis ēt t ea rōe cōprehēdi ñ pōt. Pba etiā ari
stodem⁹ annis multis insudauit naturā apto
inuestigare: nec finalr potuit. Quō ḡ nos tri
nitatē capē valem⁹? Cur miramur o frēs q; la
tet sumus: t ventrē sterconū⁹ plenū portātes:
si nescire possim⁹ dei naturā? Nunqd t angeli
ipsam in cēlo inuestigare pñt? Certū est q; nō.
Quid em̄ scīt: nisi q; de⁹ trinus t vnus est: t
ola sine labore t pēna creauit t gubernat? No
lite ergo frēs loq; sublimia: nolite sape plus ꝙ
oportet sapē. In die em̄ iudicij nō dānabunt
ebuistiani: nec rōem reddēt q; philosophiā vl
dialecticā: astrologiā vel musicā ignorauerīt:
B nec de ḃ q; naturā dei scire ñ potuerūt: ꝑ ideo
dānabunt: q; deo obedire neglexerūt. Ꝑdeo
satore frēs q; melius ē pie ꝓfiteri ignorantiā:
ꝙ temere scientā vēdicare: q; temeritas pnā
dz: ꝑ ignorātia ꝓmeret venīā. Sufficiat nob
scire de mysterio trinitatis tñ ḡtū ois disci
pulis suis exposuit. Nemo em̄ nouit sic de na
Matth.28. tura sua dicere sicut ipse q; ait: Baptizate gen
tes in nole pñs t filij t spūsci. Treo aperte p
nūciat personas: sed vnitatē ostēdit dicēo: in
nomine: nō em̄ dixit in nominibus. Trinitas
em̄ diuiditur indiuisibiliter: t coniungitur di
uisibiliter. Singulariter em̄ vna qq; ꝑsona
deus ē t vita vl deitas indiuisa in ope: ꝑcois
in volūtate: par in potētia: æqualis i glia: nec
minor ali⁹ in singulis: nec auget in trib⁹. San
Ro.11. cta ḡ trinitas vn⁹ deus ē: et quo oīa: p quē oīa
in q; oīa sunt. Et ne treos deos putarem⁹ esse:
Gen.1. ait apls: Ipsi gīa: nō ipsis. Ipsi qdē gīa sp
sit: qui ait: Faciam⁹ hoīem ad imaginē t simi
tudinē nostrā. Cū em̄ singulariter dicit imaginē:
ostendit vnā esse naturā ei⁹ ad cuius similitudi
nē hō fieret. Cū vero pluraliter dixit: nostrā:
demōstrat deū nō vnā esse ꝑsonā: ad cui⁹ ima
ginē hō fiebat. Si em̄ essēt pres t filij t spūs
sancti vna esset ꝑsona: nō dixisset nostrā: ꝑ mea:
nec faciam⁹: ꝑ faciā. Si vero in illis trib⁹ ꝑsonis tres essent essentiæ: nō dixisset nra: ꝑ nr̄as.
Et ideo cum dicit ad imaginē nostrā: indicat
trinitatē vnitatis: ad cuius imaginē factus ē
hō noster interior: q; similitudinē sanctæ trinitatis
retinet. Sicut em̄ pr̄ deus: filius deus: spūs sanctus deus: nō tres deos credim⁹ sed vnū deū
tres ꝑsonas habentē: ita alia intellectus: alia
volūtas: t alia memoria: nō tñ tres aiæ in vno
corpore sunt ꝑ vna ala: quæ licet vni⁹ sit substantiæ t naturæ: tres tñ hz dignitates: intellectū: volūtatē t memoriā. Et sicut ex patre generat filius: t ex patre filioq; ꝓcedit spūs sanctus: ita per intellectū generat voluntas: t ex
bis duob⁹ procedit memoria. Sine his trib⁹
ala ꝑfecta esse non pōt: nec hoz trium vnū sine
alijs duobus aliqd integrū ꝓficit. Nec solum
sufficit intellect⁹: nisi sit volūtas in amore: nec
hæc duo: nisi addat memoria: q; semp in mēte
intelligentis t diligētis manet eligens. Vniuersitatē em̄ ꝓdito: deus oēs motus aiæ ad do
nū facit: Intellectū vt intelligam⁹ qđ iubet:
voluntatem vt sit in amore eius: memoriam
ne obliuiscamur quod imperat. Ea ergo fra- L
tres mei t corona matris meæ nolite discutere
nisi ḡtum vobis necesse est ad salutē. Nolite Ro.12.
sapere nisi ḡtū oportet sape. Quid em̄ oportet sapere nisi q; deus trinus t vnus ē? Quid
aliud necesse est nobis: nisi declinare a malo Pā 36.
t facere qđ bonū est? Quid aliud necesse ē nobis: nisi vt bona cognoscamus t mala? Bona vt sciamus ea rapere: mala vt sciamus ea
deuitare. Non est igit malū scire malū: q; nisi
cognoueris quō vitare poteris? Per legē nāq; Ro.7.
pctm̄ cognoui: ait apls: q; ante legē pctm̄ nō
cognoui: sed post legem datam quid tenendum qđ vitandū erat cognoui. Malū ḡ scire non est malū: sed malū operari malum esse
ḍa paganor⁹ vnq; dubitauit? Necesse est ḡ sci D
re q; superbia mater ē t caput oīm vitior⁹. Ab
ea em̄ descendit inanis gloria: inuidia: ira: tristicia: auaricia: voluptas carnis: i qua ꝓnēc
gula atq; luxuria. Ascendit qđ frēs mei ad sapientiā huius mūdi: t dū ꝓficerat bonores sibi a discipulis exhibitos: extendit alas suas
vsq; ad terminos orbis terr̄: t de se pręsumēs
gloriat: t sic superbiēdo t pręsumēdo mox in
anis gloria ꝓsumētē aggredit: dum ab alijs
querit gloriosus videri. Et dū sic querit: a q;
buscūq; ꝓficerat et videt se despici: dicēbus:
Non est qđ a multis credit. Plures nāq; sunt
eo acutiores: t plures eo meliores nō dubita-

mus. Inflatus vero ille q̄ se putat omia scire vel singula possidere: vidēo quosdā altiores sermoz cū inuidia aggredik: cui⁹ vestigiū ira imitak: t nō valens tā opere perficere: tristatur: t quērēs ꝓsolationē tristicię: auaricia tāgik vt habeat vnde transcendere valeat omnes. Et ecce dum diuitias cōgregat t acquisierit: statim in gulę t luxurię foueā cadit. Sz

Eph.11. o grandis misericordia saluatoris: Spiritus eñ pietatis per ꝓmptū mūdi ordinauit vt expelleret auariciā: Sed qz abiecta auaricia: sępe mala cōpremit tristicia: dak spiritus sobrietię: qui ostendat quę sit bona vel mala tristicia. Si q̄ scięria bonā tristiciā adducit: q̄ fur-

2.Cor.7. git ex dolore peccatoz: expellitur tristicia sęculi: quę mortē operat. Sed qz multi sūt istis exhibus carētes: sicut sunt iracūdi: ideo datur spūs fortitudinis: qui per temperantiā re-

Prouer.16. frenat iracundiā. Talis fortis est: imo fortior q̄ vincit animū q̄ q̄ capit vrbē. Sed qz adhuc inuidet fortius imperāti: dak spūs ꝓsilij: qui p amorē proximi ejcit inuidiā. Sed qz pro tantis meritis sępius vult laudari: ideo dak spiritus intellectus: per quē intelligit qđ sit. Sz qz inuenit se nihil esse: ideo ante deū humiliatur: t sic per humilitatē spūs intellect⁹ ejcit inanē gloriā. Sed qz aliqñ nō curat extrinseca: solet rō sępe de se interius gloriari: ideo dak spūs sapiętię: per quē incipit deū cognoscere. Suos autem bonitatē t misericordiam ds cognoscens: ipsum toto cordio affectu diligit: t sic sapiēcia p charitatē expellit superbiam: qua expulsa per gratiā efficimur templum dei t habitaculū spūssancti: Amē.

De inobediētia: negligētia: patiētia z castitate: Sermo XVI

A Fratres mei dilectissimi: in oib⁹ operibus vestris semp memētote: q̄ oēs

2.Cor.5. stabimus ante tribunal christi: vt referat vnusq̄sq; ꝓout gessit in corpore. Cauēdum est ergo ne ante illud terribile tribunal vacui vel denudati appareamꝰ. Non eñ tūc sancti nobis subueniēt: qz tempus nō erit miserendi t misericordiā impetrandi: et iam fugiet a ianua paradisi maria. Oihes eñ cōtra

Gen.22. nos tūc erūt: abrāā ꝓtra inobedientes: t isaac

Gen.31. ꝓtra impatientes: t iacob ꝓtra negligētes: t io-

Gen.39. seph ꝓtra incōtinētes. O q̄ dure reprehendē tur inobediētes fratres mei p venerabilē patrem obediētię abrāā: q̄ fontem: q̄ turpiter. Ideo frēs mei attēdite: t parati semp estote ad obedientiā mandatoz dei: paratas semp habētes aures audiendi: t linguā voci: Pedes ituros festinate: manus ad operā sine mora parate: corde iocūdo: serena facie: ore risonio t oculo ornato sanctitatis splendore: non tā amore seruili vel metu: sed omni charitatis affectu: sanctam obedientiā seruare vos opto. Tunc eñ ante tribunal iudicis abrāā nō vos ꝓdemnabit sed cōmēdabit: nō vos a se expellet sed ꝓuocabit: nō vos maledicet sed sublimabit in ęterna patria. Negligentiā etiā om B nē deponere vos depiecor fratres: ne abrāā vos cōmēdante ꝓtra vos surgat ille sanct⁹ iacob i die nouissimo. Fugite fratres: fugite negligentiā: nā sicut in vnoquoq; opere bono mater est diligētia: ita vniuersę doctrinę t disciplinę nouerca est negligētia. Sz t si habuerimus obedientiā t negligentia oīno carebimus: adhuc nō sufficit nisi t cum isaac patiētiam habeamus. Nam sicut per impatientiā oīa destruunt bona: oīaq; suffocant optima: sic t p patiētiā oīa generāt bona: oēs iniqtates demergunt in ꝓfundū. Qui vero fratres mei patiēs nō est: monach⁹ nō ē. Sz t si habuerimus obedientiā cū abrāā: patientiā cū isaac: diligentiā cū iacob: t castitatē nō seruauerimus cū ioseph: quid hęc oīa nob ꝓdest? Amare q̄ debemus sūme castitatē: sine q̄ nra opa nihil valēt. O castitas ornamentū nobilium: exaltatio būilū: nobilitas ignobiliū: pulchritudo vilū: solamē merētū: augmētū pulchritudinis: dec⁹ sāctę nrę religiōis: minoratio criminū: multiplicatio meritoz: dei amica: angeloz cognata: patriarchaz vita: prophetaz corona: apłoz angulū: martyrū auxilū: ꝓfessoz vehiculū: virginū speculum: viduaz refugiū: t cunctoz bonoz gaudiū t solamē. Sed quidā sunt frēs mei qui in iuuētute sua luxuriose viuere volūt: t si ad senectutem peruenerint gloriant dicētes se ꝓtinētes esse. Tūc eñ eligūt fuire castitati: qñ libido eos seruos habere ꝓtemnit. Nūqd tales ꝓtinentes dicēdi sunt? Absit. Tales eñ ꝓmiā nō habebūt: qz labous certamē nō habuerūt. Sed illos vere expectat sempiterna gloria: q̄ fortes fuerūt głiosa certamia supportare: Amē

De vigilatione t ociositate vitanda: Sermo XVII

A Postolus petrus fratres dilectissimi de nra salute sollicitus: nos dulciter admonet: t ad vigilādū nos exhorta-

1.Petri.5. tur inter cętera dicēs: Vigilate fratres: quia aduersari⁹ vester diabolus quęrit quē devo-

retio[n]i resistere debemus per fidem. Sed fi-
deo quęrit oratio[n]e: oratio autem optat pru-
dentiam. Quid g̃ nisi q̃ prudentes simus in
fide fundati ⁊ vigilemus in ọ̃onib⁹? Quare
in vigilijs frẽo orare debem⁹: nisi q: si nõ vigi
Apoc.3. lauerimus ⁊ ociosi pmãserimus: ọ̃d aliud ꝯ
repidi i hac solitudine aparebim⁹? Et si repi-
di fuerimus: incipiet nos eu[m] ore suo vomere saluator ó
ore suo: de pẜortio suo: de plebe sancta sua: eo
q̃ nec calidi nec frigidi fum⁹. Vigilate g̃ fra-
tres o ociositatẽ deponẽtes in cũctis. Quid enĩ
ociũ est: nisi vitiũ dolo sepultura: vt ait paga-
nus ille sanctissimi apẜ amicus charissimus?
Per ociositatẽ frẽo rigorẽ sanctę solitarię reli
gionis fastidimus: p̃ hanc heremũ ſpe exire
cẽptamus: p̃ hãc accendimur frequẽter ad lu-
xuriã: p̃ hãc alamur ad supbiã: p̃ hãc ducimur
ad mũdi gloriã: per hãc temptamur delicate
pasci: p̃ hanc suffocamur preciose vestiri: per
hãc ad supfluã vomitionẽ trahimur: p̃ hanc
ad verba ſcularia ducimur libenter audire.
Hęc ẽ illa ociositas pessima q̃ frequẽter ſcõ-
ꝝ uentus destruit: paries in eo luxuriã: nu-
triens in eo gulã: semiãs inter eos ẏziniã:
generãs inter eos homicidia: ⁊ oia q̃ fiũt opa
carnis. Quid g̃ vicio o ff. Quid ociose agere
poteo: nisi opa carnis? Rursũ q̃s ciuis ẽlox
erit: si ociositatẽ amauerit. Ergo frater q̃ i he-
remo habitas: si vis pfectus esse: fuge ocios
B tatẽ: q: in seruis dei nihil peius reperit. Sur
ge g̃ si dormis o rusticane mi chare. Surge tu
q̃ in heremo habitas si clausos mẽtis oculos
habes. Surge tu q̃ nec ad alta virtutũ oculos
mẽtis ꝓtendis: nec ad videndum q̃ necessa-
ria tibi sunt: oculos mẽtis operire vales: fuge
ociũ: ⁊ ſp aliq̃d facere memẽto. O frẽs mei ſp
occupatos vos esse desidero: vt diuinũ salu-
tis p̃ gratiã dei recipe mereamini. Hãc fuge-
re cupiẽs ſcius monachoꝝ pẜ antonius: cla-
mauit ad dñm i heremo ⁊ dixit: O samarita-
ne dñe deus meus: o alaꝝ ⁊ corpoꝝ vere cu-
stos: iuxta in me gratiã tuã: ⁊ infunde seruo
tuo misericordiã: vt i heremo collocat⁹ in tuo
ꝓspectu ociosus nõ manẽã. Et audiuit anto-
nius: Antoni cupis deo placere? Ora: et dũ
orare nõ poteris: manib⁹ labora: ⁊ ſp aliq̃d fa
cito. Hęc q̃ i te ẽ: age q̃ potes: ⁊ nõ deficiet
tibi auxiliũ de ſcõ. Quid g̃ diffidis o mona-
che? Rursũq̃ ⁊ p̃ te idẽ cruci-
L fixus est: Age igit q̃ bonũ ẽ: Fuge ociũ: q̃
malus est: ⁊ aperi oculos mẽtis ⁊ corpis: vide-
bisq̃ singulas creaturas ad officia singula de
putatas. Ecce enĩ sol cursuꝝ anni pẜdit: luna
etiã mẽsibus ⁊ vicissitudinib⁹ discurrit: ⁊ cęte
rę stellę. Omnia enĩ sibi deputata officia sine
quiete exercẽt. Rursũq̃ etiã alalia bruta ad suę
naturę industriã ociũ fugiũt? Rursũq̃ etiam
semp laborãt vt ꝓseruent in esse? Rursũq̃ in
suis necessitatib⁹ deficere ⁊ pigrescere ea vide
mus? Absit. Omnia enĩ ill̃ obedięntia sunt: oia
agũt q̃d agere debẽt. Sol⁹ aũt miser hõ acci-
dia soporatus a suo officio frequẽter recedit:
⁊ dei imaginẽ in se deturpãs in accidia pseue
rat. Erubesce o christiane et abscondẽte a
facie saluatoris tui: q̃s inspiẽtior iumẽtis ⁊
formicis bodie factus esse cõprobaris. Vade Prouer.6.
enĩ ad formicã ⁊ ꝑsidera semitas eius: ⁊ disce
ab ea miser q̃ capite elevato pambulas: ⁊ sup
astra cęloꝝ tã ascendere credis: Considera se-
mitas eius: q: cũ pręceptorẽ nõ habeat: tan-
tã de salute sua sollicita: in ẽstate grana colli-
gere nõ desistit: q̃d vuere possit in hyeme.
Non enĩ solũ ſculares hoc attendere debẽt:
sed ⁊ nos q̃ dei gratia in heremo sumus: ⁊ in
hac vasta solitudine habitam⁹: formica q̃ con
ditiõis debem⁹ attẽdere: ⁊ eas sumopere imi
tari. Laborare enĩ sine intermissiõe debem⁹:
vt fructũ bonoꝝ operũ acꝗramus in ẽstate q̃-
sentis vitę tã sollicite ⁊ sedule: vt tpe hyemalis:
tpe frigoris ⁊ iudicij nõ fame peream⁹: ꝑ bo-
nis cũctis ornati ęternalit reſciamur i patria. D
Ora g̃ frẽo mei dilectissimi: coꝛona mea ⁊ gau
diũ meũ q̃ estis: oẽm ociositatẽ expellite: ſp
aliq̃d boni facite: ⁊ quę tedet orare: psallere
nõ desistat: quę tedet orare vel psallere: labo
rare manib⁹ nõ differat: cogitãtes q̃ ꝗdiu da
uid exercitauit se in militia: nõ insultauit sibi 2.Reg.11.
luxuria: sed postq̃ in domo ociosus remãsit:
laborauit adulterio: ⁊ homicidium cõmisit.
Samson dũ cum philistęis pugnauit: nõ po- Iudic.16
tuit capi ab hostibus: sed postq̃ dormiuit in
sinu fęminę ⁊ ociose cum ea remãsit: mox ca-
pit⁹ ⁊ cęcat⁹ ab hostibus. Salomon dum occu 3.Reg.11.
patus esset in ędificatiõe templi: nõ sensit lu-
xuriam: sed mox recedens ab opere persensit
insultũ luxurię: ꝑ gratiã: fęmia instigante ad
idola: adorauit in thalamo vitulũ aureum.
Vigilate ergo fratres mei: vigilate et nolite
deficere: q: nec sanctiores dauid: nec fortio-
res samsone: nec sapientiores salomone vos
esse cognosco. Deponatis omnẽ accidiã: q̃
sermonem nudum reddit: bonis omnibus
vos priuat: virtutũ vestimẽtũ vos expoliat.
O fratres mei: honesto ope semp occupatos E

vos esse desidero: & qđ pdidistis in sęculo per
pęterită: recuperetis laborădo in heremo in
futuro. Et si aliqui sūt ex vobis qđ per annos
octoginta & amplius in heremo sunt sanctis-
sime quietati: iugo sanctę obedięticę: pauper-
tatis & castitatis decorati: iam gaudeăt expe
ctantes beată spem et aduentū dñi. Psti eñ
vt videmus qđ amplius ieiuniis & oratiōibus
& operib⁹ monasterij insistere nō possunt: fe-
cerūt eñ dū potuerūt. Propterea filioli mei si
modo nō faciunt ea quę facere pualuerāt: nō
sit vobis molestū. Si quicscūt nō miremini:
Si venerank a me vt pceo: nō tristemi: q: ipsi
digni sunt. Non eñ dolere debetis: q: chari-
1.Cor.13. tas nō cogitat malū: sed gaudet de alteri⁹ bo
no. Ideo volum⁹ et in christi nole ordinam⁹
Matt.6. vt & ipsi qui centū annoꝝ & ampli⁹ sunt: pa-
ter noster sedendo in lecto⁹ dicāt: & diligen-
ter eis sine murmure seruiat: vt & ipsi pro no-
bis intercedāt in cęlis: quoꝝ habitatio iā ibi
est: Quā obtinere faciat nos ille qui est bene
dictus in sęcula: Amē.

¶ De inuidia cauenda: Ser. XVIII

Fres mei desiderātissimi: nolite inui-
cem inuidere: sed studeat vnusquisq;
peo in cunctis placere. Inuidia eñ
omnes virtutes premat: omnia bona dissipat:
oia mala generat. Sed dicetis: Nos quidē
grossi sumus: peccare optime scimus: sed vi-
tare peccata vel a peccatis resurgere ignorā-
tes & fragiles sumus: Quomodo ergo inui-
diā habentē: vel nos ipsam habentes cogno
scere poterimus? O fratres mei cupitis vos
ipsos si inuidi estis cognoscere: cupitis & fra-
trem vestrū inuidiā habentē cognoscere: At-
tendite q ille inuidus ē: qui alienū bonū suū
facit: & si facere nō potest: clamat per vicos et
plateas & velut canis latrat & ardet: Sz pmo
seipsū more phenicis occidit. Quid eñ agit
phenix nisi q: dū senescat: ad ptes calidissimas
volat: ligna siccissima pgregat: & lignis pgre-
gatis: alis ligna percutit: & sic ignē accendit:
& in eodē se comburi permittit? Et quibus ci
nerib⁹ vermiculus nascit: & postmodū phenix
alia efficit. Sic & hypocrita facit: sic & inuidus
agit cunctis diebus vitę suę: intus & extra se
ipsum cōburēs: seipsū pmo infestās: pmo se
ipsum vulnerās & vexans. O inuide q̄ pau-
cos habes amicos: & forsitan neminē habes:
de cuius bono nō doleas: & de cui⁹ malo non
gaudeas. Aberito oīm amico puari debes: eo
q de nullo amicoꝝ bono gaudere pbaris. O
iuidia oi vitio peior: & oi peste deterior. O in-
uide q̄ nunq̄ desisere potes: an ignoras q oio
malicia hz aliquā felicitat' vmbrā? Sz tu ipa
iuidia nequissima pestis: tormentū sine refrige
rio: morbum sine remedio: laborē sine respi-
ratione: pcnā sine intermissiōe: famē sine sa-
turitate semp habere videris. O inuide ver- B
mis mortifere: q̄ in hedera ionę quotidie na- Jone.4.
sceris. O igneus serpēs: quo populus israel Numeri.21
pungit. hic est eñ fratres bruch⁹: quo fruct⁹ Ps.104.
terrarū depascit. Legim⁹ eñ dilectissimi fra
tres mei q filios israel manna cęlitus datum Exo.16.
est: quo reseruato scaturiebat multitudo ver
miū. Sic et cęlesti gratia fideli collata: occa-
sionaliter in animo superbi iuidia nascit. Et
quātomagis cęlestis gratia fidelis solidatur:
tantomagis superbi meno in inuidię vermē
resoluit. Legim⁹ etiā vermem ex hedera na-
tum: cuius vmbra ionas a calore defendeba-
tur: tandē hedera corruit: & funditus deuasta
tur q vermē inuidię. Filios etiā israel i egy
pto peregrinantes: legim⁹ igneos serpentes
pupugisse. Sic et vos heremi sacri cultores:
veri filij israel: duz inuidos vestros de vobis
susurrantes auditis: exultate quoniam filij
dei: & sc̄ō q̄ partę effici meruistī. Exultate oīā-
tes p eis: vt eos socios habere i sancto q̄ col-
legio mereamini: reprehendēteos & ostenden-
teos eis: q ipsa inuidia est illa pessima tinea: q̄
purpuram̄ta virtutū demolitur: erugo quę
thesaurę sapientię depędat: bruchus qui ter
raq̄ virentia cōburit: qđ quid boni operis
viresat in homie: pene pestis inuidię perdit.
Hęc est quę angelū de cęlo proiecit: quę ho- Esa.14.
minē de paradiso exulauit: quę filios israel i Gen.3.
deserto percussit: quę cōtra ioseph fratres ar- Gen.37.
mauit: quę danielē in lacum leonū misit: quę Daniel.14.
caput nostrū cruci affixit: quę iudā suspendi Matt.27.
fecit. Scitote fratres mei atq̄ discite: & super
tecta pędicate: q inuidia ē illa fera pessima:
quę fidem tollit: concordiā dissipat: tertiā lin
guam multiplicat: iusticiaz disperdit: & oīnia
mala generat. Hęc est quę abel occidit: adam Gen.4.
onerauit vel exulauit: pastorē suspendit: pe-
trum iugulauit dum christū negauit: paulū
decollauit et iohannē: stephanū lapidauit: Act.7.
goliam prostrauit: dauid decepit: muros hie
rusalē euertit: romā depopulauit: carthagi-
nem destruxit: troiā deuastauit: & multa ma-
la per hanc feram pessimā in orbe terrarum
facta esse legim⁹. O ff mi dilecte: o rusticane L
amāde: o inuidiū aiq̄ meq̄: cur iuidiā si depo

nios? Cur eñ diligis? Nunqd morte diligit nūqd ad suspendiū pergis nunqd in lacū te proijcis? O inuide q nunq̄ desecis sed sp cū saulo seruos dei psequeris: eos ligaros ducens ad principes sacerdotū. Ecce eñ alios labotas tenere: ꝑ tu teneꝛ ab illis: alios ligare ꝓparas: ꝑ ecce tu cadēs
Dec.9. in terrā audis cū saulo: Cur me psequeꝛ? Alios tenere solliciras: ꝑ ecce eccā tenet a cūctis. Alios defraudare ꝓparas: t ecce nesciet defraudat: mor deportanis ad tartara. Ita q̄ frēs deponite iudicū: t si q̄s iudex inter vos habere videt: orate p eis: qz tociēs moriunt: quociēs videt vos bonis operibus refulgere. Capimus q̄ eos torqueri? Nunq̄ eñ melius iudex torquere poterit: q̄ virtutibus t q̄ seruēdo. Tunc eñ latrāt vt canes: deuorāt vt leones: facie pallescūt: capite mutant: oculis scintillāt vt sidera: manꝰ cācellatas astringūt: dētib⁹ stridēt: t sic alia corpe mouūt. Vos aūt benefacite: nō tamē vt eos ad furorē accēdatis: ꝑ vt deo placeatis: orate pro psequēti-
Luc.6. bus t calumniātib⁹ vos: volētes de malo corporis: ꝑ fiat⁹ de aīe ꝑditōe. Locedat q̄ nob xp̄o pctōz ꝓtectionē: t proximi amorē infundat: qui est benedictus in secula: Amē.

De vigilia natiuitatis xp̄i: Ser. XIX

Accingimini filij potētes t estote parati: qz die crastina videbit iniq̄tas terre: t regnabit sup vos saluator mūdi. Crastina die tenebraꝝ caligo manuet. Crastia die lux oculis fideliū t credētiū⁹ redd̄et. Crastina die mūdi⁹ suā reparationē amplecteē. Crastia die ꝑtos fideliū redēptoꝝ olim penditur⁹ est ad ybera sancte marie ẏginis. Crastina die ille q̄ eternaliter ꝓcedit volabilitatē seculoꝝ: ingerere se incipiet curribus anno. Crastina die solutis nature legib⁹: ex solitis diuinitatis potētia ẏginis marie viscera fecundāt: t ex inulo suo fluuius magnus oriet: t fructus apparebit oprim⁹: t ex virgulto suo radix
Ysa.11. ꝓcedet ꝓcedet tanq̄ sponsus de thalamo suo. Crastina die o monache suscipies infātulū iesū: q̄ tū ante ola secula factus ē. Para igit te: qz ipse dignat videre te: osculari te: astrigere te: t nūq̄ dimittere te nisi tu ꝑmo eū dimiseris. Aspiciate q̄ frēs oculis mētis t corpis: t videbitis dei potentiam venientē: t procedentē a patre tanq̄ sponsum de thalamo suo: quem aspicietis: quem tenebitis: quem adorabitis pura mente t mundo corde. Ipsum fortiter tenete: totū in mūdo t totū in cēlo. Totū in mundo ad iustificationē: totū in cēlo ad glorificationē. Totū in mūdo vt educat peregrinātes: totū in cēlo vt recipiat gueniētes. Totū in solio ꝑis: totum in gremio glorioſe matris. Die eñ crastina die parebūt signacula figurarū: fulgebūt oracula prophetarū: apparebūt miracula naturarū: stillabūt spiracula grāe: qz nascet iesus xp̄s filⁿ dei viui in bethleē iude. Luc.2.
Dū eñ venerit videbim⁹ rubū ardere ꝑ nō ꝑsumi: virgā aaron frondentē t fructū facientē. Ac- Exo.3.
cingimini q̄ filij potētes t estote parati: vt videre possimus cū ezechiele portā sacratissimā ꝓpe- Ezech.44.
tuo clausā. Crastina eñ die videbim⁹ etiā cū da- Danie.2.
niele puero sacto lapidē angulare. Crastina die
videbim⁹ regē regū mētalib⁹ oculis t humanis sub forma panis visibilis panē inuisibilē: alimoniā eternalē: refectionē beatā: cibū eterne vite: pignus nre redemptionis: hostiā salutarē: quā die crastina toto affectu mēdūcare debem⁹. Iste est ille panis t cibus dat⁹ israelitico ꝓlo: māna vul- Exo.16.
cissimū habēs in se omne delectamentū t saporis suauitatē. Iste est ille cibus quē vidit ꝓpheta: Ecc.47.
in quo spicę pulchre t formose erāt. Iste ē ille panis datus delig: in cuius fortitudine ambulauit 3.Reg.19.
q̄draginta dieb⁹ t q̄draginta noctib⁹: et peruenit vsq̄ ad montē dei. Iste ē ille panis q̄ cibauit angeli: q̄ saginauit apl̄os: q̄ refecerunt martyres: q̄ pauerunt confessores: q̄ nutrierunt ẏgines t sanauit electos. Panē aūt bñ si q̄s digne mēducauerit nō monet in eternū: qm ipse vite t ipsa vita ē.
Hic est panis q̄ de celo descendit: quē virgo nob Joh.6.
eras ꝓsentabit: quē in gremio portabit: quē i vētre baiulauit sine granamie: quē t peperit sine corruptiōe. Cuius mater inuēta est virgo ante partū: virgo in partu: virgo post partū: Ipsa quē genuit adorauit: sed ꝓnus mētē q̄ ventre: t pauo q̄ filiū in vtero concipieret. Leuate ergo C
frēs mei: leuate in hac valla solitudine capita vestra: Ecce eñ iā est in porta redemptio vra. O q̄ magna magnalia de⁹ ꝓpē nos operat: ecce eñ quō nos amauit. Ipse eñ deus factus ē hō: creator creatura: ditissimus paup: cōditor legis destructor legis ꝓpē nos apellat. Amauit eñ nos vt reciperet nos: humiliauit se vt exaltaret nos in se. Indinauit se: vt erigeret nos ad se. Ecce eñ quō nos amauit: qz descendit vt nos exaltaret: exinanuit se vt nob ꝑtē donaret. Accingimini q̄ o filij potētes t estote parati: qz die crastina videbimus irreuerberata acie fidei in vno eodēq̄ deo t hoie diuinitatē incarnatā: maiestatē subiugatā: libertatē captiuatā: virtutē infirmatā: eternitatē terminatā: virginitatē fecundatā: vitā infirmatā. Accingimini ergo t estote parati: mēte pura: fide integra: charitate sincera: vt dū venerit ille sercūlet⁹ t pulsauerit: ꝑfecti aperiat ei. Nō igit tedeat vos modico tpe carnē vestrā domare ieunijs t abstinētijs esce t potus: qz ecce remunerator aduenier: reddēs vnicuiq̄ sm opera Ro.2.

sua. Saluatorē igit expectātes: sobrie: iuste ⁊ caste viuamus in ꝟ ſeculo: expectātes beatā ſpem ⁊ aduentū dñi: vt digne cū eo gloriari poſſimus in cēlis: Amen.

De natiuitate dñi: Sermo XX

A Frēs dilectiſſimi bō nō ſolū p ſapientiā dei factus erat vt eſſet: ſ etiā ad ſapientiā dei factus erat vt btūs eſſet: vt illa videlicet frueret eo ſenſu: quo capi ſapiētia poterat. Sz q: peccādo ſenſum amiſit: quo ſapiētia
Ps. 101. frui debuiſſet: q: oblitus ē comedere panē ſuū: ⁊ refectionē illā qua viuūt alē: in corporalē cōmutauit delectationē. Terrenus igit ⁊ corpalib⁹ ſenſu ⁊ affectu imerſus: nō potuit ſe ad ſpiritaliū cognitionē ſine amore erigere: ſed ſola ea q̄ carnis ſunt agnoſcens: ſpiritaliū iocunditatē nō agnouit: Ideo ipſa dei ſapiētia cū ſurſum eſſet: deorſum bodie venit vbi bō erat: vt eū reuocaret vn
Joh. 1. de ceciderat. Et ecce verbū caro factū eſt: vt de⁹ ⁊ bō inter boues eſſet: ⁊ ſic puerſus ē panis ille in lac: vt a paruulo hoīb⁹ ſumi poſſet. Sapiētia ipſa ſurſum panis erat: ⁊ eadē ipſa ſapiētia deorſum lac erat. In diuinitate ipſa ſapientia panis erat: ⁊ in humanitate panis de cēlo deſcendens bodie lac factū ē: vt tanq̄ infantes p lac nutriti boues roborati ad panē deitat̄ accedere poſſēt: vt idē ipſe reficeret: ⁊ reficiēdo languidos ad incorruptionē repararet. Dedit ḡ reparandis ad incorruptionē alimentū incorruptiōis: paruulis quidē imaculatā carnē quā ſumpſerat de v̄gine matre: perfectis vero incorruptibilē diuinitatē quā habuit de ēterno pſe. Ꝟſtis ne interi deficerēt in via: ſed illis vt reflecterēt ⁊ pficerēt in patria. Ꝟſtio ad cōſolationē: ſ illos ad glorificatio-
B nē. ¶ Propter hoc ergo dei filius p redemptiōe hoīm bō bodie factꝰ eſt: vt caro per carnē liberaret: ⁊ hūano generi de ſuo ſumeret preciū redemptiōis: vt inde remediū fieret: vnde vitiū ꝓtractū fuerat: ⁊ in eodē monſtraret ⁊ peritia medici ⁊ iuſticia redēpti: q̄s ō ſuo ⁊ ſanādo iuenīt remediū ⁊ p̄ciū redimēdo. Quia ho a corruptiōe liberādū erat: q: remediū: idcirco p̄ciū redēptōis icorruptū eſſe debuerat. Propterea maria mr electa eſt: ⁊ ſup oēs creaturas p̄electa: oibus gratijs ſecūdata: oīm virtute ⁊ ſanctitate in vtero repleta: vt de munditiſſima matre munditiſſimus filius naſceretur. Et ſicut in cēlo filius habuit patrē imortalē et ēternū: ſic ⁊ i terra haberet matrē oīm corruptiōe carentē. Ygit in cēlo qualis eſt pater: talis eſt filius: ⁊ in terra qualis eſt mater: talis ē fm carnē filius. In cēlo cū patre ēternus eſt ⁊ immēſus: ⁊ in terra cū matre temporalis ē ⁊ māſuetus. In cēlo cū patre ſublimis eſt ⁊ incorrupt⁹: ⁊ in terra cū matre bodie in preſepio Luc. 2.
humilis ⁊ corruptibilis apparet. In cēlo imago patris apparet: ⁊ i terra marię filius oſtendit. In cēlo ſyderū ⁊ cunctoꝝ factor oſtendit: ſed in terra bodie per matrem inter bouem et aſinū collocatur. Mater virgo ē: ⁊ in humilitate exultat: ſed eⁱ⁹ bodie filius humilitatē facto cōmendat. Per virginē bodie venit ad nos: ⁊ p virginē ꝓceſſit nos. Per incorruptionē venit vt penā tolleret: ⁊ p incorruptionē ꝓceſſit vt virtutē demō ſtraret. Venit ad nos bodie ille nazarenus ieſus vt cōferret remediū: ꝓceſſit vt daret exemplū. Non eīm potuit arbor bona malū fructū facere: q̄m oīs arbor ex fructu ſuo cognoſcit. Radix integra: ⁊ ramus fructuſq; incorruptus eſt. Salua
L toris igit nīi aduct⁹ gabriel nūci⁹ miſſus ē: vt no Luc. 1.
uā in carne natiuitatē filij dei prędicaret: in qua forma ſerui domino ſociata hoſtem potenter deuinceret: fortis in illo: nō tamen violenta ad inferendam iniuriā: ſed efficax ad iuſticiam obtinendā. Propterea gabriel miſſus eſt vn⁹ de maioribus cēloꝝ angelis: ſed ideo gabriel dicit: q: fortior cunctis erat. Gabriel eīm fortitudo interpretat: q: ipſa etiā infirmitas foetitudo fuit: q̄m in ea ſuperatus fuit inimicus: et capta prēda a violento reducta eſt. Tres eīm perierāt: ⁊ lubſcut⁹ eſt q̄rt⁹: redēptor: eoꝝ de⁹. Primꝰ ſine maſcu Gen. 1.
lo ⁊ ſine fęmina: vt adam. Secūdus de maſculo Gen. 2.
ſine fęmina: vt eua de adam: quia tulit vnaꝫ de coſtis eius: ⁊ repleuit carnē pro ea. Tertⁱ⁹ de ma Gen. 4.
ſculo ⁊ fęmina: vt abel. Quartus de fęmina ſine Luc. 1.
maſculo: vt ſaluator mūdi: qui de beata maria v̄gine bodie p nob naſci dignat⁹ eſt. Et q: primus auctor culpę detectus eſt p fęminā: ideo auctorē gratię ſine maſculo cōcepit ⁊ peperit bodie fęmina maria virgo. Hęc eſt fęmina totius mūdi mater ⁊ dīa: quę virgo permanēs peperit hodie filiū: ſtella protulit ſolē: creatura genuit creatorē: filia ꝛcepit patrē ⁊ filiū: ſimul in vnū diuinē ⁊ pauperē. Ipſa filia ē: ipſa eſt ⁊ mr: ipſa ancilla ⁊ dīa: ipſa genitrix ⁊ genita: ipſa cū integritate peperit: cū v̄ginitate ꝛcepit: ⁊ poſt partū: vt ſupra dictum⁹: virgo pmanſit: ipſū quē genuit mox adorauit. Cuius adoratiōis ⁊ gratię participes nos faciat ille qui cū patre ⁊ ſpūſancto viuit ⁊ regnat in ſęcula ſęculoꝝ: Amē.

De triplici genere monachoꝝ in ęgypto: Sermo XXI

V Nobis per litteras declarauit ſanctus A pater hieronymus fratres dilectiſſimi: tria ſunt in ęgypto genera monachorū: quoꝝ duo optima ſunt: ſed tertiū oīno repidū ⁊ oi affectu vitādū. Quę ſūt illa duo q̄ optia p̄di-

cantur: nisi heremitarum atq; cenobitarū genus: et ordo: quoꝝ vita clarissima: et sancta ꝓgregatio tpe ꝓdicatōis apostolicę sumpsit exordiū? Isti sunt illi viri ꝑfecti: quibus frequenter adhęsit tpe erroꝝ meoꝝ: per quos etiā illuminari merui: quoꝝ etiā sanctitatis fama ad aures meas puenięs baptizari nō dubitabi: Et pia mater me instigāte apud mediolanū: vt ad patriā remearē: et cupiens eos habere in visceribꝰ charitatis: et cum eis pariter viuere: ad virū illum simplicianum qui a iuuenitute sua deuotissime deo vixerat in oīi charitate perrexi: depe cano eum cum fletu et gemitu vt mihi quosdam seruos dei de suis donaret. Et donauit eos mihi paterne. Quare paterne eos mihi donauit? Quia sciebat me velle monasterium in africa ędificare. Et assumptis mecū anastasio: fabiano: seuero: nicolao: dorotheo: isaac: nicostrato: paulo: cyrillo: Proverbiis apis.19.f. Lc.50.bonif. 9.b. stephano: iacobo et vitali pauperculo: qui pecunię sęculū apud mediolanū inuenit et nō rapuit: de quo iam sermonē fecimus: quia inuenit et nō rapuit: nec post aurū abire voluit. Igitur illis mecū assumptis imitari cupiebam cum charissimis meis amicis euodio: alipio et pontiano: qui diu mecum fuerant: et cum cęteris duodecim quos super assumpseram: illos quoꝝ famā etiā sanctus presbyter hieronymus mihi descripserat. Et sic peruenī ad africam pia mater defuncta: et ędificaui vt vidistis monasteriū in quo nunc sumus in solitudine et a gentibus segregatum. Et placuit deo centenariū numerū fratrū mihi donare: illuminādo corda nostra: nō solū sanctissimos patres solitarios imitari: ꝙ etiā in hac solitudine Act.2.cr.4. more apostolorū oīa cōmuniter possidere: hęc deus nos seruare: et postea docere: ℟ et per nos vobis ꝓcipere voluit. Sic enim videritis q; ante me multi fuerūt patres: ꝺo sequi et imitari debemus: non tamen sicut ego sōm apostolicam vitam alios viuere docuerunt. Caput igitur et principium omnium vestrū sōm apostolicā vitā meipsum dicere non erubesco. Non tamen vos pigeat eos sequi et imitari in oibꝰ: attēdēteo ea cōiter habere et possidere: qi in celsitudine pauptatis viuentibꝰ nō licet nisi vt vnū sit eis: vna sit aia: et oia cōmuniter possideāt. Act.4. Unde agroꝝ precia ponebantur ante pedes apostolorū: tanꝺo pedibus vulcanda: qi ipsi sancti apostoli et amici dei indigna reputabant agrorum precia manibus contrectari. Unde etiā in veteri lege leuitis ꝺ̄ Numer.18. apiebatur: nihil in terra eorum possidere. Non ergo habere debemus temporalia ad possidendum: nec ego qui episcopus sum habere debeo: nisi tantū ad dispensandū: quia bona ecclesiarū patrimoniū pauperū sunt. Unde ego qui episcopus suꝫ summe cauere debeo: ne res pauperū: quas diponensis ecclesia conseruare videt: diuitibus largiātur: quod bene feci bucusq;. Nam cō sanguineos habeo: et nobiles se esse nō erubescunt: et ad me episcopū veniunt: aliquādo cum minis: aliquando cum blandimentis dicentes: Da nobis aliquid pater: Caro enim tua sumus: Et tu dei gratia: et vrīs orationibus mediantibus cōsanguineū aliquē me vitalle nō recolo. Charissimos enī mihi reputo pauperes ꝺ̄ diuites: quia habētes 1.Tim.6. victū et vestitū fideles oēo contenti esse debent: maxime nos clerici: in cuius rei signū capita tonsa et rasa habere debem⁹: ne diui 12.q.1 oēo. tiaꝝ capilli occupēt mētē seruoꝝ dei. ¶ Eia ergo fratres mei eligite pauperes: non solū verbo: sed et opere et veritate: attendentes quid vobis dicat qui nostrū se fecit precium ara crucis: q; etiā nr̄ est aduocatꝰ in cęlo: et intercessor ad dexterā dei ptis. Dicebat enī ille deꝰ deoꝝ discipul suis: ꝺ̄s de toto mūdo ꝓelegerat: vt essent sal terrę: lux mūdi: rectores ecclesię militantis: magistri et senatores ecclesię triumphantis. Sit enim: Beati pauperes spiritu. Non beati qui sub dura et grandi necessitate patiunt. Tales enim murmurant: detrahunt et inuident habentibus: rapiunt et furant: sed si nō opere saltem voluntate hęc adimplere conant. Ideo tales beatos nō apellat saluator: quia nō pauperes sed miseri sunt ꝓcidādi. Quare? Quia de angustijs temporalibus educti ad eternas miserias deputati sunt: vbi nō solū beatitudinē habere nō poterūt: sed nec gutta aquę inuenięt. Uti ergo pauperes spū: ꝙ nō pauptatē simulāteo. Tales sunt hypocrite: pauptatē fouis ꝺ̄dicātes nullam th̄ necessitatē portare volēteo. Tales eñ in cūctis opibus suis sperāt reuerentiā honoris: gloriā laudis: a melioribus meruī: et venerari vt deus: sci ab oibus vocari desiderāt: sola voce pauptatē et abstinentiā ꝺ̄dicāt: ꝙ digito suo nō cogitāt ea mouere: cooperta vestib⁹ tegunt latus: sed intus ad carnem purpura induunt: in cinere

prędicant se facere: sed excelsa palatia non despiciūt: angelicā facie forte ostendūt: sed lupina corda eos habere non dubitamus. Tales fuerunt illi sarabaite: de quibus tertio nobis scripsit pater hieronymus: quoꝝ genus est oīm affectu vitandū. Ipsi denīq; in ęgypto erant in fornaminibus petrarum habitantes: induti porcoꝝ ⁊ boum pellib⁹ tantū: cincti funib⁹ palmaꝝ: spinas ad calcanea portātes ad cingulū ligatas: discalciati ⁊ sanguine cruentati: cauernas excultes: ad festū scenophegię pgebant hierosolymā: ⁊ sanctas sanctoꝝ intrantes: paupertatem et abstinentiā prędicabant omni affectu seruare: barbas postmodū in ꝓspectu dominū sine redemptione euellere festinabant: ⁊ sic acquisita fama et lucro ad ꝓpria remeabāt solitarie gaudētes et epulantes supra id qđ explicare possumus. Vos frēs mei et filioli mei quos quotidie parturio i viscerib⁹ charitatis nolite obsecro imitari: quia nō beatos sed damnatos eos esse prędicam⁹. Amate igit paupertatē: amate eā omni affectu ⁊ nolite deficere: vt sitis gen⁹ electū non abiectum: gens sancta non obstinata: populus acquisitionis sed nō perditionis: regale sacerdotiū sed non venale ꝓpriū. Vos eīs illa apostolica forma sanctaq; congregatio a mundo corde et opere segregata: q̄ dei virtute iam paussistis vt ces moab: satrapas ⁊ tyrannos hierusalē: ⁊ ęgyptioꝝ hypocritas iam vulneraſtis ad mortē. Vos eīs vinea mea electa i medio ecclesię paradisi plantata: christi redempta sanguine ⁊ irrigata. Ad hanc vineā ego solus dei virtute vos ꝓgregaui: ⁊ operationes meos vos feci: vt laborantes in ea vsq; ad finē: dignū fructū recipiat⁹ in tempore suo. Ad hanc vineā vos elegi: ad hanc dei ędificatem vos ꝓuocaui: licet fauoratus a sancto episcopo valerio: qui de bonis episcopatus vt monasteriū in deserto ędificarē mihi multa donauit. Non eīm satis fuit patrimonium meum: nisi etiam ipse me coadiuuasset. Ad hanc igitur ꝓgregationē vos elegi: nō vos me elegistis: ꝙ ego elegi vos. Et ecce postq; episcopus factus sum: vitalem: nicolaū: stephanū: dorotheū: paulū: iacobū ⁊ cyrillū frequēter rogaui: vt me solum in episcopatu non dimitterent: q: licet episcopus essem: nō tamen credebam paupertatē despicere: sed cum abraā: isaac ⁊ iacob inter diuitias viuere: ⁊ verā paupertatem seruare optabā: vt de numero eoꝝ essē de quibus ait apostolus: Tanq; nihil habentes ⁊ oīa possidētes. Igit hoc frequēter rogaui vt venirēt: nō vt essent rebelles deserto: ꝙ vt solitarie etiā in ciuitate viuēte: habitare possem⁹ in palatio sācto. Sz ecce noluerunt venire tanq; de seipsis timētes: ne a seculo caperent. Noluerūt venire: Quare noluerūt? Non quia nō digni: sed q: nō solum pauperes esse voluerūt: ꝙ etiā supra id quod in speculo nostro edidimus facere voluerūt calcantes per oīa seculū ⁊ pompas eius. De q̄ munere summū gaudium oīs habere debemus: q: facere voluerūt ea quę deo ⁊ mihi facere promiserūt. Et q: solus stare nō potera episcopus: ideo rogaui sanctū senem episcopū valeriū: qui mihi iam potestatē prędicandi ⁊ obsecrandi in populo dederat: vt infra domū episcopi monasteriū clericoꝝ ꝓstituerem. Et placuit sancto episcopo mihi ꝓdescendere: ⁊ sic cum eisdem in oīm paupertate viuere cępi: nō manducans carnes: nisi dū hospites veniunt: sed tm olera ⁊ legumina absq; oleo vel butyro: sicut ante vobiscū cum gaudio facere ꝓsueuerā. Igit fratres mei licet in cathedra episcopali me videatis: paupertatem tm mihi charā sponsam tenere ꝓgratulor: q: ipsa est etiam christi sponsa: sanctoꝝ possessio: beatoꝝ vita: fidelīū securitas: clericoꝝ ornamentū: monachoꝝ vita: nobilīū pulchritudo: diuitū magnificētia. Hęc eīs est illa sancta paupertas: quā qui tenet et amat: nulla indigētia laborare potest. Nec mirū fratres: q: sibi dat omniū oīm possidere. Ipse est eīm sperantibus in se thesaurus in pauptate: solatiū in solitudine: gloria in abiectiōe: honor in ꝓtemptu: vmbraculum in oīm protectiōe. Estote igit pauperes fratres mei: qm̄ desideriū pauperū exaudiuit dīs: ⁊ ꝓparationem cordis eoꝝ audiuit auris sua. Tunc eīm vere pauperes eritis spiritu: tunc vere beati: tunc benigni: tunc obedientes: tunc veraces: tunc nō ficti: tunc oīm malū ignari: si vero corde et opere pauperes inuenieminī. Quā gratiā nobis impetrare dignet⁹ beatus pumicen⁹ martyrū stephanus: qui pro suis persecutoribus exorauit dīm nostrū iesum christum: qui cū patre et spiritu sancto viuit ⁊ regnat in sęcula sęculoꝝ. Amē.

Ioh. 15.

2. Petri. 2.

2. Cor. 6.

Psal. 9.

De consolatione fratrum in heremo a quibus sanctus Augustinus recessit: cum exhortatione ad orationē ⁊ lachrymas: Ser. XXII

Fratres mei ⁊ lētitia cordis mei: tēpus est vt reuertar ad eum qui est ⁊ qui misit me ad vos: vos vero nolite cōtristari nec turbet cor vestrū. Rogabo enī patrē vt ipse vos custodiat: ⁊ maneat vobiscum in ēternū spūs veritatis. Iteram etiam dico: Nolite de meo recessu amplius ⁊ristari: sed semper orate pro inuicē vt saluemini. Valde enī seruis dei ⁊ solitarijs est necessaria ipsa oratio: per quā deus placatur: per quam deus ad nos inclinat. Adorauerat enī populus iudaicus vitulū ⁊flatilem: ⁊ ait dñs moysi: Dimitte vt irascatur furor meus cōtra eos. Cui moyses: Quęso o dñe quiescat ira tua: ⁊ esto placabilis super malicia populi tui. Et ecce placatus est dñs. O q̄ grandis est ipsius orationis causa: o q̄ grande mysterium. Ecce moyses orabat in monte: ⁊ iosue amalech dimicebat. Per orationē ezechias sanat ⁊ salutem animę ⁊ corporis adipiscit. Per orationē paulus efficit paulus: ⁊ doctor gētium: ⁊ predicator orbis terrę. Obsecro ergō fratres vt dicetis ꝓ inuicem vt saluemini. Deprecor fratres mei cum apostolo: pti mā omniū fieri obsecratiōes: orationes: postulationes et gratiarū actiones. Orate et nolite deficere: ⁊ si possibile est lachrymas fundatis. O q̄ magnū vespertinū sacrificiū deo obtulistis: lachrymas cum oratiōe effundere. Diuina enī scriptura aliquos nos ad lachrymas: aliquando ad gaudiū nos inuitat. Sępe enī dicebat saluator discipulis suis: Beati qui lugent in hac vita: quia gaudebunt in ēterna vita. Prius enī dolēdum est: sed post dolorē gaudiū subsequetur: quia beati qui lugēt. Sed postea dicit saluator: Gaudete ⁊ exultate qm̄ merces vestra copiosa est in cęlis. Quę quidem merces per lachrymas ⁊ orationes acquiritur.

Orate igit̄ fratres mei in heremo: orate et nolite deficere: Nam sicut propriū est canibus latrare: ita proprium est heremi cultoribus orare. Bonor enī oratio locutio est ad deum. Quando enī serui dei loquunt: deus sine dubio eis seruiēter loquit: sed dū orāt cum deo suauiter loquunt. Ipse enī sapiēs dixit: q̄ sub paucis verbis multa comprehēdit: ⁊ quicquid necesse est: hilariter tribuit: ⁊ abundātius atq; perfectius q̄ homines suadere vel valeant cogitare. O fratres mei dilectissimi clamate in heremo: viuilate in hac vasta solitudine: vociferari nō quiescatis: clamate orando ⁊ nolite deficere: Clamate nō solū voce sed maxime mēte. Ecce enī semp auditis aues in deserto cantātes ⁊ laudantes deum factorē suum. Et si cantare non potestis: qi senes multi iam estis: mente saltē nolite tacere. Nam ⁊ tacentes ore: mente aūt oratēs exaudit dñs. Nec in ore locutio tantū quęrit: q̄ sensus. Ecce enī hieremias cōsortat in carcere: daniel inter leones exultat: tres pueri i fornace tripudiāt: iob in sterquilinio nudus ostriū pbat: paradisum de cruce latro inuenit: susanna inter senes defendit: stephan⁹ de tot rente in cęlum suscipit: ⁊ inter lapidantes pro saulo exaudit. Non est igitur locus in quo orare nō debeamus: quia deus vbiq; est: vbiq; nos exaudire dignat. Orate igit̄ semper ⁊ in oēi loco vt saluemini: Non solum vnusquisq; pro se: sed pro oībus orate debemus. Nam vt ait pater ambrosius: Si pro te tantū rogauerio: solū tuū meritū possidebis: sed si pro oīb⁹ rogauerio: oēs pro te rogabūt. Oratio sancta: colūna sanctarum virtutū: ostatis scala: viduaꝝ maritus: angelorꝝ cognata: fundamētū fidei: mōachorꝝ corona: virginū lauamē. Beatus qui te amat: beatior qui te frequentat. Beatus qui te astringit: sed beatior qui in te perseuerat. Beatus qui tecū lachrymas fundit: qm̄ holocaustū sanctū deo ⁊ immaculatum offerre nō dubitamus. Flete igit̄ fratres orando ⁊ nolite quiescere: vt digni efficiamini gr̄a dei. Sed dicetis. Ecce multi sumus: ⁊ pręter euodiū: alipium ⁊ pontianum qui de scriptura sancta multū nouerūt oēs grossi ⁊ idiotę sumus: igit̄ doce nos orare. O fratres mei licet grossi sitis: ⁊ subtilia nō capiatis: nō tm̄ debiliores vos reputo: sed charioces vos teneo ignaros ⁊ humiles: q̄ sapientes claros ⁊ superbos: Dei tm̄ gratia pro vestra salute sufficit qđ habetis. Licet enī medullā scripturarꝝ non intelligatis: sicut euodius: alipius ⁊ pontianus: qui romę diu mecū cōmorati sunt: tamē scripturarꝝ corticem vos intelligere nō dubitam⁹. Diximus enī primo vobis: q̄ psallere: orare ⁊ manibus laborare debeatis qm̄ necesse

Ioh. 14.
Iacobi. 5.
Exo. 32.
Exo. 17.
4. Reg. 20.
Act. 7.
Iacobi. 5.
1. Timoth. 2.
Luc. 18.
Matth. 5.
Ibi. ā.
Luc. 18.
Hiere. 20.
Daniel. 6. et. 3.
Iob. 2.
Luc. 23.
Daniel. 13.
Act. 7.

fuerit: ⁊ si vobis tempus superfuerit: dice-
Matth.6. re Pater nr nō differatis. Ipsa ēst dominica oratio appellatur: in qua septem petitiones reperiunt: in quibus omnes species orationis comprehenduntur: quibus deum interpellamus pro apetendis bonis ⁊ pro vitandis malis: aut pro delendis cōmissis. Tres ēst primę petitiōes pertinēt ad eternitatem: Reliquę vero quattuor: ad hanc vitam temporalē pertinere videntur: quia ⁊ panis quotidianus: scilicet spiritalis licet sit sempiternus: ad hoc tamē tempus etiā pertinet inquantū ministratur animę quibusdam signis: dictis vel scriptis. Et ideo panis dicit: quia labotādo ⁊ differendo dissolvitur: ⁊ ita quasi manducando deglutitur. Nunc quoq; peccata dimittunt nobis: et nos dimittimus aliis: quę petitio ēst inter quattuor secūda. Et temptatiōes quę nunc nostrā vitā infestant: ⁊ ipsa liberatio a malo: ad hanc vitam pertinent: quia dei iustitia mortem incurrim⁹: vnde dei misericordia liberandi sum⁹. Quę cum ita sint ipsarum petitionū verba diligenti⁹ pertractanda sūt: vt intellecta maiorē generēt cordis affectū: ⁊ qō petitur ad velociorē perducatur effectū. Orate igit fratres dicentes Pater noster: referentes gratias largitori oim bonorū: qui dulcedo nostra ēst: vita ⁊ resurrectio nostra ēst: spes nostra ēst: ⁊ lumē oculorum nostrorū: baculus senectutis nostre: donans nob⁹ seipsum vt cum agnoscam⁹: ⁊ secreta secretorū suorū intelligamus. Ipse ēst nobis dedit efficaciam in opere: gratiā inter electos: effectum in suis ⁊ suorū preceptis: solamen ⁊ cōstantiā in aduersis: cautelam in prosperis ⁊ timorē: ⁊ quocūq; vertimur sua grandis misericordia nos pręuenit. O fratres mei non negligamus orare: non carnē domare: nō vigilare. Et tamen quid ei retribuemus: qui non permisit nos submergi cū in mari magno essemus? Ecce ēst consumpti eramus ⁊ nos liberauit: Errantes eramus in sęculo: ⁊ reduxit nos ad viam: Ignorātes eramus: ⁊ docuit nos veritatis viam. Non igit redeat nos orare: qui non familiā regere: sed tantum deo placere debemus. Et vt bene psallere ⁊ orare possitis: absq; magno corporis impedimēto: de bonis episcopatus ecclesię bipontensis centum et quinquaginta vestimenta cum calciamentis vobis dilectis fratribus deportari pręcepi: vt tempore frigoris quantum necesse fuerit vnusquisq; recipiat reponentes ea et custodientes in communi vestiario cum oīa diligentia ⁊ charitate: scientes q; vera charitas nō quęrit quę sua sunt sed 1.Cor.13. quę dei. Sic autē facientes non deficiatis. Deus autē pacis qui eduxit de mortuis pa Deu.13. storem magnū ouiū in sanguine testamenti eterni oīm nostrū iesum christum: aptet vos in oīi bono: vt faciatis voluntatem eius: faciens in vobis qō placeat coram se p christū iesū: cui ēst honor ⁊ glia in sęcula sęculorū: Amē. Orate pro nobis fratres: ⁊ ante meū recessum cupio vos salutare in osculo sancto: Amen.

¶ De ieiunio: Sermo ¶ XXIII

A Frequenter audistis fratres charissimi q; ieiunū ēst res sancta: opus celeste: ianua regni: futuri sęculi forma: qō si quis iuste perfecerit dei socius existimabit: sibi cōiungitur: ⁊ spiritalis efficitur. Per ieiunū fratres mei prosternuntur vitia: augmentant virtutes: humiliat caro: diabolice deuincunt virtutes. O sacrū ieiunium: tu corp⁹ refrenas ne surgat: tu virtutes incitas vt resurgant: tu reum illuminas ⁊ sanas vt viuat. O ieiunium tu suaue es bonis: tu odibile es malis: tu delectabile es sanctis: sed detestabile prauis. O sacrum ieiunium: tu diuina mysteria pandis: q; sapientię ⁊ prudentię sunt agnoscis: recordari pręterita facis: ordinare pręsentia non negligis: ⁊ pręuidere futura festinas. Sz cauete fratres mei: ne ieiunando superbi efficiamini: ne cupidi: ne auaricia vel hypocrisi pleni. Nam sępe audistis q; babylon ciuitas magna et populosa ēst inimica chri- B
stianis: idolis seruiens: diuersis erroribus mancipata: quā vt dicunt aliqui gigantes eam ędificauerūt: sed superbia inflati fece- Gen.11.
runt in medio eius: quę vocata ēst babel. Postea vero venit nabuchodonosor ⁊ amplificauit eā ⁊ ditauit: ⁊ inflatus superbia Daniel.4.
clamauit ⁊ dixit: Nonne hęc ēst ciuitas babylon quam ego ędificaui in domū regni in roborē fortitudinis meę: et in gloriā decoris mei? Et dum rex sic exclamaret: vox irruit super eum diceno: Tibi dicit rex: Regnū tuū transiet a te: ab hominibus ejicieris: ⁊ cum bestijs feris erit habitatio tua: fenum vt bos comedes: ⁊ septem tempora super te mutabunt donec sciao q; excelsus

dominatur in regno hominū. Et sic videt q superbiendo regnū terrenū amisit t sensum: quia cum bestijs habitare volebat. Babylon hęc fratres mei mundus iste est: qui plenus est confusione: plenus erroribꝫ: iniquitatibus: t veneno malicię. Ecce nūc
1. Joā. 5. fratres mei quomodo totus mūdus in maligno positus ē: Ecce quomodo diabolus regnat in eo: dum regnat ambitio: dum dominatur perfidia: dum conculcatur simplicitas. Et ideo fratres hęc omnia agnoscentes cauēamus a cunctis malis: scientes q per solam humilitatem omnia mala vincere valemus: sine qua nostra ieunia nobis nō proderūt. Hęc est per quā ad vitam intrare poterim⁹. Non ergo extolli debem⁹ si bene viuamus: sed humilitatem seruantes semper philosophari nō desistamus. Quid em̄ est philosophari nisi mortem pmeditari? Ad regnum em̄ cęlorꝫ nō conducit nos gloria mundi: nō multitudo diuitiarum: non nobilitas generis: nō scientia: non sapientia: nō facundia verborum: sed sola gratia
L christi t virtutes t opera. Sic igitur fratres considerate ad quid bucvenistis: t quid beremū concupistis: quid agere voluistis: qō officium habere desideralis. Omnes vno ore dicetis: deo seruire optamus. Et quia sic est: propterea attendere feruenter debetis: q vestrum officium est non solum carnem ieunijs t abstinentia esce t potus affligere quantū valitudo nature permittit: sed etiam mundū contemnere: peccata deflere: t nō doctoris apetere cathedram: sed in cinere t cilicio perseuerare in heremo vsq ad mortem debemus: Adiuuet nos chri
Matth. 4. stus filius dei quē credimus ieunasse quadraginta diebus t quadraginta noctibus: qui est benedictus in sęcula: Amē.

De exhortatione ad solitudinē exemplo sancti Hieronymi: Ac de ieunio: t quid sit ieunium: Sermo XXIIII

A Legimus em̄ fratres charissimi sanctum patrem hieronymū cardinalem fuisse in ecclesia sancti laurentij martyris: t quia romanos de auaricia t sęcula luxuria fortiter reprehēdebat: ab eis per vestem mulichē: vt iam audistis: eum proclamare in populo voluerunt: sed deo auxiliante sanctitatis fama minime diminuta: romā tandem egressus est: t cū paula t eustochio: quas i fide christi nutrierat: earum patre rogante: vt nobis per epistolam scripsit: asperimā vitā sanctus pr hieronymus duxit: in tantū vt neminē legere audiam fidelium modernorū austeriorem fuisse. Itaq fratres etiam nos vt vidistis mundū deserere voluimus: et ad heremū cum hieronymo fugere concupiuimus: et perseuerare scōm apostolicam vitam desideramus: propterea diligenter attendam⁹ vt sancte et iuste in heremo conuiuamus.
Scire enim debetis q demorantibus in so B litudine ieuniū valde necessariū est. Sed primo videamus quid sit ieunium. Quid em̄ est ieunium: nisi cunctorum membrorū debita satisfactio? Membra enim satisfacere debent propter peccata quę cōmiserunt. Unde si quis i gula peccauerit: satisfaciat ieunando: nam qui solus est sine culpa: solus est t sine pęna. Sed quoniā nullus ē sine culpa: ideo nullus sine pęna viuere debet. Oculus enim meus frequenter peccauit: quia per eum mors intrauit in animā Hier. 9. meam. Claudatur ergo oculus t patiatur ne qō eum delectat videat. Sic em̄ de singulis corporis membris faciendum est fratres. Tunc enim magnū: tūc deo acceptū: tunc sibi deuotum ieuniū reddimus: dum De effec. ieu. ab iniquitatibus t voluptatibus abstinemus. Hoc est magnū t perfectum ieuniū. Sic enim agentes sancte t iuste t pie viue Tit. 2. re dicimur. Pietas enim est cultus deo reddere quod debet. Sic talis iuste viuere dicitur: quando deo reddit quod reddere debet: t cęsari q̄ sunt cęsari. Impietas quid Matth. 22. aliud est q̄ idolatria? commictere? Multi tamē dicunt q impietas est: quādo paupe L ribus quis sua non elargitur. Propterea fratres mei sere vos volo: q aliud est flagitium: aliud facinus: aliud impietas. Flagitium est dum peccando nosipsos offendimus. Facinus quando proximum. Impietas quādo idolatriam cōmittimus. Similiter aliud est misericordia: aliud clementia: aliud pietas. Misericordia circa naturam: clementia erga iusticiā: sed pietas erga deum versatur. Et quia grossi estis fratres: veniat verbi gratia: Misericordia est dum si quis videndo aliquem iuste damnatum duci ad suspendiū: naturaliter mouetur eiq compatitur: et ita motus a si-

spendio eſi liberat. Similiter ſi quis rapuit pauperi aliquid boni: ꝛ veniat alius ꝛ rapto eripiat ea et pauperi reddat: talem dicimus habere misericordiam. Clemẽtia vero eſt vt ſi quis iniuſte hominem punitum videat: ꝛ obijciat ſe periculis vt illum eripiat: talem dicimus clementiã poſſidere. Pietas autẽ quid aliud eſt: q̃ deum pura mente colere: quę alio nomine latria nũcupatur? Bene enim tunc dicimur ieiunare quando pietate: misericordia et clementia refloremus: Adiuuet nos chriſtus: qui cum patre ꝛ ſpirituſancto viuit ꝛ regnat in ſęcula ſęculorum: Amen.

De ieiunio: ꝛ vbi fuit inſtitutũ: Sermo XXV

Exo.24. Scio.1. 3.Reg.19. Scio.3. Exo.34. 4.Reg.19. Ione.3. Poſal.10.

Scire nanq̃ debetis fratres dilectiſſimi: q̃ hoc ſolenne ieiuniũ quod alma mater eccleſia hodierna die ſ̃cipit obſeruari: a creatiõe hominis in ipſo mundi primordio pręcepit deus in paradiſo adę ꝛ eue vt a fructu arboris abſtineret. Hoc etiam ante legem moyſes ſanctus obſeruauit ꝛ legem ſuſcepit. Hoc ſub lege helias aſtrinxit: et ad ęlum in curru volauit. Eua q̃diu abſtinuit: virgo fuit: ꝛ in paradiſo permanſit: ſed dum ieiunium violauit: in miſeriã corruit: libidinis corruptionem perſenſit: ſub domino cõſtituta remãſit ꝛ de paradiſo expulſa fuit. Moyſes etiã poſt ieiunium cum deo facie ad faciem locutus eſt: qui ante ieiuniũ deũ nec videre nec ad eum accedere auſus fuerat. Hieroſolyma a ſennacherib tempe ezechię regis et eſaię per ieiuniũ liberatur: ꝛ centũ et octoginta quinq; milia ęlitus interfecti ſunt in nocte vna: Et ne ſęterent eorũ corpora: incinerati ꝛ in puluerem redacti ſunt. Tempore etiam ionę ieiunium prędicantis in ciuitate ninyę ꝛ cilicio veniaꝫ impetrauit. Nũquid ꝛ ioſue filius naue ieiunauit plus q̃ p diẽ ꝛ cur ſum ſolis ꝛ lunę temperauit: ꝛ hoſtes ſuperauit? O ieiunium conuiuũ animarũ: beatus qui te amat: ſed beatior qui te frequentat. Qui enim ieiunat vt bonus appareat: vt conſeruet: vt ſanior fiat: ꝛ vt ne corpore nimis impinguęſcat: nõ beatus ẽ ille: quia ieiunium quod facit non virtutis eſt: ſed preſumptionis: non virtutis eſt ſed attenuationis. Ideo non mundo: ſed deo ieiunare debemus. Sic enim ſancti patres in veteri lege faciebant. Decimas eſi deo dabant: ꝛ primitias de oĩbus bonis ſuis: Sic et nos deo primitias dare debemus. Quas tunc primitias deo damus: quãdo corpe quidem a cibis elemoſynas etiã dando: ꝛ mente a virijs ieiuniam*: Et tunc deo tales primitię accepte ſunt. Sed ſatrote fratres mei q̃ antiquitus patres noſtri fideles ieiunare conſueuerunt: in vigilijs magnarum ſolennitatũ vſq; ad noctem: quod laudandum erat ꝛ bonum. Sed hoc non ſolũ ſed etiam vigilabant per noctẽ: ꝛ ad eccleſiam ludendo: chorizando conueniebant: quod deteſtabile erat ꝛ malum. Tales nõ ſolum romani erant: non ſolum papienſes ꝛ rauẽnates: ſed etiam mediolanenſes. De qua turpi conſuetudine dolebat mediolani mater illa quę me carne ꝛ ſpiritu in chriſto regenerauit: et inſtitutum eſt ipſa inſtigãte a pfenſo ſctõ ambroſio vt vigilię caſſarentur vel ceſſarent a cunctis: vt homicidia ꝛ fornicationes a fidelibus deponerentur. Solum tamẽ ieiuniũ mentis ꝛ corporis cum elemoſyna mediolanenſis eccleſia fidelibus reliquit. Sed dicetis: Nunquid in vita noſtra ſemper ieiunare debemus? O fratres mei legem meã recepiſtis: ꝛ audiſtis frequenter inter ęctera q̃ carnẽ veſtrã dometis abſtinentia eſcę ꝛ potus quantũ valitudo permittit. Nolo enim meipſum ligare. Nolui onera veſtra portare: ſed hoc ſolum ſuper vos ponere volui: vt ieiunetis ꝛ abſtineatis quantum facere deo fauente poteſtis. Nolo tamẽ q̃ diebus dominicis ieiunetis: hoc enim hęretici ꝛ infideles faciunt. Oſtie autem ieiunium exceptis diebus dominicis bonum eſt et laudandum ſi bene ſit. Aliquod tamen eſt ieiunium de uotionis: vt ieiunare vigilias ſanctorũ cypriani compatrioty noſtri: ꝛ gerualij ꝛ protbalij ꝛ ſimilia. Aliud eſt ieiunium inſtitutionis: vt aſſumptionis ſanctę marię: ꝛ natiuitatis ſancti iohannis baptiſtę: ſanctorũ apłorũ petri ꝛ pauli: ſimõis ꝛ iudę: matthęi ꝛ andreę ꝛ iacobi maioris. Iſtorũ enim vigilias ieiunare ſemper debemus: vt ſicut ieiunando cum eis patimur: ita ꝛ in futurum cum eis pariter gloriemur. Sed mox mihi fratres dicetis: Cur feſtum natiuitatis ſancti iohannis celebram*? Nunquid in peccato cõceptus eſt? Et ideo attendite q̃ primo ſeminatur homo: poſtea concipitur in vul-

Exo.22.

B

C

D

ua: t ibi caro formatur: deinde post dies q̄draginta septem creatur anima et corpori infunditur: scōm sanctū patrem t martyrē cyprianum: cui in officiis compellet credere: quia per spiritū sanctum optime locutus est. Celebratur tamen natiuitas sancti iohannis baptistę: nō prima sed secūda. Prima eīm natiuitas fuit in vtero: quando anima in vtero fuit infusa. Alia vero ex vtero quando venit ad lucem: t hęc sine peccato fuit: q: sanctificatus fuit in vtero. Hęc autē festiuitas nō solū apud fideles sed apud infideles vigiliā habet. In hoc festo maxime pagani infideles ad ecclesiā suam cōueniebant vigilantes vt supra diximus. Sed de structis vigiliis illis: adhuc tamē antiquitatis nomen tenemus: quia dū ieiunamus vigiliā nuncupamus. Vel aliter dicamus fratres. Nam dum illa sancta helizabet ꝑ filia fuit sanctę ismarę: quę quidem ismara soror fuit carnalis sanctę annę matris domine nostrę: dum grauida esset de iohāne ante aduentum virginis sanctificatus io-
Luc. 1. hannes non fuit: sed salutata helizabet a virgine: mox iohānes sanctificatus fuit in vtero. Merito ergo ei⁹ natiuitatē celebrare debemus. Sed nunc de apostolis: quorum vigiliē nō habētur: dicamus. Festum enim philippi t iacobi ieiunii non habet: eo q̄ inter pascha et pentecosten est: quod tempus est gaudij: lętię et exultationis: quia saluator surrexit a mortuis. Iacobus etiam zebedei apostolus apud quosdā vigiliam nō habet: eo q̄ occisus fuerit in diebus azymorū: nec die mortis eius celebra-
De obser. ie. iu. ca. 1. et. 2. mus sed potius translationis. Bartholomeus etiam vigiliā nō videtur habere: eo q̄ vna dierū fuerit decollatus: et sequenti die obijt: et sic si haberet vigiliam: oporteret q̄ esset in tertia die: quod est contra nostram aliorum ieiuniorū. Thomas autem vigiliā nō habet: eo q̄ tpe aduentus venit. Barnabas ieiunium non habet: quia de duodecim non fuit. Matthias ieiunii nō habet: eo q̄ tempore ieiunij sit. Johannes euangelista ieiunii non habet: eo q̄ in glo-
Luc. 2. ria in excelsis sim⁹: t glosia in excelsis deo cantare debemus. Rogo tamē vos fratres licet ieunia ista seruare nō teneamini: pro remissione peccatorū vestrorum vel pro periculo hostium ieiunare non desistatis: carnem domantes quātum portare potestis. Adiuuet nos christus filius dei qui pro nobis natus t mortuus est: Amen.

De murmuratione t detractione: Et de penis damnandorum: Sermo XXVI

A Emotantib⁹ nobis in heremo frēs dilectissimi: murmuratores: detractores: vel susurrones nullatenus esse debemus: scientes q̄ tales regnum dei non consequent. Non igitur stulta loquamur lingua dolosa: sed cum dei adiutorio sine cuius voluntate et nutu folium arboris nō mouetur: omnis murmuratio vel detractio procul sit a nobis: cōsideranteś q̄d
Gal. 5.
Numer. 12.
marię sorori aaron t moysi: quia murmurauit acciderit. Nam murmurauit: quia moyses vxorem ethiopissam duxerat: t ea murmurante iratus ē dñs valde: eo q̄ moyses esset mitissimus super omnes homines qui morabant in terra. Et ait dominus aaron et marię: Egredimini ad tabernaculum fœderis. Quibus peruenientibus ait dominus: Quare non timuistis detrahere seruo meo moysi: cui loquor facie ad faciē? Seruus eteīm me⁹ ē: t in domo mea fidelissim⁹ est. Et ecce maria statim repleta est lepra: cadens super eam quasi nix. Qui videns moyses exclamauit ad dominū dicēs: Deꝰ meus obsecro sana eā. Cui respondit dñs: Separetur septem diebus extra castra: et postea reuocabitur maria ad pristinā sanitatem. Ideo attēdite fratres q̄ maria hęc quę peccauit: animā subditorum t discipulorum significat: quando suo ꝓpposito vel presbytero obedire recusat: t recusādo murmurat t murmurādo leprosa efficit: qđ apparet dum culpa eius publicatur. Sed dominus pastet qui omniū vestrum curam gerit: quęrens salutem animarū compatitur peccanti: t auxilium diuinę medicinę precibus postulat infirmis: clamatq̄ quotidie indefessa voce pastor bonus: qui animā suam ponere non desistit pro ouibus suis dicens: Obsecro domine sana eam: sana contritiones eius: quia cōmota est. Sana eam quia lepra murmuratiōis plena est. Reuoca eam: quia a consortio fidelium tuorū separata est. Igitur fratres attendite ne murmuratores i heremo sitis: Nam sicut lepra

propium corpus deuorat: et sibi adhęrentes inficit: sic ꝛ murmurator non solum seipsū destruit: ꝫ etiam cūctos audiētes inficit et occidit. Ideo fratres attendite vt nō murmuratores vel loquaces simus sed ve-
Prouer.10. races: quia in superfluo eloquio peccatum deesse nō poterit: nec oino veritas adesse.
1. Petrac. in ꝓfatiõe O q̄ grande periculum est non solum dicere falsa: sed ꝛ vera prędicare pęnosum ꝛ dubium est. Loquaces deniq; laudare nō audeo: sed tacentes beatos prędicare pręsumo. Attendite o fratres mei: attendite ne simul cū presbyteris meis murmurantibus capiamini. Nā ad vos perueni: et in dieb⁹ paschalibus vobiscū in hac solitudine esse volui: q; murmurauerit ꝛ augustino detraxerit presbyteri: ꝛ noluerit diuinis obedire p̄cepti: ideo leprosi murmurādo facti sunt: ꝛ immūdicia petō ꝙ pulsi sūt: ꝛ a domo mea expulsi sunt: q; vocati nō fuerit digni mecū perseuerare. Ideo separati sunt ꝛ expulsi: quia nō potuerūt sine murmure stare. Vos autem quorū officium est semper orare: fernentius nūc orare vos depco: vt tanq̄ sanatos ad cōmunionē ecclesię hipponensis reuocare gaudenter possimus illos: quos tales inuenire credidi quales inuenire non potui. Hęc tamen expulsio est ad salutē nō ad perditionē: ad correctionem nō ad dam-
Heb 3. nationem. Sic enim expulsus est adam de paradiso: vt i ꝫ exilio miserię corrigeret: vt in hac pęna temporali per gratiā adipisceret ęternā remissionē. Nō licet adā peccauerit: dūs tā eū nō deseruit: ꝫ ad pęnitētiā eū ꝛ suos semper inuitauit. Postq̄ enī adam peccauit: latere seuoluit: ꝛ abscondit se a facie domini: quod erat signum doloris ꝛ erubescentię. Sic enī vos facere cupio fratres. Nam ꝛ si aliquando murmurastis vel peccastis: quod est conditio cunctorum viuentium: erubescite ꝛ abscondite faciem vestrā per humilitatem a facie saluatoris: vt dum visitauerit vos in solitudine paradisi: ꝛ vocauerit vos dicens cuilibet: Adam vbi es: consideretis in quanta peccatorum miseria positi sitis. Per hoc enī q; vos propius nos vocat: signū dat q; ad pęnitētiā vocat. Per ꝫ q; dic: Vbi es: ostēdit q; viā petētis ignorat: non tā q; ignoret: sed q; reprobet. Post meridiē apparet: ostendens q; dūs ab amore peccatorum refrigescit: quia per pec-

catum in homine refrigeratus est amor charitatis. Hoc enim pensate ꝛ cum adam vos peccasse cognoscite ꝛ dicite: Domine audiui vocem tuam in heremo ꝛ timui: eo q; bonis operibus nudus essem: ꝛ abscondi me
Luc.15. per humilitatem: cognoscens q; peccaui in cęlum ꝛ coram te. Sed ꝛ contrarium facientes: murmurantes ꝛ detrahentes proximo suo: ꝛ mala portantes in cordibus suis: expellet eos dominus de paradiso: sed tamē faciet eis dominus misericordia motus tunicas pelliceas: ne tempore frigoris perpetuo monātur. O grandis dei misericordia: o infinita dei clemētia: o magna ꝛ admirabilis eius dilectio circa nos. Ecce enī quotidie peccamus: frequēter eum offendimus: ꝛ tamen nos derelinquere non vult: sed tunicas pelliceas contritionis ꝛ venię nobis quotidie donat ꝛ largitur. Ecce quanta est misericordia nostri saluatoris. Igitur fra- ℭ
tres mei ꝛ lętitia cordis mei: redeamus ad mentem: et eam diligenter discutiamus: scientes q; nunc in paradiso pęnitentię et deliciarum positi sumus: et in ecclesia eius positi et collocati sumus. Dedit enim nobis pręcepta: vt toto corde et tota mente
Matth.22. eum diligamus: ꝛ proximū nostrum. Sed quomodo diligere eum possumus: si susurrones ꝛ detractores i heremo facti sumus? O q̄ pestis misera ꝛ mortalis est ipsa murmuratio: o q̄ venenosa. Hęc enim est quę conuentus clericorum et ciuitates multas destruxit. Et quia grande periculum est inter murmuratores habitare: ideo expellendi sunt tales: ne ceteri corrumpant per eos.
Eccli.28. Tertia enim lingua multa mala cōmittit: ideo si semel correpti nō se emendauerint: de vestra sancta ꝛ singulari societate expellantur. Nec crudele hoc esse credatis: nec illi qui expulsi sunt ad tempus: de hac expulsione dolere debent: sed cum oīi humilitate eam suscipiant: dolentes tamen et flentes q; nondum intellexerunt apostolum dicentem: Si quis se putat religiosū esse non
Iacobi.1. refrenans linguā suam: huius vana est religio. Heliuo est enī a congregatione pręsenti expelli ad tempus: q̄ a cęlesti regno perpetuo exulari. Sic enim vt supra diximus:
Gen.3. expulsus est adam de paradiso: non ad dānationē sed ad correctionē. Correctus vero ꝛ emendatus frater qui peccauerit ꝛ qui p-

primo detraxerit: volo vt inter vos fraterne recipiatur. Melius est enim vt redarguamur de misericordia: q̄m de crudelitate in die nouissimo. Nam pium hominem quando perisse legimus ignoro: sed impium et crudelem frequenter perisse audio. Ignar o fratres mei t lętitia cordis mei: obsecro vt nō peccetis: vt in die nouissimo nec crudeles nec nimis misericordes inueniri possitis: Deponite murmura: claudite infra dentes linguam: ponite custodiam ori vestro t sillete: nō solum a malis: sed etiam quandoq; a bonis silere laudabile est. Bis enim sanctus propheta: Silui a bonis. Nam bonum vbiq; proferre nō debemus: sed tempus proferendi agnoscamus in cunctis.

Esto igitur fratres non loquacce: sed veraceo. Calcate murmurationes: t fugite eas vt mortē. Nam murmurare: detrahere vel despicere hypocritarum cōditio est t ignorantium. Murmurare deniq; et detrahere hypocrita non satiatur: de omnibus maledicens vt ipse solus a cunctis ḡdicat btūs. Omnia iudicat: vt nemo sit qui eum audeat iudicare. Omnia despicit: vt ipse solus sit qui ab omnibus aspiciatur. O hypocrita caue ne ad mensam meam peruenias. Nam ibi anteq; aliquid sumas: lectio mea tibi p̄mo leget. Quid enī p̄mo i mēsa mea descripsit? Quid primo in ea habere vel audire desidero? Quid primo in ea seruare p̄cipio: nisi qō Quisquis amat dictis absentum rodere famā: Hanc mensam indignā nouerit esse sibi: Quapropter fratres si q̄s murmurare desiderat: non solum ad nostrā apostolicam congregationem: sed nec ad mensam nostram accedere p̄sumat. Non enim ad heremum peruenimus vt murmuremus: sed vt mundanis obtibus cōculcatio: in heremo pie: sancte t iuste viuere valeamus. Quod si non fecerimus: qō deus aduertat: melius fuisset q̄ nati non fuissemus. Quare fratres mei melius fuisset: nisi quia melius fuisset non esse q̄ male esse? Numquid melius est carere esse: q̄ esse et perpetuo cruciari? Nam non esse cui possit obesse ignoro: Sed habere esse t perpetuo cruciari: quid aliud est q̄ mortem sine morte semper habere? Verum et indubitanter verum vobis fratres mei dicere audeo: melius esset non esse: q̄ cum esse perpetuo affligi vel ęternaliter cruciari. Studeamus igitur fratres semp bene viuere: vt t semp bñ esse possimus: t semp bñ nos esse possideam⁹. Esse enī dei gratia habere nos scimus: sed semp bene esse omino ignoram⁹. Propteres taliter linguam nostrā ęteraq; corporis membra restringamus: vt mediāte diuina gratia ad perpetuū malū esse nō ꝓueniamus. Nec de nobis dicat: q̄ de iuda ꝓditore discipulo dicit: Melius ei fuisset si nat⁹ nō fuisset bō ille. Quare illi melius fuisset si nat⁹ nō fuisset: nisi qa melius est omi esse carcere: q̄ in inferno iacere. Ibi deniq; t si erit stimulus doloris t penitudinis: nulla tamē erit ibi correctio voluntatis: vt nullatenus a dānatis possit diligi vel desiderari iusticia. Ideo illi diuitī q̄ in inferno cruciabatur: Quis curam de viuis fratribus gerere videretur: non tamē eidē de iusticia cura erat: quia iusticiam nullatenus diligere possunt qui in inferno sunt. Iacebat tamē diues: t sepultus erat in inferno: t quid de fratrib⁹ suis esset ignorabat: t nesciebat omno: t tamen curam de eis videbatur habere: sicut t nos viuentes de mortuis: Quid agant vtiq; nesciamus. Itaq; fratres caueamus ne peccemus: ne ad illam flammā ꝑueniam⁹. Ipsa deniq; flāma ꝓcrematorem habet: sed lumen nullum habet. Quare: nisi quia quos gehennę flāma cruciat: a visōe veri luminis ęcat: Et vt forsitan eos dolor combustionis cruciet: t intus pena ęcitatis obscuret: vt q̄ creatori suo corde et corpore deliquerant: corpore simul et corde puniantur: vtrobiq; pēnā sentiant: qui dum viuerent prauis delectationibus seruiebant. Ecce fratres quomodo puniuntur peccatores: quibus vnus ignis omnib⁹ est: non tamen vno modo omnes cruciantur: sed quāto quis in delictis plus permāserit: tanto fortius cruciabitur in ęternum. Vnus igitur ignis singulis ē et corporeus est: t vt i ꝑuissimos peccatores corpaliter cruciet: nec studio humano accenditur: nec lignis: pice vel oleo nutritur: sed post peccatum semel accensus: in ęternum durare nullatenus dubitare debemus. O inferne tu latus es: et mensuram nō habes. Profundus es: t nullum fundum te habere cognosco. Insatiabilis es: quia oēs tam paucos q̄ diuites te libēter suscipere audio:

Matt. 26.

Luc. 16.

plen⁹ ardore incomparabili: plenus fętore intolerabili: plen⁹ oĩi dolore inumerabili. Ibi omnis miseria: ibi tenebrę: ibi nullus ordo: ibi horror ęternus: ibi nulla spes boni: nulla desperatio mali: sed omne malum qđ existimari potest: damnatio in ęternum erit. Ibi o fratres mei dęmones fiere ꝛ clamare nō cessant: percutere peccatores nunq̃ desistunt: nunc superbum: nunc elatum: nunc gloria mundi plenum: nunc luxuriosum: nūc prodatorem: nūc homicidā: nunc fęneratorem: nunc verbosum: nunc adulatorē: nunc mendacē: nunc detractorem. Ecce quomodo clamabūt. Sed quid clamabunt: nisi percute: dilacera: interfice: sine morte occide: velociter spolia: deprędari festina: fer pœnas: picem para: aurum ꝛ argentum liquefac? Et quia dum viverūt deum intelligere noluerunt: et si in ęternū vixissent semp male facere voluissent: ideo sine redemptione merito in ęternum cruciabuntur. Itaq; fratres obsecro: vt non pereatis. Custodite linguā vestrā: seruate eā: claudite eam vecte ferreo: quoniam sermo vanus inuacuum non ibit: sed de oĩi verbo ocioso i die nouissimo reddituri sumus rationē. Adiuuet nos iesus christ⁹ deus noster ad perseuerandum in omnibus bonis: qui cū patre ꝛ spiritu sancto viuit et regnat in sęcula sęculorum: Amen.

De filio prodigo: Sermo XXVII

Luc. 10.

Pax vobis fratres dilectissimi: qui optimam partem cum maria elegistis dū mundū ꝛ pompas eius cōtemnere voluistis: Voluistis enim terrena despicere. Sanioti enim consilio sanctorū ambitosq; et simpliciani patrū vitam tutiorem aggressi sumus: cum paulo mundum fugiente: timens ne caperetur ab eo. In be remo denięq; sumus iocunditatē cōmunicationis ꝛ fractionis panis intelligenteo: clamantes cum prophęta: Ecce q̃ bonum ꝛ q̃ iocundum habitare fratres in vnum. Tutior? est hęc vita est ꝛ dulcior: vbi vnus alium cohortat: vbi alter alterius exemplo inflammat. O vita sancta heremitica: vita solitaria: vita pfecta: vita angelica nō bũana: vita pœnitētiū: vita ꝑa mūdū pugnātiū: vita ad deū fugiētiū: vita deifica ñ bũana: vita filio q̃ errauerūt ad patrē redeuntiū. Hęc est dom⁹ vbi reconciliat patri filium: q̃ portionem substantię consumpserat luxuriose viuendo. Hanc fratres mei si ianuarius noster cognouisset: aurum nobis ignorantibus nō retinuisset. Hanc si dilexisset: vineam: agrum ꝛ pecuniam tenere erubuisset. Quare? Quia paupertatē asperiorem presbyteris meis vos sponte tenere vidisset. Nam sicut filius ille qui peregre profectus est in regionem longinquam: vbi dissipauit substantiam suam luxuriose viuendo: sic ꝛ ipse vel quicūq; peccator: dum carnales voluptates diligit a domio peregrinatur: ꝛ quāto peccando fit dissimilior: tanto magis a deo elongatur. Substantia enī boi o est oē qđ viuit: cogitat: sapit et loq̄t: quę deus eque dauidit: Quā substantiam peccator consumit: dum conscientiam ꝛ vitam ꝛ cogitationes ꝛ verba in malis actionibus impendit. De filio etiam isto dicitur q̃ cępit egere: ꝛ ideo adhęsit vni ciuium regionis: ꝛ misit eū in villam vt pasceret porcos: ꝛ cupiebat implere ventrē de siliquis quas porci manducabant: et nemo illi dabat. Eget enim peccator cum cupit implere ventrem: non pane vitę ęternę: sed glandibus qui porcorum cibus est. Ideo adhęsit vni de principibus mundi: sub cuius fauore pascere porcos: id ē dęmones valeat. Porcus enim immūdum animal est: et de sordibus saturatur et delectatur. Siliquę enim sunt non solum glandes: sed etiam omne turpe ꝛ immūdum quod porcus codere delectatur. Istę denięq; siliquę sunt fornicatio: ebriositas ꝛ gulositas. Isti enī sūt dęmonū cibi: qb⁹ pctō repleri desiderat: ꝑ nemo dat illi ad sufficiētiam. Peccator est semper famelicus: semper deuotare quęrit: nunc luxuriando: nunc ꝛ alia faciendo semper delectari desiderat. Sz visitāte dominō patre per gratiam passionis suę pœnitet miser peccator: dolet iam pascere porcos: cogitat ꝛ cogitando surgit: pergeno ad patrem ꝛ dicēs: Pater peccaui in cęlum: quia assumpsi frequenter nomen tuum ꝛ sanctorum tuorum inuanum. Peccaui etiam coram te: quia in tua humanitate peccaui: quia non cognoui opere tuam infirmitatē quaz pro me passus es. Peccaui coram te:

Luc. 15.

Ps. 2. Ser. 5.

Luc. 15.

Ps. 131.

Luc. 8.

quia deus et homo es. Peccaui in celum: quia in patrem et in spiritū sanctum. Non igitur sum dignus vocari filius tuus. Sed quid fecerit prius pater: audiam⁹: legam⁹: predicemus: non sileamus. Nam misericordia motus videns illum venientem occurrit: videns lachrymantem: lachrymatur: videns eum denudatum: stolam iubet parari: videō eū discalciatū et sciat: credēo eū debilem et famelicum: occidi iubet vitulum saginatum. O ꝯ grandis misericordia tanti patris: o ꝯ infinita eius pietas: o ꝯ dulcis: o ꝯ pia miseratio. Ecce enī filius peregre fugit: et tamen patienter expectat. Omnia bona destruxit: et tamen ad se reuocare festinat. Porcos pascit: et ei iam vitam parat. Fame iam fere moritur: et epulari iam clamat. Ruditus apparet boni operibus primatus: et ecce stola puritatis gratie salutaris quam in baptismo recepit induit: et anulus fidei desponsationis datur: ne amplius valeat pascere porcos ꝙ ad domū patris fugit: sed tanq̄ ciuis sanctorū et domesticus dei fundetur in domo diuine manifestatis in ęternū et vltra. Quod bene ostendit ille misericordię pater: quia videns illū misericordia motus ē: et occurrit: et brachia extendens super collum eius osculatus est eum: dicēo seruis suis: Adducite vitulum et manducemus. Hic filius meus mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est. Similiter hoc idem fecit saluator: petro: quando eum negauit: quando illum respexit: quando respexit mentē eius: tunc fleuit amare. Occurrit peccatori saluator: quia per se nō potest ad deum accedere: nisi ei subueniat: nisi mentem eius respiciat. Sed postquaz eum respexerit: flectitur sup collū eius: qz Matth.11. onus eius leue ponit super collum eius dicens: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Tunc stola induitur: dum anima indumento virtutū vestitur. Duę enim stolę sunt: Una videlicet quādo aia in ꝑsenti indumēto virtutum vestitur. Altera vero immortalitatis est: quando corpus in fine ꝙlli etiā resuscitabit. Et ideo fratres mei licet in heremo sitis: scire tamen debetis ꝙ duę stolę sunt duę resurrectiones: quarum vna est animę: quādo resuscitatur a vitijs in quibus mortua iacebat: altera corporis: quando corpus configuratum erit corpori claritatis christi: quando in die iudicij reformabitur. Ea ergo fratres mei et corona D matris meę: satagite ꝙ porcos iam pauim⁹ cum multo tempore demonibus peccando placuimus. Jam frequēter eorum siliquas desiderauimus: quando mūdo placere voluimus: quando in eo florere concupiuim⁹: quando delectationibus suis toto affectu adhęsimus. Sed nunc dei gratia serui christi sumus: clamare non cessemus: Peccaui domine: iam non sum dignus vocari filius tuus. Quorum clamorem audiens occurrit nobis osculando: suam pacē donando. Stolam donauit: quando animam virtute spoliauit. Anulū donauit: quando in fide nos sua roborauit. Calciamenta donauit: quando memoriam mortis nobis imprestitit. Vitulum occidit: quando in sacramento altaris memoriam passionis eius in mente renouauit. Tunc nobiscum pater manducat et epulatur: quando in operibus suis perseuerando delectamur. Tunc sic nobis ornatis precipit angelis deus: vt conuiuium preparent: quia mortui eramus et resurexim⁹: perieramus et inuenti sumus. Cogitate ergo fratres ad quid venimus. Ecce in solitudine sumus: elongati sumus a seculo: et longo tempore iam mansimus in solitudine: vt secundū apostolicam formam quietius viuere valeam⁹. Locus enim nō facit sanctos: sed operatio bona locū sanctificabit et nos. Peccauit enim angelus Esa.14. in celo: peccauit adā in paradiso: et tamen Gen.3. nullus locus sanctior illis erat. Si enim loca habitatoē beare possent: nec hō nec angelus a dignitate sua corruissent. Pensate ergo fratres ꝙd vestis nigra: quid zona pellicea: quid corona capitis persuadeant. Nigra enim vestis quę vilis est: mundi contemptum nobis denunciat et memoriam mortis. Zona pellicea lumborum refrenationem declarat. Capilli rasi de vertice: superfluitatem criminū significant ablatam de mēte. Sic enī mihi sanctus pf ambrosi⁹ ꝙñ me regeneranit i christo anno etatis meę tricesimo mihi petēti rndit. Cogitate ꝙ fratres ꝙñ reprehensibile est si sub tali habitu superbia lateat: vel luxuria. Summe necessaria est igitur nobis in heremo demoran-

nibus ipsa humilitas quę designatur per vestē: Castitas quę denotat per lumborū pręcinctionē: Obediētia quę intelligitur p subiectionē. Portamus etiam baculos: p quos intelligit disciplina sub qua semper
1.Petri.2. parati esse debemus. Deus autez qui nos de tenebris gentiuz reuocauit ad gratiam: confirmet etiam in omni bono: vt abundemus in spe et vrtute spiritus sancti. Amē.

¶In cęna domini: Sermo XXVIII

Audiuimus fratres charissimi: q
Joh.13. A cum dominus intrauisset panē vt daret iudę q post buccellam intrauit in eum sathanas. Et ait iesus: Quod facis: fac citius. Cū ergo accepisset ille buccellam: exiuit cōtinuo. Erat autē nox. Cū ergo exisset: ait dño discipulis suis: Surgite. Et postea ait: Filioli adhuc modicū vobiscū sum. Antequā tamē a vobis recedā: mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Satis enim nouit charitas vestra q tota perfectio nostrę vitę et ędificationis ex euangelio accipitur. Eius verba a summo nostro magistro nobis data sunt: ideo pretiosiora sunt: et satis nos bortant nosq; ędificāt quotidie: Et ea vobis modo pręsentamus: ad memoriam vobis reducimus: non quia nō bene intelligatis licet in deremo permaneatis et segregat a gentibus fines; etiam corporaliter antequā essem presbyter episcopus pariter videre potuistis: sed ideo vobis ad memoriam reduco: nō vt doceamus sed vt et me et vos fratres moneamus. In euangelio quo dicitur: quod ad pręsentem diem pertinet: de patientia et dilectione et humilitate instruimur. Ideo fratres vt et ego plenius valeam vna vobiscum corrigi et doceri: relinquere volui presbyteros meos: quoz vita apostolica vestra et eorū vna est. Et sanctum senem valerū etiam corpore hodierna die reliquere non curaui: cupiens vos docere et a vobis doceri: vt fructum aliquē deo in die tantę solemnitatis offerre digne
B pariter possimus. Ideo fratres ad expositionem sancti euangelij accedentes: primo audire et scire vos volo q dominus iesus discipulū iudam multis modis: minis; sacramentis et exemplis et planctu voluit eū corrigere: et prędictis modis ad correctionē inuitare: ad victimū eū manifestauit in dānationem et ruinam iam esse paratū: dum in cęna dixit: Qui intingit mecum manuz Matth.26. in parapside: hic me tradet. Cum enim iudas prauam suam vitam nulli patere putauisset: magistrum audiendo erubuit: sed non penituit. Multo enim ante passionē dixit: Nonne duodecim elegi ꝑ vnus ex vo Joh.6. bis diabolus est? Et post cęnam ait: Vos Joh.13. mundi estis: sed non omnes. Hoc autem magister dicebat: volēs discipulum verbo corrigere. Ecce quomodo verbis timoris eum correxit. Sed videns dominus q verbis eum corrigere: ipso nolente nō poterat: studuit eum corrigere: et sibi timorem ęternū incutere dum ait: Vę homini illi per quem Matth.26. tradar ego: melius ei fuisset si natus nō fuisset. Sed dominus eo: discipuli nequiter induratum: ad dilectionem sacramēti dulciter inuitauit dicens sibi post petrū et cęteris: Accipite et comedite: hoc est corp⁹ meū. Sacramētum enim illud ideo hominibus datur: vt corpus in terris capiti coadunetur. Sicut enim multa grana vnum panē conficiunt: et ex multis racemis vnum vinū extrahitur: sic ex multis hominibus christi C corpus cōficitur. Obtulit autem dominus discipulo sacramentum vnitatis: vt eum inuitaret ad humilitatem dilectionis. Licet etiam propter alios discipulos humilitatis exemplum prębuerit: tamen ouē perditam recuperare valde cupiebat. Sed videns eum nequiter obstinatum: surgit a cę Joh.13. na et vestimenta deponit: linteo se pręcinxit: et ad principem apostolorum primo vt arbitror: fratres peruenit. Ante eum se genuflexit diuinitas incarnata: deꝰ ante hominem: creator ante creaturā: magister ante discipulum: rex ante piscatorem: doctus ante indoctum: sapientia ante ignorantiā: pulchritudo ante deformitatem. Ideo petrus diuinitatem incarnatam videns ante se incuruari: expauit: erubuit: et per cęnaculum velut insensatus cucurrit et clamauit: Non lauabis mihi pedes in ętern̄um! Nam inquit petrus: Domine tū dixti q tu Matth.16. es christus filius dei viui: et tu mihi lauas pedes? Dz notare debet fratres q in dere/

mo habitat: cur inquã cena facta dicit: cũ post ablutionez pedum dicatur buccellam panis iude dominũ porrexisse. Non debemus intelligere cenam finitã: cum dicatur panis esse adhuc super mẽsam. Adhuc esti cenabatur quando dominus a mensa surrexit: t tamen cena iam facta dicitur. Intelligere hoc nanq; debetis q non facta erat: sed parata: t ad cõmunantium mensę vsum perducta. Ideo iohanneo aquila grandis istam dicit cenam: omnia diligenter attendeno: puso nostri saluatoris celsitudinem
Joh.13. voluit cõmendare: dum ait: Sciens iesus quia oia dedit ei pater in manus: t quia a deo exiit: et ad deum vadit: Magnam christi potentiam exprimit iohanneo: cum oia patrem ei dedisse affirmat. Magnã celsitudinẽ christi prędicat: cum eum a deo exisse asserit: Et tamen hodie audiuim⁹: q ille q habet ola in manu: vestimẽta etiã deponit. Sed quid mirum: si pro discipulis vestimenta deponit qui etiam carnem pro inimicis suis dedit: Et quid mirum si more
Dan.13. famuli pręcinxit se linteo: qui formam serui accipiens: habitu inuentus est vt homo? Quid mirum si fudit aquã in peluim: qui dignatus est fundere sanguinẽ pro nostra redemptiõe: Et ait iohanneo: Venit ergo ad simonem petrum. Videtur deniq; quibusdã: sicut fuit martyr ille sanctissimus et doctor cyprianus: ante petrũ iudam lauasse: volens dominus prędictum discipulum reuocare. Sed non videtur ratio ponderosa: Et quo enim petrũ iam cancrosũ caput fecerat: ad eum accessit primo in honore: vt ceteri postea similiter facerent. Ideo sic intelligendum est: cum summam rei bene transcripsisset dicẽdo: Cępit lauare pedes t linteo tergere: redit postea ad ordinẽ rei ostendendo dicẽs: Venit ergo ad simonẽ.
Joh.13. Quid est etiam qđ dñs postea dicit: Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus? Si mundus est totus: quare necesse est vt pedes lauet? Ideo fratres attendere debetis: q hanc mentionem facit dominus de ablutiõe baptismatis: qui ergo lotus ẽ in baptismate totus: non est necesse nisi vt pedes venialium peccatorum lauet: quibus humana mens ob-
Joh.15. stare non potest: nec infano cuius vnt⁹ dies E vita regnat super terram. Peractio veniq; t consũmatio sacrę cęnę sacramẽtio: factio t ordinatio in eadem cęna apostolis sacerdotibus: cõmunicatio t lotio eorum pedibus: iterum intrauit mensam t ait: Scitis Joh.13.
quid fecerim vobis. Si ergo ego dominus et magister laui pedes vestros: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Si sum magister: discite a magistro. Si dominus: erubescat hęc despicere seruus. Si tam peręri proditoui t vos parcere studeatis. Si ante eum genu flexi: humiles ante aduersarios estote. Si me ab eo permisi osculari: t vos maxillam prębere dignemini. Si Matth.5.t.26
proditorem amicum vocaui: t vos inimicũ amicũ vocare corde t opere nõ dedigne mini: q non est seruus maior domino suo. Et post pauca de filio perditõis dolorem ostendens t dolens: turbatus in spiritu et cõtristatus ait: Vnus vestrum me tradet. Joh.13.
Q3 voluit dominus discipulo perdito: O q studuit eum ad se reuocare. Voluit quia non potuit eum corrigere. Voluit quia obstinatũ iaz eũ esse cũ diabolo cognoscebat. Voluit quia super eum sententiam ęterne damnatiõis paturus erat. Et videntes discipuli facies quam angeli aspicere deside
1.Petri.1. rant esse turbatam: dixerũt: quis esset ille: quęrentes quis eoz esset maior. Sed quare hoc: nisi quia arbitrati sunt vt homines ille qui maior est vt dominari possit: magistrũ prodere procurat. Aliqui tamen de petro forte suspicabantur: quia plus t pluribus se facturũ tam ꝓmiserat pro magistro: suspicantes q ficto corde sic totiens loquerentur: Tu es filius dei. Sz q petrus inno- Matth.16.
centem se sciebat: innuit iohanni vt peteret. Cui dominus: Cui panem intinctũ porretero: ille est: sed caue ne petro dicas. Et cum intinxisset iesus panẽ: dedit iude. Nõ est ergo credendũ q dominus alta voce dixerit: quia si petrus hoc sciuisset: omnibus proditorem detexisset. Nec etiam est putandum: q iudas tunc christi corpus sumpsisset: quia iam domin⁹ octies discipulos cõmunicauerat: t iudam sicut lucas euidẽter ostendit: panem intinctũ tamen dominus discipulo porrigere voluit: vt eor intrinseum veneno significaret. Et post buccellã intrauit in eũ sathanas. Nunqđ sathanas nõ ante eor eius intrauerat? Dino frõ ante buccellam cor iudę intrauerat: sed affectu t

voluntate tantum: sed post buccellā intrauit sathanas effectu ⁊ opere: Tamen bona fuit buccella quā christus discipulo dedit. Bonum etiā sacramentū quod ei tribuit: sed aliquando bona obsunt: ⁊ mala quandoq; prosunt. Corpus enim domini quod bonū est: malus malū est. Et carnis stimulus malus est: et tñ paulo bonus est: et qō
Job.13. malum est: sibi profuisse cognoscamus. Sicut supra diximus fratres: panis iste postea eius a christo ⁊ indigne receptus a iuda: secit ex merito christus: vt maior esset licētia super eum diabolo post manifestationem: ideo grauiorē vindictā in eum fecit. Subtracta enim gratia cum dominus ad malū
Pā.80. dimisit: ⁊ dimisit cū scōm desideria cordis sui: ⁊ iuit in adinuentionibus suis. Et permittens eum in propria voluntate ⁊ arbi-
Job.13. trio: ait discipulo: Quod facis fac citius. Quasi dicat dominus: Quia non possum te reuocare timore verecundie: nec mortis ḡne: nec amore: do tibi potestatē vt agas facto quod iam voluntate fecisti. O iuda quid facis? Attende antequā facias. Nam post factum forte gratiam pēitendi habere non poteris: quid cupis tradere qui tibi multa peccata peperci? Nūquid a morte te sēpe liberauit? Nūquid tui amore patrem tuum sanauit a lepra: ⁊ matrem cum qua concubuerao a paralysi etiā liberauit? Nunquid te discipulum constituit? Nunquid te bursariū fecit? Nunquid in furto te sēpe inuenit ⁊ semper tibi peperci? Nunquid te post petrū vt plurimū honorauit? Nunquid semper christus iuxta se te habere voluit? Nunquid ad pacē postq̄ te produxit cognouit sēpe reuocauit? Nunquid tibi suum sacrum corpus donauit? Nunquid ante te genuflexit? Nunquid pedes lauit? Nunquid te osculatus est? Cur ergo prodere vis magistrum: a quo tot bona recepisti? Sed hēc oīa nō ꝑsiderans: recepta buccella exiuit protinus. Et bñ exiuit: qz ve a deo ⁊ a ꝑsortio discipuloꝝ dei exiuit. Et erat iam̄ eū gelida nox. Merito nox discipulo, pditori data erat: qz cecitas mentē eī
G caligauerat. Qui discipulus postq̄ ab eis recessit nocte: mox magister vndecim congregauit: ⁊ ait: Filioli modicū tḡus adhuc vobiscū sū: Ideo mādatū nouū do vob vt diligatis inuicē sic dilexi vos. Nouū eū erat

hō: quia quattuor modis generant boues: aut sine patre vt eua: aut sine patre et matre vt adam: aut ex patre ⁊ matre vt homines: aut sine patre ex matre tantum vt christus. Bene ergo nouus erat: quia deꝰ ⁊ hō erat. Nouū etiā regnū ꝓmittebat qō nēo vnq̄ ꝓmittere ausus erat: Ideo nouū mādatum dedit. In lege aūt veteri dictū erat:
Diliges amicū tuū: ⁊ odio habebis inimi- Leuit.19.
cum tuum: Sed christus nouū mādatū dedit: qz vt amicos inimicos diligere mādat. Matth.5.
Cēteraq̄ nāq̄ virtutes: fides scilicet: ospes: elemosyna: v̄ginitas: ⁊ cēteraꝝ v̄tutes corpis ⁊ fidelīb⁹ ⁊ infidelīb⁹ cōes esse pōt: ꝑ inimicū diligere tñ christianorū virtus est. Et ideo magister veritatis dixit: In hoc cognoscēt Joh.13.
boues q̄ mei estis discipuli: si dilectionē ab
b
inuicē habueritis. Scitote tamen fratres q̄ talis ordo in diligēdo seruādus est. Primo super nos et super oīa deum diligere debemus: deinde animā nostram quę nostra proxima est: deinde corpus: quia factura dei est. Ideo apostolus dicebat: Nemo Eph.5.
rauit. Libenter tñ suscepissem martyriū: et etiā p veritate mori sp parat⁹ sum. Audite ergo rebelles: Audite lupi rapaces: Audite vos derisores. Veniat etiā ille sanct⁹ ezechiel q portā clausam viderat in domo dñi: surgat t vobis aperiat visionē quā vidit t palpauit. Dic dic o sancte ezechiel: dic Ezech.34. presbyter⁹ meus. Ait sibi dñs: Fili hois p̄pheta de pastorib⁹ isr̄l: dicq; ad eos: Vę pastorib⁹ q pascebāt semetipsos. Nōne greges pascunt a pastorib⁹? Lac comedebat⁹ t lanis operiebamini: qđ crassum erat occidebatis: gregē aūt meū nō pascebat⁹. Quod infirmū erat nō cōsolidastis: t qđ egrotum erat non sanastis: Quod confractū est non alligastis: t quod abiectum est non reduxistis: t quod perierat non quesistis: sed cum austeritate imperabatis eis et cum potentia. Et dispersę sunt oues meę. Sz ego sup pastores: requirā gregē meū de manu eor. Ecce quō de vob queritˢ dns: q; nō estis pastores ꝙ lupi rapaces: q; oia quasi ꝙ facitis ꝓpter lucrū facitis. Non solū ꝙ ecclesiarū sunt ḡnis: ꝙ ꝙ mūdanor. Ecce cū discutiamus mentē: pquiram⁹ veritatē. Nunqđ missam cantare: nunqđ baptizare: nunqđ mortuū sepelire sine precio vel ꝓmissiōe dignamini? Nūqđ nō citius morē diuitū q̄ corpis salutē desideratis videre? Ecce quō lupi estis: ecce quō oi symonia infecti estis. O sacerdotes qđ agimus: qđ sum⁹: cur tñ dormimus? Ecce latro semel furat: semel fęn⁹ primi tollit vel rapit: ꝙ si capiē blasphemat: verberat: furtū imponit: t tanq̄ latro iudicat ad mortē. O sacerdotes mei: si fęn⁹ i laico crimē iudicat: si ꝓpter ō mori debet t ꝓdemnat ad mortē: qđ de vob erit in die nouissimo? Quid de nob faceret mūdus: si sup nos potestatem haberet? Quapropter 1.Tymoth.6. tenete iusticiā: nolite lucrū facere: ꝙ habentes victū t vestitū ꝓtenti p oia esse debet⁹. Sz q celebrat vel prędicat vel baptizat: vt inde lucrū acq̄rat: bonis cęlestib⁹ de facto se priuat. Ecce tñ romani principes q̄tum necesse eis fuerat ō diuitijs suis nūq̄ recipiebāt: aliud quoq; pauperibus erogabāt: iusticiā mirabilē ꝓseruabāt in cūctis: ꝓpter q̄ t alia bona q̄ faciebāt t obseruari volebant: meruerūt magnifico imperio sublimari: t timeri a cūctis in orbe. Ecce tñ pagani erāt: t stultissimū putabāt ꝓ deo colere crucifixum: t tñ deū suū timebāt: Et nos q nomē christi in fronte portam⁹: qđ aliud q̄ symoniā t latrocinia quotidie ꝓcuramus? Ego ꝙ etiā infidelis erā: t nō solū a carthaginēsibus ꝙ a romanis acutissim⁹ reputabar a cūctis. Copiosa turba circūdabat frequēter: t me transire videntes et audientes manū oui suo ponebant: ciuem romanū tribunorū caput me fecerāt: et vxorē pontiani filiā mihi q̄lē parauerāt. Audeo tñ dicere: audeo hoc asserere in nullo me mutatū fuisse: omnia ꝓtemnēs: cuncta quę promiserant spernēs: diuitias abhorrens: cuitatē cautę relinquēs: fugiens mediolanū: vxorē non quęrens: cogitans nihil ꝓius habere q̄ cōsortiū mulier⁹ t societatē. Hęc oīa seruus iniquita tū mearū facere nolebā: qui tamē nunc seruus christi ea quę dixim⁹ t maiora tempto: habere frequēter. Vos aūt fratres qui in pugna semper fuim⁹: licet temptemur ad mūdū redire: vxorari: negociari: delicate viuere: cathedrā etiā ascendere: caueamus ne cū mundo damnemur. Vos ꝙ estis estis dei excelsi: in quor⁹ synagoga de⁹ ps.81. deor⁹ stare desiderat. Vos estis ei⁹ vicarij: q: vicē ei⁹ geritˢ. Vos estis filij excelsi oēs: ꝺbus dat potestas ligādi atq; solvēdi: ape Matth.18. riendi etiā cęlū t infernū claudendi. Ea ꝙ sacerdotes dei excelsi: aperite aures cordis vri: Quiescite cā agere puerile: discite bñ facere: pascite oues verbo t exemplo: nolite eis cęlū claudere. Claudit⁹ bñ nō corrigitis: claudit⁹ dum male viuere ostenditis. Oculus sitis cęco: et pes claudo. Tunc cū oculus estis cęco: cū eius tenebras effugatis ignorātię. Et pes est⁹ claudo: qñ viā veritatis demōstrat⁹: vel qñ fidē eor roboratis. Sed si fidē vestrā pro vobis roborare nescitis: quō alior⁹ fidē roborare poteritis? Et ideo attendite nec turbemini si veritatē dico vob. Scio cū t bene scio q̄ vob amara ē veritas. Quare: nisi q: si veritatē dico Joh.8. nō creditis mihi t in melius etiā nō mutamini? Amara ꝙ est veritas: t q̄ eā amāt vel prędicāt: sępe replent amaritudie t dolore. Tacere cū nō audeo: nec vobis placere intendo: q: si hominibus malis placerē: ser- Gal.1. uus dei nō essē. Vultis vt placeā: desidera tis vt diligā: tamē nō vultis vt corrigam. Obsecro tñ vos vt vitā emendetis: pculcātes auariciā: despicientes luxuriā: vitātes superbiā: symoniā odientes: pauper amātes: pompas huius sęculi renuentes: t pro

nobis intercedentes: sine intermissione oratione: vt et ego vna vobiscū vasa dñi digne et gratiā merear portare. Et si qs de me murmurauerit: sciat q de patre ego murmuratum erit: parcat illi et oret pro eo.

¶De sacerdotes se debeant exhibere sicut dei ministros: et cauere ne dona sancti spiritus vendere procurent: Patientiam quoq; et castitatem seruare: Ac de fornicationis detestatione: Sermo ¶XXXVII

Act.1. FRatres charissimi sicut actuū apostolor narrat hystoria: apostatante iuda a sorte apostolor: diuina prouidentia ad structurā ecclesie, putidus: fundamenta q fm iohannē sunt duodecim nola apor: beatū matthiā vocauit ad apostatū. Et sicut suscepit matthias principatū et surrexit loco iude: sic etiā nos suscepim⁹ principatū in ecclesia dei: et per gratiā suā suos ministros facere voluit: et si palatio suo nos apostituit: et elegit vt essem⁹ gens sctā: ps dei: sal terre: lux mūdi: et angelici homines absq; peccō. Ministri etiā dei sum⁹ et serui. Serui enī vicūq; si q ad oculū seruit: si q voluntati dñi in oībus fideliter obediūt: et tunc in tātam familiaritatē dñi mouent: q nō amplius serui sed amici vocant. Ideo tota mente nos exhibeamus in multa tribulatione: in scientia: in charitate nō ficta: in verbo veritatis. Et sic nihil habentes: omnia christum possidendo simus possidentes. Hec est enī beatorum vita: Hec est sacerdotum salus. Hec est seruorum dei requies. Hec est amicorum eius voluntas. Hec est enī sanctificatio nostra: vt in oībus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros i multa patientia: i tribulatione: i necessitate: i castitate: in abstinentia: in scientia: in suauitate: i charitate nō ficta: in verbo veritatis: nemini dantes vllā offensionē: vt nō vituperet ministeriū nostrū. Christi enī serui sumus. Tunc christianus enī ministerū vituperat: seruit⁹ nra despicit: qñ ea q christi sunt despicimus: et opere adimplere negligimus. Hyc nobis frēs mei vę nobis: q: falsum nomē christi portam⁹: falsum nomē dei gerimus: q: ope nō adimplem⁹ qđ adimplere debem⁹. Discutiam⁹ sacerdotes mētes nostras: et sciam⁹ si serui christi sumus. Sciam⁹ enī qđ facere debeam⁹ ne serui inutiles simus. Quid est: Certe nihil aliud nisi q exhibeam⁹ nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia. Hyc vę nos q nullā patientiā habere videmur: Nā pauperes esse debem⁹: q membra christi sumus et ministri dei. Hyc si pauptas aggredit: vel aliq corporis necessitate turbamur et affligimur: dona sancti spūs vendere procuramus. O sacerdotes mei nolite h malū facere: sed memētote q gratis accepistis: et ideo grat. reddite: ne cū simone mago dāneminī: cui dixit petr⁹: Pecunia tua tecū sit in pditionē. Qui etiā pcū recipit de sacramēto: giezita est et plenus lepra. Nā cū beliseus misisset naamā principē syrie in iordane a lepra: redicto naaman obtulit ppheto multa munera: si ille noluit recipere. Qui cū recessisset: locutus ē ei giezi discipulus ppheto petēs pncipis syrie munera. Quib⁹ acceptis ppheta ola p spūm nouit: et videns eū redarguit peccūm eius lepra. Sic etiā peccamus oēs q p sacramēta peccuniā petim⁹. Hyc dicitur: Nunqđ nō scriptura dicit: Qui altari seruit de altari viuat? O sacerdotes h qđ dicitis oīo negare nō audeo: si sciatis q de⁹ intuet corda hoīm. Nam si sacramentū dare dissimuleris: etiā si fueris oī pauptate vallat⁹ nō pastor es: nō minister christi es: si mercator. Nō igit petre: nō etiā tu p baptismo recipias si cū de simone pire nō velis: Nā facto pacto: sacramentū vēdidisti: et salutē tuā pdidisti cū iuda. Spontanea et sincera volūtate porrige sacramēta: nihil perendo: nihil expectādo: nihil de pmisso desiderādo: si si nbi dak iuste recepisti: iuste possidere poteo. Memēto tñ q paupē vitā sacerdos gerere debet: et ideo si superbia habet: si magno bēficio gaudet: pter victū et vestitū: qđ superest paupib⁹ dare nō differat: q oīa pauperū sit. Verbū aūt illud qđ negare nō debet fidelis: Qui altari seruit de altari viuat: vere olo est: q nō licet sacerdotib⁹ manib⁹ operari: ligonizare: ferrū fabricare: et similia. Hoc aūt pter reuerentiā et tāti sacramēti dignitatē: Illud aūt magis ad seculares pnet: ne ipsi sacerdotes dei fame pereant vel nuditate: ideo dignū est vt q altari seruit de altari viuat. Similiter frēs q sacramentū emit: vel ecclesiā vel pbendas: vel ecclesiarum introitus: vel seculari potentia hoc pro se procurauit: sciat q cum giezi et iuda in damnatione est: tam leprosus factus est: iam de templo dñi

Apoc.21.

Eph.6.

Ioh.15.

2.Cor.6.

Luc.17.

Matth.10.

Act.8.

4.Regl.5.

1.Cor.9.

Act.2.

Matth.26.

Psa.10. expellendus est. Quare sic? Quia q̄ nō intrat p ostiū in ouile ꝫ ascēdit aliūde: fur ē t latro. Jdeo reprehēdendus ē: qz emētes t
Matt.21. vendētes dñs ejecit de templo: Repellēd°
Numer.5. est: qz leprosi ejci iubent. Non intrat per ostiū ad ecclesiā: q̄ laicalem portā intrat. Non enī laicis spiritalia dona tradita sunt ꝫ dñi vicarijs. Vicarij dñi sūt: q̄ vicē aplorū tenēt. Castella aūt t villas suas laici dispensent: bona aūt bipontēsis ecclesię vigilanter attendāt ne rangāt. Diuites esi raro vel nunq̄ pauperibus sacerdotibus pię bendas procurāt: t si procurāt nō dei amore procurāt: ꝫ vt cū vxore t familia de bonis ecclesię gaudere valeant. Et ideo sciat sacerdos q̄ timore vel amore defraudari a diuite se permittit: q̄ impunitus nō remanebit: t si nō in psenti: saltē in futuro igne eterno
Ē nō carebit. Redeam° igit̄ ad propositū fra
2.Cor.6. tres: t sciamus quō poterimus nos exhibere sicut dei ministros. Lapitis enī scire. Ece si persecutiōes veniunt: nō deficiamus: sed patientiā habeam°. Si necessitas paupertatis p̄mgat: nō desperemus sed in domino confidamus. Si blasphemamur: nō re
Matt.5. spōdeam° ꝫ parcam°. Si collaphis vel alapis cędimur: aliā partem parare nō differamus. Si verbo vel murmure percutimur: taceamus. Si occidimur: gaudēter ad mortem pergamus. Quare? Quia nō est seru°
Psa.25. maior dño suo. Si enī me psecuti sūt: t vos persequent̄ ait dñs. Jta enī patientia omnī debemus: si ministri christi esse optam°. Sed quid aliud: nisi q̄ in castitate nosmetipsos exhibere debemus? Hęc est illa virt°
Jacobi.2. sine qua quis est factus oim reus. Hęc est illa virt°: quę nos deo cōmendat: q̄ nos angelos facit: quę nos super ętbera volando p̄ducit. Hęc est illa virt°: sine qua vasa dñi ferre nō possum°. Hęc est illa sancta virt°:
Eph.5. quā astringere nō docet aplus: Fornicatio t oīs immūditia nō nominet̄ in vobis: neq̄ turpitudo vestra colloquiū malū possit coꝛrūpi. Jdeo fratres attendite: q̄ nō solū a vobis removenda est fornicatio: sed etiā ois suspitio falsa. Nō decet clericū cum mulieribus sedere vel fabulari vel domum eius frequentare: ne suspitio mala inde progrediat. O q̄ vilis o q̄ miser t pusillanimis repitat clericus: qui frequenter cum mulieribus cōuersat. Insipiēs valde est t inexpertus: q̄ amicitias mulierū procurat. Et ideo

vos qui estis lux mundi t ciuitas in monte Matt.5.
situata: sic famā vestrā custodire debetis: vt nō erubescāt de detractoribus laudatores. Attendite etiā fratres: attendite q̄ dicit aplus: Fornicatio et imundicia. Forni- Eph.5.
catio enī est naturalis mulierū cōcubitus: ꝫ illicitus. Fornicatio est cū meretrice agere. Adulter siue adultera siue pcubina meretur vocatur. Fornicatio enī ideo clericis interdicit: quia cū simus ministri dñi: mēbra meretricis nō efficiamus. O q̄ turpe est de
1.Cor.6. ricū a meretrice duci captiuū. Qui enī adhęret meretrici: vnū corpus efficit. Et ideo scire debemus q̄ malū est fornicari. Nam si coniugiū sacerdotibus prohibet: quanto magis crimen fornicatiōis in nobis estimabitur. Ecce enī fratres: laicis cōiugatis ad
1.Cor.7. tempus abstinere p̄cipitur vt vacent orationi: t sacerdotes quos corpus dñi p̄cerare oīni die oportet: cōcubinas in domo tenere non erubescunt? Ecce quomodo vasa
1.Thessal.4. vestra possidere i sanctificatiōe sciatis. Scitis enī fratres: q̄ die quadā dauid venit ad
1.Reg.21. achimelech sacerdotē: t ait dauid cibariōe: Da mihi aliquid cibi. Et respōdit: Non habeo panes laicales ad manus: sed tantum panē sanctū: t ideo dic mihi o dauid: sunt mundi pueri tui a mulieribus: t ait: Sunt ab heri t nudusterti°. Et sic dedit sacerdos eis sanctificantū panē. Si ergo interrogauit sacerdos: vtrū serui dauid mūdi essent propter panes propositōis accipiendos: quid facere nos debemus miseri sacerdoteꝫ propter corpus dñi accipiendū? O fratres mei: sic t sacerdotes paganoꝝ dum offerre debēt dijs suis incensa: ab oīni malo vt possunt abstinēt. Ecce ego iam episcop° G
bipontensis erā: t cū quibusdā seruis christi ad ętbiopiā perrexi vt eis sanctū christi euangeliū p̄dicarē: t vidimus ibi multos homines ac mulieres capita nō habentes ꝫ oculos grossos strosi i pectore: ętera mēbra equalia nobis habētes. Inter quos sacerdotes eoꝝ vidimus vxoratos: tantę ei abstinentię erāt: q̄ licet vxores sacerdotes oēs haberēt: nunq̄ tamē nisi semel in anno eas tāgere volebāt: q̄ die ab oi sacrificio abstinebāt. Vidim° t inferiorib° ptib° ętbiopię boues vnū oculū tm in fronte habētes: quoꝝ sacerdotes a p̄uersationib° hominū fugiebāt: ab oīni libidine carnis se abstinebāt: t in septimana in qua dijs suis thura

offerre debebant: ab omni labe carnis abstinebant se: nihil sumebāt nisi merces quę per diē: et sic ptenti manentes digne sacrificiū dño suo afferebāt. O grandis christiano rū miseria. Ecce pagani doctores fidelium facti sunt: et pdōres et meretrices pcessert fideles in regno dei. Non ergo sic frēs: non sic: dōm nō tantū diligamus oe sed opere et veritate. Tunc veri eius ministri erimus si sobrie: si iuste: si caste vixerimus: Qui est benedictus in sęcula: Amen.

De sacre scripture ingentibus pconijs cū exhortatiōe ad diligentē ipsius lectionē: Sermo XXXVIII

Scriptū ē frēs charissimi q̄ moyses posuit in tabernaculo labiū ęneū in q̄ lauarent aarō et filij eius cū ingrederent sanctaſ sanctoꝝ. Ideo attendite q̄ quicq̄d sub lege antiqua in templo dei efficiebat: aliquid futurū pręsignabat: qđ in ecclesia nostra sub figura tegebat: sicut ait aplūs: Quęcūq; scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt. Nō enī sancti patres curassent tot et tanta scripta memorię commendare: nisi vt alios legentes: alios p exempla ędificarent. Legite ergo fratres mei scripturā sacrā: legite eam ne ęcci litis et duces ęcoꝝ. Legite sacrā scripturā in qua qđ ętendū: et quid fugiendū sit plene inuenietis. Legite eā q̄ omni melle dulcior: omni pane suauior: omni vino hilarior inuenīt. Apprehendite eā et inuenietis quō deus deoꝝ sit longitudo ꝓpter ęternitatē: quō sit latitudo ꝓpter charitatē: quō sit sublimitas ꝓpter maiestatē: quō sit profundū ꝓpter sapientię imensitatē. Quęrite scripturā sacram et inuenietis quō ille de⁹ deoꝝ natus de maria ꝟgine et hō fact⁹ nos amat vt charitas: quō nouit vt veritas: quomō sedet vt equitas: quō dilat vt maiestas. Legite scripturā sacrā et inuenietis quō nazarenus ille iesus regit vt principiū: quō ruet vt saluus: quō opat vt virt⁹: quō reuelat vt lux: quō assistit vt pietas. Et ideo o fratres mei q̄diu in hac infirma et vana vita fuerim⁹: hanc sapientiā discere et sapere tota mente curemus. Quid enī hō sine litter⁊ reputat? Quid enī est? Nunqđ nō pecus vel bechus? Nunqđ nō boo vel asn⁹? Nunqđ nō equ⁹ vel mulus: qđus nō est intellect⁹? Eia igit frēs mei q̄ pastores rōnalīū ouiū nūcupami nūfestinate rapere nō sophismata paganorū: nō carmina poetaꝝ: nō fallacias philosophoꝝ: de qbus doctores et auditores reticuri sunt rationē: ꝟ illā dulcissimā sapientiā sapiētiaꝝ: q̄ hereditas dei et filioꝝ eius chara possessio nūcupat. Hęc est illa doctrina sup oia diligēda: quā prophetę pdixerunt: quā patriarchę diuinitus hauserunt: quā dei filius postq̄ in terris visus et cū hominib⁹ cōuersatus est aperuit et declarauit: et qđ tenendū et quid vitandū est apertissime demōstrauit: et p suos apostos nos ipsam docēdo illuminauit. Hęc est q̄ docet nos amare cęlestia et terrena despicere. Hęc ē mater fideliū quę quotidie docet nos quō credamus deū esse omnipotentē: quō ipsum videbimus in sede maiestatis venturū: quō bonis bona et malis mala tribuētē videbim⁹. Hęc ē lucerna pedū nostroꝝ: et via salutis nostrę in qua instruimur: quō primo deū sup oia diligamus: quō aiam nostrā postmodū sicut qđ propinquius: quō postmodū aiam primi: quō postmodū corp⁹ ꝓpriū: quō postmodū primi velut nostrū diligam⁹. Iste ē enī ꝓfect⁹ modus: deū: nos et proximū diligendi. Hęc est illa sacra sapiētia q̄ ex oe altissimi ꝓdiit: philosophis: sophistę: astrologis: curiosis ac dialecticis abscondita: ꝟ grossis et rudibus piscatorib⁹ reuelata. Nā qđ non et hodie etiā solū paruulis reuelat? Hęc est enim sapientiaꝝ et doctrinaꝝ magistra et vīa: quę etiā nos docet exterius blādos: et interi⁹ fraudulētos cognoscere. Hęc est scientia scientiaꝝ: angelorꝝ ferculū: archangelorꝝ pulmentū: aplorꝝ gla: patriarchaꝝ fiducia: prophetaꝝ spes: martyrū corona: ꝟginū fecunditas: mōachorꝝ refectio: ęcorꝝ vacatio: sacerdotū cellariuꝫ: puerorꝝ ꝓncipiū: viduaꝝ doctrina: cōiugatorꝝ pulchritudo: mortuorꝝ resurrectio: viuentium sempiterna protectio. Hęc est ꝑ quā fide ornamur: spe armamur et charitate roborāmur. Hęc est quā q̄ inuenerit inueniet vitā et hauriet salutē a dño. Hęc est labiū vel peluis quā moyses posuit in tabernaculo: in quo lauarent aarō et filij eius cum ingrederent sctāsctoꝝ. Sz dicet. Quid ꝑ magnū sacerdotē aaron itelligere debemus? Dico enī vob frēs: q̄ ꝑ aaron summū sacerdotē intelligere debem⁹: et ꝑ filios eius alios sacerdotes minores: ꝑ labiū ꝓpriū legē oīm itelligoꝝ q̄ oēs tā magni sacerdotes q̄ qui sin-

Exo.30.

Mat.18.

Pet.31.

Eccli.24.

Prouer.8.

Exo.30.

dere debent ⁊ legẽdo ⁊ docẽdo ⁊ ope adimplẽdo: ꝑ mũdiciã corpis: cõpunctionẽ intelligamus: qua mũdari debem⁹: vt ad sancta sanctoꝝ: ad est ad secreta dei ⁊ sanctaꝝ scripturaꝝ penetrãda: per purificationẽ digni inueniamur. Et ideo fratres mei attendite et ꝓsiderate q̃ vas paratũ habem⁹: in quo oporteat mentis ſcditatẽ abluere: ⁊ mundiciã mentis in eo ꝓparare. Ecce enĩ lex sancta ⁊ scriptura imaculata parata est: vt virtutibus deceremur. Sed vꝝ nobis: q̃ debemus esse exemplũ correctiõis: ⁊ ecce iam sumus exemplũ erroris. Unde hoc: nisi quia cęci sumus et idiotę ignorantes legem: et eam legere fastidimur: ⁊ tñ cathedrã tenere et aliaꝝ curã gerere quotidie procuramus? Quid ergo mirũ si cadit sacerdos? Quid
Matth.15. mirũ si nõ ſubleuat delinquẽtes? Quid mirũ si dux cęcoꝝ cĕ? Ecce legẽ dñi cõculcauit: desperit eã vt mortẽ. Sed quid dilexit: q̃d procurauit: q̃d toto affectu ꝓcupiuit? Etorem vel ꝓbrinã caute tenere: equos velut miles i stabulo possidere: canes pro venatiõe nutrire: accipitres custodire: ⁊ tñ velut
Ps.31. equus ⁊ mulus quib⁹ nõ est intellectus cu-
Matth.23. pit honorari in cęnis et ab hoibus vocari rabbi. Ecce quõ cadit sacerdos: ecce quomodo viuit. Sz ⁊ si cadit q̃ sibi columna videat in templo: quantomagis populus
Job.4. perbit? Si de⁹ in angelis suis reperit prauitatẽ: quãtomagis in his qui habitãt domos lateas ⁊ q̃ terrenũ habẽt fundamẽtũ?
Leuit.19. Discate ꝙ legẽ sacerdotes: ne surdo maledicatis. Cũe surdo maledicitis: q̃si ꝓsiliũ ꝓpt ignorãtiã dare nescat. Cũe cęco offẽdiculũ ponitis: q̃si falsa pro veris ostẽditis. Itaq̃ fratres nolite iam pigrescere: sed legite scri
D pturã. Discite eã filioli: ſpe eam legite: q̃ lenis: oleo: ſublimis: auro: argẽto purior. Hęc est quę ꝓcipue in deũ ꝓuocat: ⁊ deũ diligere inuitat: corda illuminat: linguã purificat: ꝓscientiã probat: alam sanctificat: fidem ꝓfectat: diabolũ repellat: peccatũ spernit: animas frigidas calefacit: lumẽ scĕtię ostẽdit: tenebras ignorãtię expellit: tristiciã ſeculi extinguit: lęticiã spũſſancti accendit: sitiẽti potũ tribuit. Hęc ẽ scriptura sancta: lex nostra imaculata: quę de insipientibus sapientes facit: pusillos de nouissimis ponit: magnos de minimis efficit: nobiles ō ignobilibus cõmutat: naturã frenat: prohibet lenitatẽ: tempat dolorẽ: ꝓfert spẽz: coronat

senẽ: docet iuuenẽ: mitigat dedignantes: instruit errãtes: sanat ęgros: roborat infirmos: humanos facĕ sensatos: mẽtis stabilitatẽ donat: excitat somnolentos: ociosos increpat: pigros incitat: credẽtibus gratiã dat: reges humiliat: humiles exaltat: rectas vias indicat: elemosynã imperat. Hęc est scięntia scientiaꝝ quę sapientiã dat: gloriã exaltat: honorẽ multiplicat: humilitatẽ: charitatem: lenitatẽ: obedientiã ⁊ mansuetudinem docet: ⁊ intellectus bonus est omnibus benefacẽtibus ⁊ diligẽtibus deũ. Hęc est quę abstinentiã: castitatẽ: largitatẽ ⁊ voluntariã paupertatẽ ꝓseruat. Postremo doctrinam oĩbus: ſcilicitatẽ: suauitatẽ: gaudia: stabilitatẽ cordis: sobrietatẽ corporis: compunctionẽ mentis: verã humilitatẽ donat: charitatẽ fraternã implet: ⁊ timorẽ dñi accẽdit. Habeam fratres mei qui hanc sapientiam diligit: ⁊ diligenter legẽ implet: maxi- Matth.5.
mus vocabit in regno cęlorũ: ⁊ principatũ ecclesię possidebit: ⁊ ꝓmia ⁊ munera copiosa recipiet in die nouissimo: Amẽ.

De vita solitaria ⁊ contemplatiua: Sermo XXXIX

A Vt vobis fratres ⁊ charitas cum si
Ps. de vob nõ deficiat. Pax vob fres
Eph.2. qñ electi estis ante mundi ꝓstitutionẽ in hac vasta solitudine: vt sitis cũ belua: paulo: bilarione: antonio ⁊ iobãne sancti ⁊ imaculati in ꝓspectu dei. Pax vob qñ nõ estis gen⁹ abiectũ sed electũ: nõ venale 1.Petri.2.
sed regale sacerdotiũ: nõ gens obstinata ꝙ sancta: nõ populus perditõis sed acquisitionis. Pax vobis qui non ꝓfanationem hominũ sed angelorũ in filiis ⁊ nemoribus adamatis. Pax vob ⁊ vera apostolorũ charitas: tanq̃ nihil habentes ⁊ oĩa possidentes. Pax vobis fratres mei ⁊ filii mei dilectissimi: quos quotidie in christo parturio invisceribus charitatis. Pax vobis illa in- 2.Cor.6.
quã christi: quę exuperat oẽm sensũ: custo- Phil.4.
diat vt optamus corda nostra ⁊ intelligentias nostras. Pax vobis fratres qui ſeculũ calcastis: mundũ desperastis: nõ laudẽ mũdi vsq̃ nũc adamastis: nisum hominũ fugistis: vt sctis agminib⁹ ⁊ angelic̃ colloquijs vacare possitis. Pax vobis quos i filios et frẽs elegi: vt cõsortes ⁊ participes vos habeã in temptatiõibus meis. Ad hanc autẽ Act.2.cr.4
vitã iuxta apostolicã formã viuere volẽtes nõ me elegistis: ꝙ ego elegi vos. Segregauit Joh.15.

voꝝ a ſeculo iſto maligno: ⁊ eduxi vos per ſingula heremi loca: per ſpelūcas ⁊ cellas: vt velut apoſtoli ipſi modico ꝓtenti pabulo vemoracio. Stemus ergo hic frēs in bello pugnates quotidie cum antiquo ſerpente. Stemus foꝛtes in bello reſtringentes et
Luc.12. pcingentes lumboꝝ noſtroꝝ: tenentesq; lucernas ardentes charitatis: iuſticie: pacis ⁊ tranquillitatis. Ad hec eſi nō me elegiſtis: ſed ego elegi vos: ⁊ poſui vos in vineam penitentie: quā quicunq; diſſipare ꝙ
Ioh.15. ſumpſerit: mordebit eū teꝛrimus inferni coluber. Hec eſt vinea illa fertilis: quā plātauit anno ⁊tatis meę trigeſimoteꝛtio velut ſeruus dei noe: quā cupimus tota mente deo duce ſanctis exemplis: ⁊ ſanctoꝝ documentis ornare: ⁊ ornatam taliteꝛ cuſtodire vt a nemine tranſeuntiū poſſit vindemiaEccle.10. rinec aper de ſilua poſſit eam exterminare: nec alieni poſſint dimpere laboꝛes eius ⁊ fructꝰ. Hec eſt illa vinea quā plantauit velut paterfamilias: quaꝝ ſepe paupeꝛtatis: charitatꝭ: obedictie ⁊ caſtitatꝭ: vt a ſimpliciano chariſſimo viro didici circūdedit: ad quā velut paterfamilias exiens primo maWatth.20. ne: voꝝ ꝓduxit in opaꝛios: vt afferatis fruc. 13. tum quinquageſimū: ſexageſimū ⁊ centeſimū ſm abundantiā gloꝛie plenitudinis chriſti. Hec eſt illa religio ſmaculata: cuius ſanctitas peꝛ totū orbem terraꝝ diuulgat: quoꝝ ꝓuerſatio a cunctis miratꝰ: quoꝝ vita nō ſolum a chriſtianis: ſed a iudeis ⁊ paganis potius angelica ꝙ humana reputatur. Hec eſt illa amęniſſima paradiſus: quam
Gen.2. deus a principio plātauerat: in qua poſuit gratiā ⁊ donū meritis matris meę dominē vt operaꝛet virtutē patiētię: eruditionē doctrine: coꝛporis caſtitatē: aſſiduitatē precū: ꝓfeſſionē delicto: abundantiā lachrymaꝝ. Hec eſt illa paradiſus: de qua exeunt flumina ſapiētię ⁊ veritatis: ꝓmiſſionis ⁊ caſtitatis: in qua deus delectaꝝ ſicut in cęlibus diuitijs. Hec eſt illa norma apoſtolica: virga directionis ⁊ equitatis: quę tempoꝛe apoſtolice ꝓdicationis ſumpſit exordium:
Act.4. in qꝝ ala vna ⁊ coꝛ vnū eraꝛ in dño: nec quo ꝙ coꝝ quę poſſidebant aliquid ſuū eſſe dicebāt: ſed erāt cōmunia: ⁊ diſtribuebant ſingulis prout cuiq; opus eraꝛ. Nunquid nō ⁊ nos fratres mei ſic vſq; ad mortē
C viuere promiſimꝰ? Hec eſt ergo religio apoſtolica ⁊ a mundo corde ⁊ coꝛpoꝛe ſegregata: quę peꝛcuſit duces moab: interfecit ſatrapas ⁊ tyrānos hieruſalē: ⁊ egyptios hypocritas vulneꝛauit ad mortē. Hec eſt vinea ſerui dei noe: i medio paradiſi ſituata: chriſti ſanguine redempta et irrigata: quā ſarabaytarū ꝓincepo: bꝛeuicoꝝ paſtoꝛes velut aper de ſilua tempoꝛe illoꝝ magnoꝝ monachoꝝ ⁊ heremitaꝝ pauli videlicet ⁊ antonij deſtruere quęſiuerꝭ: Cuiꝰ ſepem cōburere: cuius gyrū lapideū ſupplantare: cuius fructus vites ⁊ flores incidere: cuius planiē virtutū zizania ſeminare et replere quęſierunt: ſed dei virtute circūdata minime poꝛtuerūt. Ad hanc aūt vineam fratres mei vos conduxi: ⁊ operarios vos feci meos: vt laboꝛātes vſq; ad finē: dignū fructū recipiatis in tempoꝛe ſuo. Ad hanc nō me elegiſtis: vt ſupradiximus fratres: ſed ego elegi vos: ſed poſt ānum factꝰ ſum epiſcopus nō tamen vos relinquo. Sed compulſus inter gentes habitare: monaſteriū preſbyteroꝝ ⁊ clericoꝝ ordinaui: intraui domū epiſcopi: vt cōmuniteꝛ cum eis viuerem ſicut ⁊ vobiſcū antea viteꝛamur. Non igiꝭ me elegiſtis: ſed ego elegi vos. A quo fratres mei maxime hoc dictū ſit ⁊ ſciatis: a domio dictū eſt: ⁊ diſcipulis dñi dictū eſt: veꝝtamē nō tñ illis: ſed etiā nobis dictū eſt: quos vocauit in partē ſollicitudinis et gloꝛie coꝝ: Sicut dignatus eſt vocare peꝛ gratiam ⁊ participes nos fecit exhoꝛtationis: ſic ⁊ voꝝ. Delicatus eſt enī qui vult vti parte: ⁊ adminiſtratione partis diſſimulat ex rata merito ſe peꝛuat honoꝛe: qui honoꝛem affectat ſine bonoꝛe. Nobis ergo ꝙ paſtoꝛes eſtis tñ alaꝝ veſtraꝝ loquiꝭ paſtoꝛ bonus: qui tertia die vt audiſtis alam ſuā poſuit pro ouibus ſuis dicēs: Non me elegiſtis: ſed ego elegi vos: nō illam tñ deſeꝛtam habitationē deſeꝛendo: ſed de virtute in virtutē procedendo fructū afferentes: et fructꝰ veſter maneat. In his quattuoꝛ fra- D
tres mei attendere debemus: ſcz dignitatem: officiū: cautelā ⁊ ꝓſtantiā. Dignitatē: qꝝ dicit: elegi vos. Officiū: vt eatꝭ. Cautelā: vt fructū afferatꝭ. Cōſtantiā: quia fructus veſter maneat. Eſt ergo dignitas in electione: officiū in fatigatōe: cautela in fructificatione: ⁊ ꝓſtantia etiā in fructificatiōe. Adagnū eſt enī quod elegit qui nō fallit dū elegit. Datus eſt qō deꝰ eſt opus ad quod elegit. Sz maximū qō inter electos prędegit.

Est em̃ sensus talis: Non vos me elegistis sed egistis: ꝙ ego oim̃ modo eligendi elegi vos. Sunt em̃ treo modi eligẽdi: Electio: subelectio: ꝛ ꝓelectio. Electio est qñ de multitudine bonoꝝ ꝛ maloꝝ eligit bonũ: sicut de torculari oleũ separat. Subelectio ē qñ de bonis electis eligunt meliores: Postea qñ de meliorib⁹ optimi eligunt ꝓelectio ē.

Exo.28. In hunc ordinẽ electus est aarõ ꝛ filij eius vt sacerdotio fungerent cotã dño. Primo

Deut.14. em̃ dñs ex oim̃ natiõe q̃ sub cẽlo erat: israel elegit i ꝑpm̃ peculiarẽ sibi. De his aũt subelegit filios leui: q̃ tanq̃ ministri spiritales in tabernaculo domini ritu perpetuo deseruirẽt. De qbus etiã ꝓelegit filios aarõ in sacerdotes: q̃ precibus ꝛ oblatiõib⁹ suis indignationẽ dñi in ꝑpm̃ placarẽt. Ad hũc sane modũ elegit nos. Subelegit em̃ in sortẽ sanctoꝝ vocauit nos ꝛ in ordinẽ clericat⁹. Sed cũ in statũ beremitaꝝ promouit nos: cũ p aquã baptismat̃ lauit nos: ꝛ in dispẽsatiõe familię sue dispensatores suoꝝ ministerioꝝ: ꝓelegit nos. Magnũ est em̃ frẽs q̃ elegit nos: Mai⁹ ē q̃ subelegit: Ꝫ maximũ q̃ ꝓelegit. Vere ꝓelegit nos ꝛ ꝓelegit nos dñs i hereditatẽ sibi. Hã ad eleuationẽ manũ nostraꝝ: regã capita inclinauit: munera obtulit: etiã patres nos professi: expectanteo nos esse cũ bestia: ꝛ paulo beremita ꝛ intercessores apud deũ. Ve tñ in beremo

Matth.13. habitãtibus: si inter malos pisces forsas in

Matth.25. die nouissimo ꝓiciem̃. Ve pastorib⁹ oim̃ ☙ si inter hedos numerãdi sunt. Quid vlteri⁹

Joh.15. frẽs dicã audite: Posui vos vt eatis: Hã quattuor sunt hoim̃ positiões: Accubitus: sessio: stans ꝛ ambulatio. Omnis em̃ hõ sic est in loco posit⁹: q̃ aut iacet: aut sedet: aut stat: aut ambulat. Hec aũt tñ inter se differunt in hũc modũ. Nam cũ hõ iacet: oim̃eo partes corpis quiescũt. Cum vero sedet: inferiores ptes corporis quiescũt: q̃ sederevi denꝫ: ꝫ supiores laborãt. Cum aũt stat: totus laborat hõ erigẽs se q̃ generaliter pondere suo laborat. Cum vero ambulat: addit̃ labori ḡuis ex motu fatigatio. Ad hũc modũ frẽs quattuor sunt hoim̃ gradus et status in ecclesia dei. Fidelũ em̃ alij boni: alij mali. Numer⁹ maloꝝ frẽs nõ distinguimus:

Ps.39. qñ multiplicatus est sup̃ numer⁹ arenę marie. Boni vero sicut ordinẽ recipiũt: sic etiã ꝛ distinctionẽ. Sane bonoꝝ alicq̃ sũt actiui: aliqui ꝓtemplatiui: aliqui vtriusq̃ ꝓlati. Et sic vnũ maloꝝ genus: ꝛ tria bonoꝝ genera. Quattuor em̃ sunt fidelium genera. Mali aũt sunt tacẽtes: qui in mũdo quiescũt: tales totã spem ꝛ fiduciã ponũt i numero diuitiaꝝ: quoꝝ deus vẽter est. Ta

Phil.3. les in lecto tacẽtes loquunt animę suę ꝛ sępe dicunt: O alia mea habes multa bona

Luc.12. reposita: epulare ꝛ bibe: ogtime pauges: despice vicinos: renue natos: dilata te: extende alas: ascende sup̃ sidera: non sit ꝓcium q̃ luxuria tua nõ pertranseat: dic alę tuę: castrũ seruat: q̃ seipsum ab oim̃ malo ꝓseruat. O fratres tales prostrati iacẽt:

1.Thessal.5. nocte dormiũt: ebij sunt: ꝛ ecce moꝝ eos iacentes ꝛ dormiẽtes aggredit mors: ꝛ sicut famulia statim deficiũt. Talibus aũt quotidie clamabat aplꝰ dñi dicebat: Fratres sci

Ro.13. entes q̃ hora est iam nos de somno surgere. Inter bonos sc̃ boni ꝑiugati: q̃ bñ vtũt ☙ licut: ꝫ tales diuisi sc̃: q̃ pti seruiũt deo ꝛ pti

1.Cor.7. mũdo. De qbus ait aplꝰ: Bonus ãt dñs de

Prouer.3. substantia sua opib⁹ misericordię intenti: tñ solliciti sunt vltra modũ de vxore: possessiõibus: fratribus: filijs ꝛ cognatis. Et q̃ illi parti delectant̃ i mũdo: ideo sedere dicunt̃: quia in supioꝝ laborãt ꝛ in infimis quiescunt. Sunt ꝛ alij ꝓtemplatiui: q̃rũ vt diximus supra conuersatio in cęlis est: de quoꝝ numero vos esse dei gratia credo ꝛ certus sum. Tales spem oẽm in deo ponunt: opprobria: famẽ: nuditatẽ: pęssuras amore christi sustinere semp̃ desiderãt: qui-

Phil.1. bus viuere mori est: ꝛ mori lucrũ: clamãteo

Ro.7. cũ aplo dicẽteo: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Tales sunt velut milites: ꝛ cęloꝝ caues. Isti laborãt sup̃ terram ꝛ quotidie ab angelis sustentant̃. Sunt et ☙ alij q̃ ambulãt. Istis ambulare incumbit: nõ tñ vt ꝛ nos de virtute in virtutẽ: ꝫ plus

Ps.83. ꝫ nos inter diuersa hoim̃ genera ambulare: discurrere ꝛ examinare qd agãt. Isti sũt pastores ꝛ ꝓlati: qb⁹ incũbit nũc exhortari: nũc increpare nũc: minari nũc: psolari: nũc vocare: nũc ꝓdicare: nũc legere: nũc orare: qbusdã ridere: qbusdã flere: qbusdã applaudere: quosdã fugere: quosdã mente ꝛ litteris visitare: quosdã ꝑsentia intueri. Tales sunt ꝓlati vtiq⁹ pastoreo: ambulãteo velut

Matth.4. magister iesus: q̃ ambulãs iuxta mare galileę: vocauit discipulos ꝛ ait illis: Ite in or-

Marci.16. bem vniuersum: ꝓdicate euangeliũ oi creaturę rationali. Tales sunt oim̃eo ecclesiarum

pastores: ḋbus a xpō dicit: Ite q̄ periculosum est tñ stare pastorib⁹ t medicā aiāz. Ite ergo: quia periculosum est sedere: t pemptosum est tacere. Ite excitate tacētes: t di
Ro.13. cite: Jam de somno surgite: q̄ diu dormistis. Clamate pastores t p̄dicatores veri-
Pō.18. tatis: t exaltate vocē vestrā: vt in omnem terram audiatur sonus vestr̄ correctiōis: increpationis: charitatis t sanctitatis ve-
Joh.11. str̄ę. Nunquid non magister quatriduanū mortuū volēs resuscitare: voce magna clamauit? Vigilate ḟ t exitate dormiētes: et minas cū terroribus eis adhibete. Deinde ad sedentes trāsite: t exhortātes eos: vt ad
Pō.136. meliora p̄ficiāt: dicite: Sup flumina babylonis sedete t flete dū recordamini syō: pot rigite manū paup: ne obliuiōi det dextera vestra. Frustra em̄ manus tendit ad deū: q̄ posse suo man⁹ ad pauperē nō extendit. Si vero q̄ sedet: aliq̄s stare voluerit: apponite
Pō.126. manū t dicite: Surge postq̄ sedebas: q̄ mā ducasti panē doloris. Stantibus autē dici-
Matth.19. te q̄ō promissum est: Sedebitis vos sup sedes duodecim iudicātes duodecim tribus isrl. Jstis aūt necessaria est ꝓsolatio q̄ mul
Matth.5. tū laborāt. Beatū ḟ eis est: Beati pauperes
Luc.6. sp̄ū: q̄m vestrū est regnū cęlor. Beati qui nunc fletis: q̄ ridebitis. Beati qui nunc famelicatis: q̄ saturabimini. Beati q̄ homines fugiunt: quia angelis sociabimini. Beati so
Pō.30. litary: q̄ cęlor ciues efficiemini. Viriliter ergo agite fratres mei: t ꝓfortē cor vestrū: t expectate dominū quia veniet t non tardabit: Hodiernū em̄ est et videbit⁹ remuneratorem militię vestrę: pro qua penurias et angustias sustinuistis. Regnū enim cęlor vim patit t violēti multi possidebūt illud.

℔ Hic est enim labor officij nostri. Jste enim mūdus fratres mei mari sępe cōparatur: p quod multiplex est trāsitus. Nam quidam transeūt vado: quidam nauigio: quidam ponte: quidā submersi natāt in fluctu. Jsti sunt illi quattuor status: ḋs nominauim⁹.
Exo.15. Jacentes em̄ submergūtur: t descendunt in profundum quasi lapis. Coniugati vado mare transeūt: t medio fluctu⁹ isti saluabuntur igne purgati. Cōtemplatiui aquā maris ponte trāseunt: securiorem viam eligentes: quibus mūdus mortu⁹ est. Jsti sūt mūdum despicātes: qui sicco pede t vesti-
Exo.14. gio mare magnū (vt experientia didicimus et oculata fide ꝓbauimus) transeūt in fame t siti: nuditate t frigore: t vigilijs mul- 2.Cor.11.
tis t in laboribus plurimis. Eos aūt frēs Luc.22.
mei estis q̄ mecū ꝑmansistis in temptatiōbus meis: t mare magnū ponte transim⁹. Nobis vere incumbit cęteris subuenire: ne descendāt in ꝓfundū ḟ lapis. Subuenite vos oēs orationibus vestris: oēs iuuate: hoc mare magnū transeuntes: q̄ oēs in periculo positi sūt. Tam nauigātes ḟ submergentes: t tam vado mare hoc transeuntes in periculo sunt. Nunquid etiā t nos q̄ per pontē transimus? Nunquid nō t pons aliq̄s cadit? Grandū est oīno fratres: ne de ponte cadamus. Nam si de ponte caderemus: q̄ deus auertat: citius moreremur: q̄ de loco sublimiori caderemus. Porrigamus ergo manus de ponte ad submergentes ne moriant: t laboremus ne etiā pute⁹ Pō.68.
inferni aperiat t claudat super nos os suū. Nunc vero fratres de cautela audiamus: t ℣
audiētes aduertatis: t videatis quō caute ambuletis. Caute aūt ambulandū est: vt fructū afferatis. Tres em̄ fructus dūs me- Matth.13.
morat in euāgelio: trigesimū: sexagesimū: t centesimū. Centesimus est virginū: Trigesimus subditor⁹: Sexagesimus p̄lator⁹: id est fructus duplicatus. Non em̄ ꝑlato sufficit seipsum immaculatū seruare: sed expedit vt bonos ḋus in se est faciat vita t exemplo relucere. Ad hoc em̄ significandū data ē nobis tunica talaris: vt bene fa- Gen.37.
cientes t lucernas bonor⁹ opez teneātes: p- Luc.12.
seueremus vsq̄ in diē vocatiōis nr̄ę: ne dicat nobis: Hic hō cępit ędificare: t non po- Luc.14.
tuit ꝓsūmare. Aduertere nāq̄ debēt canonici nostri et p̄sbyteri: q̄ quanto p̄ę aliis maior: dignitas in bonore: tanto maior in reddenda ratione difficultas: q̄ quot gradium culmē ascendunt: tot rationū vinculis erūt alligati. Quis em̄ tot vinculis alligat: quot sacerdos: bos vel asin⁹: latro vel leo capt⁹? O sacerdos cū reipsuz induis: primo amictu fauces circūdatis ligaris: albam postmodū ponis: subanctoso vel cingulo renes astringis: ac si tibi dicat: astringe fauces ponendo custodiā oris tui: astrin- Pō.38.
ge funiculū admixti por⁹: ne cor tuū mala meditet: stringe renes: crucifige carnē tuā abstinētia esę t potus ḋus valitudo p̄mittit. Hęc fratres mei dilectissimi facētes viuetis: t bene erit nō: t dūs vobis erit. ℣
Rūtamē etate illā sine quo nihil potestis fa

cere: vt sic elegit vos ō mūdo t ꝓduxit vos
ad hanc singularē apostolicā vitā t societa
tem: sic vos iuuet vt edatis sup mensam in
regno patris sui. Pensate tñ frēs mei q ḡ
diu viuerimus: in periculo grandi positi su
mus. Jdeo de bonis suis nemo ꝓficiat: sed
1.Cor.10. cogitet sicut dicit apl's: q̄ cū quis existimat
se stare caueat ne cadat. Nunquid fratres
mei nō lucifer sic decoratus cecidit? Nūq̄d
nō etiā petrus? Aut q̄ inter discipulos chri
sto familiariot iuda: t qui de se confidendo:
nec in bono perseuerādo ꝓmansit: cecidit t
crepuit: t mortuus est. Rogate igit fratres
illū sine cui⁹ volūtate foliū arboris nō mo
uet: vt vsq̄ in finē taliter vos in hac solitu
Ioh.15. dine regat t dirigat: vt eatis t fructū affera
tis: t fructus vester maneat: Amē. Nō tur
bemini fratres dilectissimi si cōpello vos vi
num bibere: t panē tritici cū bletis butyro
mixtis sic comedere: Hā hodierna die cre
dimus filiū domis resurrexisse a mortuis:
Luc.15. ideo gaudere et epulari oportet: q̄ frater
noster mortu⁹ fuerat t reuixit: perierat t in
uētus ē. Ad mēsam ḡ accedētes cū gaudio
epulemini: qm̄ ego sum iacob pater vester.

De obseruātia clericoꝝ: Ser. XL.

Vditis in mēsa frēs charissimi q̄
liter dñs ꝓceperit seruo suo abrae:
Gen.22. vt tolleret filiū suū: quē sup cuncta
terrena diligebat: isaac: t offerret cū super
vnū montiū quē mōstrauerit sibi dñs: quē
Matt.5.17. dicūt nōnulli illū esse montē caluariē: in q̄
crucifixus fuit ille deus t hō. Series histo
riē nuper simpliciter intellecta: primo ēdi
Deu.4. cat obedientię filios: Fidelis enim sermo vi
uus t efficax: t penetrabilior omi gladio an
cipite. Sz de modo t virtute obedientię ali
quid vobis nūc dicendū est. Hā sicut obe
diendū ē libēter: sic hilariter: sic t velociter.
Obedientia enī sine mora esse debet. Nō pla
cet deo morosa t disceptatrix obedientia: q̄
quidē cū ꝓceperit q̄erit cur: quare q̄ iubeē
ꝓcepiat. Jstius obedientię exquisitū nob
hodierna die exemplū proponit. Abrahā pa
ter noster: sic enī dicit senex: fidelis t prima
credendi via. Sanctus igit pater abraam t
ꝑma obedientię norma: t forma verę obedē
tię apud oēs esse credat. Ecce fratres ꝓce
pit ei deus filiū immolare: Sed quē filiū?
Audi t obstupesce q̄ audis: filiū dilectū: fi
liū primogenitū: filiū magnę promissionis:
filium magnę generationis. Dictum enim
fuerat abraam: Jn isaac vocabitur tibi se- Gen.21.
men tuum: t in ipso erit semen tuum sicut
stellę cęli: t sicut harena maris in extrema
tua senectute. Centenarius enim erat ab
raam dum genuit isaac de sara sterili vxore
ꝓpria: de agar ancilla ismaelē sagittariū:
mirabiliter promissū suscꝑerat: mirabili⁹
suscꝑtum religiose educauit: Jnter hęc tñ
nō ꝓtradidit abrahā: ꝙ nec murmurauit: nec
hęsitauit: nec facie ꝓturbauit: imo tanq̄ pa
ter exurgēs pia crudelitate in filiū se arma
uit: vt mox obediret. Attēdite vos filij obe
dientię: qui votū fecistis t professionē. Va
de o tu frater t fac similiter. Hęc semper ad
implere cogita: hoc semper facie lęta fac et
viues: t erit semen tuū benedictū vltra se
mē abrahę. Verūtñ quid maius nescio mur- B
murat: quid affectuosius susurrat vox ista
in auribus nostris: licet hęc tempore tanto
ante nos scripta sint: quę sunt per allego- Gal.4.
riam dicta? Discutiamus ergo folia vineę:
vt fructū inueniamus spiritalis intelligen
tię: tanq̄ sub cortice nucleū: tanq̄ sb palea
granū: tanq̄ sub terra thesaurū. Sicut vt
hodiernę christi solennitati satisfaciamus:
cōsideremus vtrū ea quę dicta sunt de tpe
abrahā: inclinare possim⁹ ad me augustinū
patrē vestrū. Temptemus super hoc aliq̄d
dicere ad dei laudē: t ad nostrā aliqualem
ędificationē. Sed sm hebręos abraam sub
tribus temporibus tria sortitus est nomi
na. Primo dictus est Jlam: qō idē sonat
qō excelsus: cū adhuc esset in chaldęa i ter
ra t in cognatione sua in domo patris sui.
Ascendēs aūt in terrā chanaan ad vocatio
nē dei: dictus est abraam: qō interpretat pa
ter excelsus. Tandē in circūcisiōis suę tem
pore tunc dictus est abrahā: hoc ē pater mul
tarū gentiū. Attendatis fratres tuos in pa L
trē vestrū: Nam primo vocatus sum excel
sus philosophus. Eram enī inter oēs meo ma
gnos nominatissimus: et liberalīū artium
sagacissimus indagator. Excelsus inquam
erā celsitudine scientię quę inflat: non cha- 1.Cor.8.
ritatis quę ędificat. Nam cedrum odoife-
rum vocabant me romani principes: foliis
abundantem: sed non habebam fructum.
Excelsus eram t impius super omnes coeta- Psa.36.
neos meos: elatus t supereraltatus super
cedros lybani. Et ecce accessit ad me mater
pietate plena: predicatio sancti viri episco-
pi: vita t exempla sanctoꝝ patrum pauli et

Ps.28. antonij ⁊ simpliciani: ⁊ cū his oīibus vox dñi ꝓfrngentis cedros cōminut cedrū libani ⁊ bestia ꝓparata ad victimā in odorem suauitatis: Et sic factꝰ sum pater excelsus. Deinde ad africā veni: mecū ducēs decem ⁊ nouē ex fratribus meis simul viuentes in palacio sancto: et cupientes separari a seculo: sanctus pater valerius cupiens esse particeps fructuū ⁊ orationū: locū istū secretū in quo nūc iamuo nobis donauit: ⁊ multi nostrū viderūt. Sed loco isto ꝯdisſicato in christi nole ⁊ sancte trinitatis ponti fex bigonēsis factus sum: ⁊ vocatꝰ sum pater excelsus multoꝝ. Pōtifices eīm fratres mei sicut vocant pastores gregis: ita ⁊ patres plebis pro cura ⁊ pria sollicitudine: et
Ps.51. tunc factus sum sicut oliua fructifera in domo dei. Psulcos eīm oliuę comparant propterum olei triplicē. Nā oleū ꝓmo illuiat: pascit ⁊ sella mēbra fouet. Sic ⁊ ꝓsules illuminare debēt vbo: pascere exēplo ⁊ fouere egentes tpali bōficio. Ego eīm frēs nō dico me hoc facere: studeo tñ sacrā scripturā exponere: turrim dauitica clypeis fortissimis munire: munitā declarare: ⁊ declaratā otdinare. Nam quid p turrim dauiticā: nisi sanctoꝝ ecclesiā intelligo? Et sic tam ab ortu ⁊ occasu: ab aquilone ⁊ austro viget nra doctrina ⁊ expositio. Non tñ a me sed de domo dei procedit: ⁊ sic nō solū pater gentiū
Ps.127. dicor: sed etiā vitis abundans in laterib⁹ domus dei. Cuius domus sunt latera legēteo ⁊ orantes ⁊ ꝓiugati legentiū ⁊ orantiū ⁊ ꝓiugantiū. Nam vobis qui estis legentes ⁊ orantes abundāter propinauimus doctrinā: qbus disciplinā apostolicā tradidi. Cōiugatis pocalū vitę etiā propinauim⁹. Vobis tñ ꝓpinaui vinū feruoris: charitatis ⁊ equitatis: Illis vero pacē ⁊ patientiā do-
D nauimus. Reuertamur ḡ ad distinā pięta tatā: quę insinuat nobis tria: scz disciplinā regulārē: progressum ⁊ exitū. Dicit eīm nob a dño: Tolle filiū tuū: quasi dicat dñs: Tu q̄ monachus es: tolle filiū tuū ysaac: q̄ interpretat risus: hoc est tuā propriā voluntatē tolle: in cuius executiōe homo ridet ⁊ delectat. Et hęc est ꝓma oblatio quā dō debet deo reddere ⁊ offerre super vnū mōtū quē monstrat nobis deus. Nam multa genera montiū demōstrat nobis dño. Ds de quat tuor nobis mediator dei ⁊ hominū homo
Isa.2. christus iesus mons dicit: qui erit in nouissimis diebus mons domus dñi in vertice montiū. Et iterū: Mons dei mōs pinguis Ps.67.
⁊ coagulatus. Porro de hoc monte descendit ros ⁊ vnguentū ꝓ barba aaron. Hōs Ps.132.
eīm de christi plenitudine vnguentū recipere possumus. Apostoli etiā fratres dicunt montes: quia fundamenta eius scz ecclesię in montib⁹ sanctis. Angeli nunquid nō et ipsi montes dicuntur excelsi? Porro iesus qui mons dicit sedēs in monte thabor: sermonē discipulis facit: enumerans septem beatitudines spūs. O frēs attēdite ꝙtū sit E
impedimentū: ꝙ graue dispendiū inferat sancte religioni superfluitas ⁊ abundantia rerū: qō longe magis legim⁹ in libro nře cōscientę ꝙ possumus explicare sermonib⁹.
Nunquid nō sodomitaꝝ peccatū fuisse le- Ezech 16.
gitur abundantia panis et superbia vitę? Nunquid nō angeli videntes se abundare Isa.14.
in pulchritudine ⁊ sapiētia superbientes ce ciderūt? Nunquid nō ⁊ patres nostri quasi Gen.3.
ratiōe eadē expulsi sunt de paradiso? Nun Gen.7.
quid nō ⁊ mūdus submersus fuit: quando abundantes ⁊ in suis abundantijs deū nō cognoscentes perierūt? Nunquid nō ęgyꝑti abundantes iracundia pleni facti sunt Exo.14.
⁊ submersi? Nunquid nō propter abundātiam idola terrę facta sunt? Nunquid non 1.Reg.15
amalech quia abūdabat: id est inuidia plenus occisus in manu saul? Nunqd nō tempore dauid milia milia interfecit se? Rūqd nō saul abundans superbus efficit ⁊ ejcit? Nunquid nō herodes ascalonita iugulat? Nunquid nō herodes tetrarcha sperās in sua abundantia populo satisfacere: qui credebat iohānē esse sanctū ⁊ iustū: ipsū tñ de Matth.14.
collauit? Cogitate frēs qd recepit holoferneos: qd cęsar: qd nero: qd valētin⁹: qd ꝓsētin⁹: qd decius: qd iulian⁹? Quid ꝙ valuit cęsari ⁊ neroni abūdātia? Quid affuero pecunia? Quid antiocho simulata ⁊ palliata pęnitentia? Colamus ergo christū pauperem in psenti vt simus diuites in futuro. Lomes eīm diuitiarum superbia ⁊ luxuria est. Amem⁹ ergo o fratres summā christi ⁊ apostoloꝝ paupertatē: ne in nostra sancta religione mutet color optimus: et dispergant Thren.4.
lapides sanctuarii nostri. Sane eīm fratres mei ex collatiōe aliaꝝ paupertatū: cōmendatio paupertatis volūtarie plenius inter nos reluxet. Sunt eīm ḡnaꝝ genera paupertatis: Prima est infelicitas: secunda est pau- F

pertas cupiditatis: tertia paupertas super fluitatis: quarta dolositas: quinta paupertas voluntatis. Prima habet mendicus: secunda habet auarus: tertia habet prodigus: quarta est paries dealbat⁹: quinta habet vir cōpeditus. Prima est flagellū: secūda est venenū: tertia est vēnlabrū: quarta est vmbraculū: quinta ędificiū. Prima est miseria q; cruciat: secunda est venenosa q; necat: tertia ē ventosa q; inflat: quarta dolosa q; dissimulat: quinta gloriosa q; coronat. Hec mirū si christianus amator sobrietatis: sobrietatē spūs cōmēdat: cum epicurus pręceptor voluptatis eam cōmendauerit dicens: ¶ felix paupertas est si lęta ē. Sup hanc propriā voluntatē offert homo
G deuotus: qō pręcipue fit in professiōe obe/
Gen.22. diendi. Sequit fratres: Strauit abraā asinum: duos pueros secum ducens. Ysaac vero ligna cedrina portabat: abraā autem ignē ⁊ gladiū. Dementes aūt ad montē ligat ysaac: super ligna ponit: et scita a patre dei voluntate: nō aperuit os suū. Et extendens manū abraā: audiuit: Ne extendas manū super puerū: sed pro ysaac tolle arietem vnū de cunctis tuis melioribꝰ: quē inter spinas tibi parauī. Attendamus nunc fratres: nā quid per asinū nisi carnē nostrā intelligo: quę velut asinus domāda est virga: onere ⁊ pabulo ⁊ cinere et cilicio: Caro domāda ē: ne impinguata: incrassata ⁊ dilatata recalcitret: velut asinus q; cū dño velut catellus ludere volait. Duo nāq; pueri sunt q̄nq; homis sensus: quos tū duos dicimus: q; ad vsuꝫ ⁊ ad executionē coꝝ duo intra mēbroꝝ mancipata sunt. Nam ⁊ ego velut abraā in vobis ⁊ canonicis nostris:
Eza.9. ne caro luxuriet: ⁊ ne mors per fenestras intret: duobus pueris vos sociaui paupertati scz ⁊ oratiōi: q̄bus mediātibus q̄nq; sensus corporis extinguere potentis. Nam p hęc pręterita mala obliuiscemur: cogitationes malę nō ascendēt in corda vestra: affectio cognatoꝝ nō regnabit in vobis. Hęc ēm sunt quę quotidie monachos cribrāt sicut triticū. Iste sunt mordaces curę: q̄ sanctum viri propositū enerauerunt. Inter has vir sanctus coquit ⁊ cruciat. Hęc sunt
Eccle.10. monachoꝝ muscę mordaces ⁊ monētes: q̄ perdunt suauitatē vngucti. Hęc sunt volatilia quę comedūt frumentū in anima seminatum. Vos aūt fratres dum hęc in corda

vestra ascēdūt: recurrite ad orationē vel ad operis occupatiōes: ne vos serpentinę muscę deglutiāt. Numquid nō sic fecit sanctus pater antonius? Qui cum epistolas a charis suis in sęculo morātibus recepisset: nullam legere voluit: sed receptas in ignē proiecit dicens: Charte fallaces estis: etiā plenę mendacio: comburo vos: ne comburar a vobis. Sequit fratres: Ligat ysaac. Sic Gen.22.
et vos ligamini in hac solitudine tam fortiter vt pfuentudines vitę sęcularis ignoretis: ⁊ suauitatem sanctę religiōis capiatis. Placeat vobis somni sobrietas: mētis trāquillitas: corporis mūdicia: mortis seueritas: ⁊ cuncta salutis expectatio. Soluitur ysaac ⁊ iocunde ad matrē reuertit in bersabeę. Sic ⁊ vos vertamini soluti ad matrē q̄ sursum est hierusalē. Cum ergo illic perueneritis: habit refrigerij sedem: quietis beatitudinē: ⁊ luminis claritatē.

¶ De obseruantia ieiunij quadragesimalis Sermo ¶ XLI

C Um ieiunaueris vnge caput tuū: ℟
⁊ facē tuā lauā: ne videaris homi- Matth.6.
nibus ieiunās. Ieiunantis officiū est: in cinere ⁊ cilicio sedere: sordidas vestes nō tenere: carnē macerare: facē attenuare: in palore permanere: nō ipsam lauare: nō ad mensam opulentā accedere: nō cōuiuia ⁊ festa visitare: nō capite inclinato incedere: sed elemosynas dare: castitatē seruare: iuste sancte ⁊ pie viuere: vt christi sanctā resurrectionē expectans gloriet. Hęc aūt oia facite: nō vt videamini ab hominibus: sed tū ab illo qui cuncta videt in abscondito. Sed si pringeret q̄ fumus ieuniorꝝ sparge ret inter homines: statim facē tuā lauā: ne videaris hoībus ieunans. Tria ēm frēs p ponunt nobis hodie: scz ieunare: facē lauare: ⁊ caput vngere. Hęc tria sunt in q̄bus tota vita nostra cōsistere debet. Quę sunt ista frēs nisi declinare a malo ⁊ facere bonū Ps.36.
⁊ totū q̄ habes deo pribuere? Ecce dedd pinet nra christiana sancta religio. Quid ēm p ieunare frēs nisi a malo declinare: p faciem lauare: bonū facere: p caput vngere totū deo tribuere? Sed dicet quis. Pretuis est hęc expositio: sed ⁊ aquam viuā vt cupimus nō propinasti. Attēdite ergo fratres. Nam hostis antiquus vestris primis parē Gen.3.
tibus: pmo in paradiso suasit vt dīm offenderent: secūdo vt facē a deo absconderent

post meridiē: tertio vt de ligno vetito co-
mederēt. Maz ibi dicit vt caput pungeret:
ꝑ ꝟ vt caput vngeret. Ibi abscōdēdo facie
latitaret: ꝑ ꝟ lauaret. Ibi vt comederet: ꝑ
ꝟ vt ieiunaret. Credam⁹ illi q̄ mō dīc ꝓce-
Matth.17. pit: ꝑ nō illi q̄ ℣ra ꝓfuafit. Aut eſt ꝓ: ibi c̄
fili⁹ me⁹ dilect⁹: ipſum audite. Maz ait ho-
℣ die: Cū ieiunat⁹. Eſt eſt frēs q̄dā ieiuniū
cōmēdabile: t q̄daz dānabile. Dānabile
q̄ videt hoīes: q̄ fit ꝓpt hoīes. Cōmēda
bile quod ſolū ꝓopter deū fit. Sed aliqui
ieiunant vt infirmi: aliqui vt faſtiditi: alīq
Et iterꝫ: Cū uersus in gemnerē: salu⁹ eris. Cōuertimini igit̄ charissimi ad dñm deū nostrū tanꝫ boni serui ad fidelē dñm. Humiliemus nos ꝛ ꝓspectu dei: ꝛ ploremꝰ aſi deū q̄ sciat nos. Nō dedignemur i ꝫ sęculo agere pęnitentiā ꝛ pctōꝝ nr̄oꝝ ꝑcari veniā: vt infernalē euadere possimꝰ pęnam ꝛ ad ęternam puenire lętitiā. Emēdemꝰ q̄ noꝫ in ieiunijs ꝛ vigilijs ꝛ ęteris opibus pijs: scientes q̄ cor ꝓritū ꝛ hūiliatū deus nō spernit. Sic enim ait aplꝰ: Castigo corpus meū et in seruitutē redigo. Si ꝓ carne nr̄a laboramus: laborem⁹ etiā ꝓ aia nr̄a q̄ dignior ē. Si curā habemꝰ ꝓ sacietate miserę carnis nr̄ę quā post paucos ānos vermeo deuora būt in sepulchro: q̄tomagis despicere nō debemus aiam q̄ deo ꝛ angelis eius ꝑsentak in cęlo. Cogitate frēs charissimi q̄ abūdātia pabuli luxurią admīstrat ꝛ cum caro in tam copiosis delitijs satiak ꝛ meno tantis mulcek diuitijs: in pinguedie carniū ꝓuide tur esca vmi. Iterum rogo vos frēs: quotiens iuxta sepulturā diuitē trāsiē vt diligenter inspiciatē vbi sint eoꝝ diuitię vel ornamēta: vbi gloria: vbi vanitas: vbi luxurię: vbi voluptas: vel vbi eoꝝ sunt spectacula. Cōsiderate diligent ꝛ videte ꝛ agnoscite: q̄ nihil aliud i eis est nisi cinis ꝛ fetor et vermis. O hō vide sepulchꝛa mortuoꝝ: et dic tibi tuipse: ꝛ loquēs tecū dicē poteꝰ: Ecce nunc et illo misero q̄ hō depositus fuit nihil aliud nisi ossa ꝛ puluis exuenit. Et vere hō si ipsa ossa arida audire voluerē: ꝛ tibi ꝓdicare poterūt ꝛ dicere: O miser q̄tum ꝓ cupiditate hui⁹ sęculi dilexris: aut q̄d superbię vel luxurię infelicia colla submisti: vt quid te aplicasti ad seruiendū crudelissimis dñis: virūs videlicet ꝛ crumb⁹. Attēde ad me ꝛ intellige: cōsidera me ꝛ vel sic tibi boureat luxuria tua vel auaricia tua. Hoc q̄ tu es ego fui: ꝛ q̄ ego sum modo tu eris postea. Si in me pmānsit vanitas: te nō pmanet imūdicia: si me luxuria polluit: te exornet castitas: vide puluerē meuꝫ ꝛ relinque desideriū tuū malū tē. Ideo q̄tū possumꝰ auxiliante deo laboremus vt alioꝝ vulnera nobis ꝓsit medicamēta: ꝛ aliox mors ad vitā nobis ꝓficiat: et hoc optīe fieri pōt si plus crimus solliciti ꝓ aia q̄ ꝓ corpe: vt cū caro nr̄a fuerit in sepulchro posita: anima nr̄a bonis opibus in cęlos cleuek orna tā. O aia si nos deceperit aut pulchritudo alienę mulieris: aut ꝓcupiscētia carnis quę ē ruina aię: scito q̄ corpus simul cū ala pęnas habebūt. Nā cū caro nr̄a putruerit in sepulchro: aia nr̄a torquēda mergek in inferni baratro. Ecce ꝯles ꝓdicatiōes ossa ꝛ cineres mortuoꝝ q̄tidie ꝓclamant ad dñm. Vere dico frēs charissimi quicunq; luxuriosus vel negligēs ea q̄ dico cū magē timore susipe voluerit: ꝛ cito ad medicamēta pęnitentię ꝓfugerit ꝛ i pęnitētia et hac vita migrauerit: paradisi gaudia possidebit. Quā si nō egerit ꝛ mors repentina eū ꝓuenerit: sine vllo remedio ęternę pęnę cruciatū habebit. Nos igit̄ dilectissimi frēs q̄tuꝫ possumus cū dei adiutorio ꝓtra carnales ꝓcupiscentias virilit pugnem⁹: vt deuicto hui⁹ sęculi voluptatib⁹ ęternū premiū ꝓsequamur: per infinita sęcula sęculoꝝ. Amē.

¶De fuga vanitatis ꝛ virtutū acceptione. ¶Sermo ¶ LXVII

Dilectissimi frēs: oportet humilitatem nos hīe: ꝓcepta dei custodire: charitatē tenere: veritatē sequi et fugere vanitatē. Vanitas enī mūdi: vanitas coinqnat. Veritas christus ē: sicut ipse dicit: Ego sū via: veritas ꝛ vita. Via recta: lux vera ꝛ vita perpetua. Veraces filij dei sūt: mendaces vo filij diaboli. Vnusq̄sq; enī cuius opa agit: eius filius appellak. Qui sequunk deū: semp in luce sūt: q̄ aūt imitātur diabolū: in tenebris ambulāt ꝛ lucem numq̄ habebūt. O dilectissimi filij q̄ malū ꝛ q̄ puersū ē dimittē: lucez ꝛ sequi tenebras: Fugere vitā ꝛ agropinḡre morti: dimittere veritatē ꝛ sequi mēdacia: delectari in vanagloria ꝛ sperniere sempitna: Jocūdari i ꝑsenti dolore ꝛ pęna: ꝛ amittere lętiam ꝛ quietē sempitnā. Scriptura enī dicit: Non quęras gloriā ꝛ nō ꝓfunderis, cuz gloriosus fueris. Bti illi q̄ oculos būt spirituales ꝛ cōtēplik ęclesiā ꝛ respuūt terrena. Ex hac enī fragili misera ꝛ breui vita festināt ad illam beatā reqez sctoꝝ quę nunq̄ finiek: illuc festināt vbi semp pmanere sperāt: vbi non ē timor de morte nec pauor de hoste. Vbi est vita sine morte: iuuentus sine senectute: expectatiōe: lux sine tenebris: gaudiuꝫ absq; tristicia: volūtas absq; iniuria: regnū sine cōmutatiōe: requies sine labore: sacietas sine fastidio: ꝛ claritas sine nube. Vbi ē vita angelica semp lęta. Lętitia huius sęculi licet sępe gaudium esse videak: sępissime rā

in tristicia veruꝫ. Regnū dei si habet finē: vita huius seculi horrenda ē. Illa vo amāda atq; desiderāda: hec eni plena vita misera t caduca ē: imo incerta: decepticia t instabil. In pena t luctu nascimur: in miseria t angustia matrimurin Labore vuim⁹: i dolore morimur: t si fine q̄ magī dolēdū ē si impenitēteo discedim⁹: ppetua tormēta patiemur. Nam venia poltmodū non ꝓsequent qui dū tps hic habuerint t penitētiam ꝓdignā non egerint. Nam q̄ precepta christi non habēt: vel etiā habentco nō seruant: t promissa celestia despiciūt: qui plus amāt gulā q̄ abstinētia: magī luxuriā q̄ castitatē secrāt: absq; dubio regnū dei si possidebūt. Fornicatio viget animam ad penas: castitas leuat mortalē ad gloriā. Castitas erigit iter ad celū: luxuria facit ruere in infernū. Castitas iūgit homem mortalem satie t angelis perpetualib⁹: fornicatio facit barbarē t dęmonib⁹. Porcus crassus se volutat i volutabro: Et si poco margaritas ante ipsum posuerio: nō aduertens calcabit in luto: Sic t hō ebriosus: vino repletꝰ ac crapulosus: ferculis satiatꝰ: diūsio in luxurijs se ꝓuit t i stercore vitiosus se voluptans: verba sancte scripture nec ore ꝓfert: nec corde suscipit. Dulce illi est fornicari: t cōtinētia seruare amarū. Iliq; miser ambulat elatus t superbus t cupit cē melior q̄ ceteri in hoc seculo: cū tñ apud deū deterior sit. Alinoꝛ se ceteri christiani t etiā si olim inferior existat. Et sic duo mali⁹ t firmi⁹ se stare putat in precipitiū cadit t in eternū baratrū vadit: Et q̄ ops deus nos eripiat qui sine fine vivit t regnat. Amen.

Quomodo per virtutes obuiādum sit vitijs: Et de miseria infernali. Sermo LXVIII

Fratres satis timere nos oportet ꝓter tres causas: hoc est gulā: cupiditatē t superbiā: quia diabolus istis tribus circūuenit patrē nrm adam de Gen. 3. cemo: In q̄cunq; die comederit ex hoc fructu: aperient oculi vri t eritis sicut dij. Hos aūt teneam⁹ mēte: t timeam⁹ istas tres causas pessimas ne vt adā nudati expellamur de paradiso: Contra gulā t inglauiē t vētrio abstinētiā: Contra cupiditatez t auariciā: pauptatē spūs t elemosynarū largitionez: Contra superbiā t elationē: verā humilitatē et olimodā subditionē exercēteo. Hec scīētes q; angelos dei custodes habemus: si cut ipse saluator ait: Amē dico vob q; angeli eoꝝ semp vidēt faciē patris mei q̄ in celis est. Quapropē certe credere possum⁹ q; oia opa nra que operamur die ac nocte siue bona siue mala: ab ipsis in ꝓspectu dei nūciata erūt. Nā angelus bon⁹ bonaꝝ nos cōsilio boni: quia cū aliquā boni agim⁹: ipsuꝫ a dextris nris esse credam⁹: Cuꝫ vo malū aliquid cogitam⁹ aut faciam⁹ siue paruū siue magnū: hoc nulla dubiā q̄n malignuꝫ angelū bonaꝝ habemus: qui sup hoc nos gaudenī irridet: cū angelus scūs tristatur et doler. Et ideo cū verba ociosa dicimus: aut quicq̄ mali facim⁹: diabolica ꝓlia ē. Cū aūt ingemiscim⁹ t p peccatis nris suspiramus: aut opa virtutū facim⁹: tunc angelū dei scīm administratorē t ꝓtectorē habem⁹. Nam de illis tribus causis q̄ supra dixim⁹ t q̄ diabolus in adam submisit: nititur p instinctionem mali ꝓlis sollerti custodia nos cauear. Illę eni tres: gula videlicet: cupiditas t superbia: multa t infinita genera mala. Occasionaliq; nanq; hę male t principales vitioꝝ radices: sacrilegium: homicidiū: fornicationē: furtū: auariciā: luxuriam: falsum testimoniū: iram: discordiā: piurium: t hec similia. Hoc igit frēs charissimi ponamus ꝓtra superbiā t elationē verā humilitatē: ꝓtra gulā abstinentiā: ꝓtra cupiditatē elemosynā: ꝓtra sacrilegiū ꝓcerā penitentiā: contra homicidiū dei t ꝓximi dilectionē: ꝓtra furtū benignitatē: cōtra auariciā charitatē: ꝓtra luxuriā castitatē: ꝓtra falsum testimoniū veritatez cordis t oris: contra iram pacē: contra discordiā veram ꝓcordiā t vinculū pacis firmū: ꝓtra piurium timorē dei: Et sup oib⁹ spem firmā: fidē rectā: charitatē ꝓfectuꝫ. Talis q̄ virtutes vitijs obuiādo t ꝓtra ꝓtranꝫ curādo: coram deo t hoibus cū iusticia t ꝓbitate vitam ducat. Ista eni sūt arma angelica: lorica t arcus virtutū: scutū fidei firmissimū t galea Eph. 6. salutē. Qui hec arma in fide nō hesitās secum portauerit: nullius ei diabolus nocere poterit. O frēs charissimi ꝓtra pessimū hostem id est inimicissimū generis humani inimicum nō nos armare debem⁹: vt ipsum viriliter superare valeamus: Qui semp paratus est velut latro ad furandum opa nra bona: ꝓlia mala submistrādo. Certe multi audacia diabolica decipiunt t fecuntate ꝓ-

pria quaꝫ sibi fingūt: decipiunt. Dicūt enī iuuenis sum: dum est mihi tps t interim q̄ floret in me iuuent⁹ fruar mūdo: quaꝫ ad senectutem veniero t amplius quę volo exercere nequiero: nunc pnitentiā agens abstinebo. Et non cogitat ille miser q̄ nō habet certum vnius horę vel momēti spaciū: seu etiam ptātem de vita sua. Sia charissimi frēs non vos decipiat aut seducat ista pessima securitas: quę nō securitas sed potius
B periculū dici pōt. Proinde dieꝫ mort⁹ semper in memoria habeam⁹: semp in timore dñi stantes: pnitentiā agam⁹: quia trāsit⁹ noster: vita videlicet huius seculi breuis ē t caduca ac fragilis ista miseria ꝓsentis mūdi tpalis potentia. Dic vbi imperatores t reges: vbi duces: principes aut barones: vbi aurum t argentū ac ornamēta eoꝝ? Scri-
Sap.4. ptum est: Potētes potenꝫ tormēta patientur. Ę tam obscure māsioni: vę tam languidę fouęę: vę tam tenebrosę: vę tam ꝓfundę t opace carnę. Pensem⁹ charissimi quō de tam parua ꝓsolatiōe: tam longa calamitas: ó tam breui lętitia: tam longa tristicia: de tam modica luce: tam magnę tenebrę: de tam exiguo lucro: tam graue dānū: de tam vana securitate: tam forte periculū: de tam parua potētia huius tpis: tā longa tormēta sine fine mansura: de tā breui iocūditate: tam longę t tā amarę lachrymę: de tam inani huius mūdi pompa: dira gehēnalis ꝓuenit pena: De q̄ non liberabit pr filiū: nec ꝓ pre fili⁹ fideiubebit: vbi non repit amicus q̄ redimat: nec frater qui succurrat: Vbi q̄ ibi sunt mori ꝓrūt: & mortem impetrare nequēūt: vbi amara pnitētia tarde agit: nec ob hoc sic pnitēs adiuuatur. Ibi nulla vita & māsio dura t mors eterna: ibi tenebrosus ignis t locus horribilis: ibi flamma gehennalis t inextinguibilis: ibi imēsa tormenta t fulpira valida: ibi lucruosi gemit⁹ t languor long⁹: ibi miseri cum miseris: fupbi cum fupbis: homicidę cū homicidis: adulteri cū adulteris: auari cum auario: fures cū iniquis: falsi pȝsti cum falsis fubdol⁹: dissoluti religiosis cum dissolutis socijs t sociabus lasciuis: t sic ó singulis. Qui oēs simul inenarrabile cruciabunt t in ifernali carcē sine fine torquētur. De quo nos vitijs emēdatos oēs de⁹ eripe dignet: q̄ viuit t regnat in sę. sę. A.

De exhortatiōe ad orandū: cum exemplo cuiusdā defuncti in egypto: Et de miseria aie. Ser. LXIX

Fratres dilectissimi qui orare vultis aut pcā vra plāgere: claudite ostium sup vos t orate dñm deum vestrū i toto corde. Tūc respiciet dñs sup vos ꝓpitius ac pius vobis erit: q̄si pia mater filio suo dum eū dolentē t plorantē reperit. Hęc charissimi in cordib⁹ vris scribite t intelligite. Et qui non intelligāt: eos q̄ rationabilit sapiāt: interrogēt. Archite vob⁹ dilectissimi thesaurū celestē mūdi huius⁹ postpositis vanitatib⁹: attendentes t valde timētes quoddā exemplū horribile: qō quidam bō sanctus in excessu mentis posit⁹ vidit t audiuit de quadā alia de ęgypto exeunte t ꝓra corpus suū ꝓtendēte. Erat enī
B bō iste de cuius alia fit ad ꝓsens mentio: cor ꝓpe ſcūduo valde t tpalib⁹ ſhpatus plurimū: t i tali corpis t rerū ꝓsperitate posit⁹ nihil aliud cogitabat nisi cūcta quę poterat ꝓficere mala: nec quicq̄ de anime sue salute tractans: totus vitijs in peccat⁹. Accidit vt infirmitate laborās morti appropinquaret. Et ecce spūs illius ad ostiū corpis pulsans terrore ac merore pmaxie ꝓcussus ad modū exire tardabat: q̄ diabolos ante se ꝓparatos videbat: ac int se mustare decentes: Quō tardat? Cur sit hoc? Quare facit tot moras? Festinem⁹: fouste⁹ michael cum socijs suis oppimens nos: ac aiam illā nobis tollens quā per multos ānos vinculis nris ꝓstrinxim⁹. Tūc vnus ex diabolis rūdēs dixit: Nolite timere nra ē. Ego opa eius scio. Ego semp cū illo dieb⁹ ac noctib⁹ fui. Hęc illa aia misera audiens dixit: Heu mihi quare vnq̄ nata fui aut creata. Ę mihi q̄ vnq̄ in hoc corpus intraui. Ę mihi q̄ vnq̄ in isto pessimo carcere carnis exstiti. Ę tibi corpus miserū: quare alienas rapuisti pecunias. Tu facultates pauperū et substātias eoꝝ in domū tuaꝫ ꝓgregasti. Tu odarijs delicatis te nutriebas: t ego salutem nram esuriebaꝫ. Tu vinū bibebas saporosum: t ego fontē vitę sitiebam. Tu te ꝓciosis decorasti vestib⁹ me nuda existē te virtutib⁹. Tu quidem ſcundus eras: et ego macra. Tu rubicūdus t ego pallida: Tu hilaris: t ego mesta. Tu ridebas: t ego flebā. Tu gaudebas: t ego dolebā. Tu semp mihi ꝓtraria egisti: modo es efca vermiū t putredo ac puluis. Requiesces q̄ modicuꝫ

tempus in terra: t postea mecū in infernus deducet tormēta sicut t ego passurū eterna. Ibi dictis corpus sudare cepit ac spiritum reddere. Tunc ille diabolus angelus sathanę: qui non in bono sed in malo animos t instinctos eius pstitit eam agrehendendo dixit: Nolite socij nolite morā facere sed tridentes acutissimos arripiendi te: t cum dolore in oculos ei⁹ figite. Quicquid enī vidit siue pulchr siue turpe: totū rapuit. Pungite os eius quia ola quę desiderauit siue in comedēdo siue bibēdo vel etiam loquēdo iustio vel iniustio nunq̄ peccauit. Pungite t cor eius dolorosum t falsum in quo nec pietas nec misericordia nec charitas nec bonitas fuit. Pungite etiam manus ei⁹ rapaces: quę ad furtum: latrocinū t rapinam pmptę t ad opera pietatis tarde fuerunt. Insuper t pedes eius q̄ ad omnē viam malam veloces extiterūt. Tūc illam miseram animā de corpe electam sic membratim punctes: t lacerauerūt sup alas suas nigras tenebrosas t velpilliones eas: ad ad infernū ipsam deducēteo. Et dum sic in- 1. Petri. 4. b. et. 7. b.
nitere esset: vidit ala illa claritatē magnā et dixit: vbi vel q̄d ē ista claritas? Respōderūt dēmones dicentes: Non agnoscis patriam vnde exiuisti quādo in hanc pegrinationē venisti? Tu quondā resplendebas pompis nostris t per baptismū ac signū crucis nos expulisti. Audisti ppheras t apostolos: audisti etiā sacerdotes t curatos tuos q̄ nō cessabāt tibi viā vitę ꝓdicare t nomē saluatoris tui laudare. Cor autē tuū a doctrina eorum longe erat: Modo translata ista patriam illā vnde ꝓma venisti: nō tamen ibi diuerteo nec venies. Choros angelorū audies: non ad tuā ꝓsolationē sed ad tuam perpetuā desolationē. Claritatē sanctor videbis: nec tamē ibi habitabis: quēadmodū t nos non facimus qui de paradiso electi sum⁹: t sicut fuim⁹ ac sumus in potestate: sic t tu nobiscū eris. Vsq̄ mō fuisti in pegrinatione: nunc moraberis nobiscū in damnatione in qua multos habemus socios. Tunc cepit illa misera anima cum dolore t fletu ac gemitu ingenti dicere: Heu me miseram q̄ vnq̄ creata fui ac nata seu l hoc corpus maculatū posita. Heu mihi q̄ in illa damnatione posita claritatē eternam pdidi ex qua olim sine macula exiui. Modo video spaciosam viā quę ducit ad patriam non tamen ambulabo ea⁹. Tūc pdurerunt eam inimici sic flentem t gementem ad perditionis portas: vbi diabolus ad recipiendū eam pparatus erat in similitudine draconis: t aperiens fauces suas sq̄tissimas ac glutiens eam resumuit in caliginosū loca⁹ ignis: vbi sue ꝓsimiles expectant iudicium. Hoc exemplo dilectissimi edocti ac admoniti vt alioq̄ fera vulnera nobis sint medicamēta certa: vitam nostram hic dū valemus in melius emendemus: carnalia abdicantes: spiritalia sectantes: vt sic ꝛtanter ex hoc corpusculo egredi enteo dicere possimus: Adhęsit ala mea Ps. 62.
post te: q̄ caro mea castigata p te de⁹ meus: Ob hoc mi dñe me suscipiat dextera tua. Cō nobis ꝓcedere dignetur q̄ saluat omnes sperantes in se: ac viuit t regnat deus in secula seculoq̄. Amen.

De cōmēdatiōe humilitat: Ac de cōpūctione cordis. Ser. LXX

Quanta sit vere humilitat virtus fratres facile ex verbis dñi cognoscitur: qui vt superbiā pharisęoq̄ damnaret dixit: Oīs qui se exaltat humiliabit: et qui se humiliat exaltabit. Humilitat passibus ad celi culmia ascendit: q̄ deus excelsus nō superba sed būilitate attingit. De q̄ dictū est: Deus superbis resistit: humilibus autē dat gratiam. Vñ in psalmo dicit: Excelsus dñs t būlia respicit t alta a longe cognoscit. Alta posuit p superbia. Hūilia vo respicit vt attollat: alta: id ē superba cognoscat deiciat. Discam⁹ būilitatē p quā deo ꝓpiū reperiem⁹: sicut ipse i euāgelio ait: Discite a me q̄ mitis sū t humil corde. Per superbiā mirabilis angelorū creatura cecidit de celo: per humilitatē dei fragilitas hūane nature ascēdit i celū. Honesta est enī inter bonos būilitatis ꝓsuetudo: sicut salomon ait: Vbi fuerit superbia: ibi erit t contumelia: vbi autē humilitas: ibi sapia. Itē alib⁹ sapiēs: Esto magn⁹ eo humilia te i oīb⁹: t coram deo inuenies gratiam. Itē dñs p ꝓphām: Ad quē respiciā nisi ad humilē t quietē t trementē verba mea? Quicūq̄ hūilis t quiet⁹ nō fuerit nō pōt i eo habitare gratia spūssc. Deus humilis factus ē nīs salutis cā. Erubescat ḡ hō superb⁹ esse. Opta būilitate idonāt cor ad imitationē: tantū ꝓficit in excelso. Qui enī būil fuerit exaltabit in gloria. Quem⁹ būilitatis gradus est veritatis sermone audire būiliter: memoriter

retinere: voluntarie ꝓficere: eam ꝺp/
pe quam non inuenit humilem veri/
tas fugit mentem. Qto quis humi/
lior fuerit de seipso: tanto maior erit
in conspectu domini. Superbus vero
ꝙto gloriosior apparet inter homines:
tanto deiectior erit ante deum. Qui
sine hũilitate bona opera agit: in ven/
Eccl.10. to puluerem portat. Quid superbit
terra et cinis: dum vento superbia ꝺis/
pergitur: qñ ieunijs vel elemosynis
congregare videtur? Noli o homo in
virtutibus gloriari tuis. Quia iterũ
habitur⁹ eo iudicem non teipsum: in
cuius conspectu teipsum in corde tuo
humiliare debes: quatenus ipse te ex/
altet in tpe retributiõis. Descende vt
ascẽdas: hũiliare vt exalteris: ne exal/
tat⁹ humilieris. Qui enĩ sibi vilis ẽ: an
te deũ pulcher est: Et q̃ sibi displicẽt:
deo placẽt. Esto ergo paruus i oculis tu
is vt sis magn⁹ in oculis dei. Tãto enĩ
eris apud deũ pretiosior: ꝙto fueris an
te oculos tuos despectior. In sũmo ho
nore: sũma sit tibi hũilitas: honor? laus
L est humilitatis virt⁹. Cõpunctio cor/
dis et humiliatio vtute nasaf: de cõ/
punctione ꝓfessio peccatoꝝ: de ꝓfessio
ne pnitẽtia: de pnitẽtia vera peruc/
niet delictoꝝ idulgẽtia. Cõpũctio cor
dis est humilitas mẽt? cũ lachrymis t
recordatiõe pctõꝝ t timore iudicij. Ex
gemino fonte cõpũctionis solẽt ꝓflue
re lachrymę: vna dũ mens operũ suoꝝ
mala ꝓsiderat: altera dũ desiderio eter
Ps.41. nę vitę suspirat. Dñs ꝓpheta ait: Sitĩ/
uit anima mea ad deũ viuũ: qñ veniã
Ps.83. t apparebo ante eũ. Frẽ: Cõcupiscit et de
ficit ãa mea i atria dñi. Quattuor sũt
qualitates affectionũ: ꝺb⁹ cogitatio
insti tedio salubri cõpungit: hoc ẽ: me
moria ꝓteritoꝝ facinoꝝ: recordatio fu
turarum pnarũ: cõsideratio peregri/
natiõis suę in hui⁹ vitę miseria: t de/
sideriũ supnę patrię: ꝙtenus ad eam
ꝙtotus valeat peruenire. Qñ ꝙ ista
in corde dominis sunt: signũ est tunc
esse deũ per gratiam ꝓsentẽ. Dñs in
Ps.55. psalmo dicit: Deus vitam meã nunciа
ui tibi: posuisti lachrymas meas i ꝓspe
ctu tuo: sicut in promissione tua. Pro/
missio indulgentię quã habem⁹ a deo
lachrymas pnitẽtię excitat i corde no/
stro: Thesaurum desiderabilem in cor
de hominis compunctionis dulcedo.
Anima hominis quę in oratione com
pungitur: valde illi proficit ad salutẽ:
cum per orationem compunctio effun
ditur: spiritus sancti ꝓsentia coadiu⁹
nostrio illustratur.

De non tardando conuerti ad dominum. Sermo LXXI

A Legitur in litteris diuinis in/
spiratio dictum: Fili ne tar/ Eccl.5.
deas conuerti ad dominum: qz
nescis quid futura pariat dies. Qui
tardat conuerti: periculum facit ani/
me suę: quia mors non tardat: quę si
tardantem conuerti inueniet: ad tor/
menta deducit eum. Dissoluta t pa/
ralytica cogitatio est de crastina cogi/
tare conuersione t hodiernam negli/
gere. Quid tu peccator cõuerti vltimo
mala: t non metuis ne mors repenti
na subripiat diem conuersionis? Nõ
ne homines subito moriuntur? Si
bonum est peccata dimittere t ad de/
um se conuertere: cito fiat. Deus tibi ꝓ/
mittit remissionem conuertendo a pec/
catis: securitatem tibi non promisit
diu viuendi. Ideo conuertat se vnus/ Isa.55.
quisq; citius ad dominum: et derelin/
quat impius viam suam. Si subito
intrat dies extrem⁹: perit dilatio t re/
stat damnatio. Perire nõ vis: redi ad
deum et viues. Noli de venia pecca/
torum nec de vita longiore confidere.
Conuertere ergo et pnitentiam age.
B Cras inquis me ꝓcurrã. Quare non
hodie? Quid male dicam: si cras di
cam? Quid male: si hodie? Forte di/
cis: Lõge erit vita mea. Dico. Si lon/
ga erit bona sit: si breuis t ipsa bona
sit. Prandiũ t si longũ non tamẽ vi⁹
habere malum: t vitam longam vi⁹
habere malam? Illam emis: bonaz
desideras: vtrorem vis ducere bonam
quęris: filios tibi nasci bonos optas.
Et vt etiã de rebus vilissimis loquar:
Caligas emis t non vis malas. Quid
ergo vitam amas malam: si vitam
vis malam: inter omnia bona tua ens

malue. Ne tardeo conuerti ad dominū: t ne differas de die in diez. Verba domini sunt non mea: non a me hec audisti: sed ego tecum audio a domino. Forte respondes: cras cras. O vox
Gen. 7. comuna: Noaus non redijt ad arcaz: columba redijt. Si nunc vis pēnitentiā agere quādo peccare nō potes: peccata te dimisert non tu illa. Sat⁹ alienus est a fide qui ad agendam pēnitētiam temp⁹ senectutis expectat. Adtuendum est ne dum sperat misericordiam: incidat in iudicium. Non enim tunc veniam inueniet qui modo aptū venię tempus perdidit. Ibi a deo nō potest mereri quod petit qui ꝺ noluit audire quod iussit. Qui tempus pēnitētię datuz negligit: frustra ante tribunal christi preces effundit. Festinare debet ad deum conuertendo dum potest vnusquisq: ne si duz potest noluerit: olno cum voluerit non possit.

Demorte. Sermo LXXII

Mors aūt vera quā timent homines est separatio alę a deo. Et plerunq: cū timent homines mortem istam quę separat animā a corpore: incidunt in illaz vbi anima separatur a deo. Hec est mors de qua
Ps. 41. dicitur: Et mors depascet eos. Cuius pastor ē diabolus. Habemus autem multis locis in scriptura: quia vita est christus: mors autem diabolus: non quia ipse mors est sed quia per ipsum mors introuit in hūc mūdū. Sue enim illa in qua lapsus est adam ipsius persuasione domini ꝓpinata est: siue ista vbi anima separatur a corpore: ipsum habet auctorem qui primum per superbiaz cadens inuidit stanti: t morte inuisibili delecit stantem. Nos ergo ꝙ de futura imortalitate cogitamus: non sine causa in fronte signum crucis portamus: t non habebimus pastorem nisi vitam. Fidelium enim pastor vita est: infidelium autem pastor mors est. Si ergo i inferno sunt oues quibus pastor mors est: t in cęlo sunt oues quibus pastor vita est: Quid igitur dicam: Jam in cęlo sum⁹? In cęlo fm fidem. Si enim nō in cęlo: vbi sursum ceada? S non in cęlo: vnde apostolus paulus dicit: Nostra enim cō- Phil. 3.
uersatio in cęlo est? Corpore ambulemus in terra: corde habitemus in cęlo. Habitamus ibi: si illuc aliquid mittamus quod ibi nos teneat. Nemo enim habitat corde nisi vnde cogitat. Inde autem cogitat vbi thesaurizat. Thesaurizauit in terra: cor ipsius a terra non recedit. Thesaurizauit in cęlo: cor ipsius de cęlo non descendit: domino aperte dicente: Vbi est thesaurus tuus: ibi est t cor tuū. Ipsi ꝺ ergo quibus mors pastor est: videntur ad tempus florere: t usq laborare. Sed quare? Quia nox est adhuc. Quid est nox est? Non apparent merita iustorum: t quasi nominatur felicitas impiorum. Tamdiu videtur herba lętari: q̄diu hyems est. Herba enim per hyemem viget: arbor aūt ꝙ hyemē quasi arida est: cum sol exierit feruentior: ęstatis tempore: arbor que per hyemem arida videtur: expletur foliis: profert fructus: herba autem arescit: videbis bonorem arboribus: herba autem arida est. Sic t modo iusti laborāt antequā veniat ęstas: vita in radice ē: nōdum apparuit in ramis. Radix autem nostra charitas est. Et quid ait apostolus: vt sursum habeamus cor: t vitam in radice: vt pastor noster sit christus: quia habitatio nostra non debet recedere de cęlo: t in hac terra debemus si cut mortui ambulare: vt ꝺ umbra viuentes: infra mortui simus: non vt supra mortui infra viuam⁹. Quia ergo non debet recedere vita nostra et cor nostrum desuper: quid ait apostolus? Mortui enim estis t vita vestra Col. 3.
abscondita est cum christo in deo. Ecce vbi est radix nostra. Quando apparebit honor noster tanq̄ in folijs t fructibus: sequitur t dicit: Cum christus apparuerit vita vestra tunc t vos apparebitis cum illo in gloria. Et eris mane. Nam modo non mane. Tumeant modo superbi aut deuites huius sęculi: Impij bonis insultent: infideles fidelibus: t dicant: q̄d vobis prodest quia creditis? Respondeant fideles:

et dicant: si vere fideles sunt: Nox est nondum videl qđ tenem⁹: nō quiescant man⁹
Ps. 76. bonis operibus laborare. Unde alibi dicit: In die tribulationis meę deum quęsiui manibus meis: nocte coram eo ⁊ non sum deceptus. Apparebit labor noster mane: ⁊ erit fructus mane: vt illi q̄ modo laborant: postea vīent: ⁊ illi qui modo se iactant ⁊ superbi sūt: postea subiuiant. Quid enī sequit:
Ps. 48. Sicut oues in inferno positi sunt: mors pascet eos: ⁊ dñabunt eis recti mane. Puto iam planū esse illud verbū: quia ꝓpter locum sumus: dñabunt eis recti mane. Expecta mane: desidera mane: ne putes q̄ nox habet vitam ⁊ mane non habet vitam: Ergo qui dormit viuit: ⁊ q̄ surgit nō viuit? Nōne qui dormit: morte mortuus est: Et q̄ sūt qui dormūt? Quos excitat apls paulus: Si tū velint euigilare. Quibusdā enim di-
Eph. 5. cit: Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis et illuminabit te christus. Qui ergo illuminantur a christo iam vigilant: sed nondum apparet fructus vigiliarū. Mane apparebit: id est cū sęculi huius incerta transierint. Ipsa est enī nox: non timebit: videt enī ōs tenebre. Facit aliqs male viuit: floret: terret: honorat: facit aūt aliqs bā reprehendit: blasphemat: accusat: laborat: terret quasi tenebre sunt. In radice autē vigor fructus opulentia: vita nōdum est in ramis. Sed radix non aruit: similis est quidē arescenti: si ipse venit: vestit honore suo: secundat fructibus suis. Tunc illi de quib⁹ dictū est vt nō eos sciem⁹: qđ enī addet ille psalm⁹? Cum sicut fenum cito arescent: ⁊ sicut olera prati cito cadent: cum viderint ad dexterā maiestat̄ iustoꝝ: quibus laborantib⁹ insultabit sa-
Sap. 5. rer: ⁊ dicent inter se penitentiā agentes: Ihi sunt quos aliquādo in risum habuim⁹ ⁊ in similitudinē imp⁹operii. Sed tūc iam pēnitentiā infructuosam agunt: Dicentes enī: nos insensati vitam illoꝝ estimabam⁹ insaniā. Quia cū ceperit qs deo viuere: mūdum ꝓtemnere: iniurias nolle vlcisci: nolle hic diuitias: nō hic quęrere felicitatē terrenam: oia ꝓtemnere: deū solū cogitare: viā christi non deserere: nō solum ei a paganis dicit insanit: sed qđ magis dolendū est: q: et intus multi dormiūt ⁊ euigilare nolunt: a suis christianis audiunt: Quid patimini fratres mei: Homine mucri fm viam christi: qui dicit: quid pateris: putam⁹ qđ dicit: Horremus iudęos: qui dixerūt dño iesu christo: Dęmoniū habes. Et quādo audimus recitari euangeliū: tundim⁹ pectora dicētes: sceleratā rem dixerūt iudęi christo: Dęmoniū habes. Age tu christiane qđ videris de corde hominis expulsus diabolum ⁊ inhabitare in eo christum: ne dicas quid pateris. Dictū est quidem ⁊ de ipso dño qđ insaniret: quādo loquebat verba q̄ illi non capiebant. Et tamen aliqui euigilabant a somno dicentes: Non sūt ista verba dęmoniū habentis. Sic ⁊ modo fratres mei q̄dā ista verba audiūt ⁊ gentes ⁊ qui habitant orbem ⁊ terrigenę filij hominum diues ⁊ pauper: id est ⁊ q̄ pertinet ad adam ⁊ qui pertinet ad christū. Alij dicūt dęmonium habes. Alij dicūt: Nō sūt ista verba
Joh. 10. dęmoniū habentis: Alij eni viam sęculi et ista ad tempus audiunt: Alij frustra audiunt: sed faciunt qđ dictum est: Auribus percipite qui habitatis orbem. Et cum agunt ista: incertus est fructus. Sed q̄ male agūt et viam sęculi eligunt: mors pastor est eis. Qui autem eligunt viam dei: vita pastor est eis. Veniet ipsa vita iudicatura ⁊ damnatura cum pastore suo eos quib⁹ dicitur:
Matth. 25. Ite in ignem eternū: qui ꝓparat⁹ est diabolo ⁊ angelis eius. Filios autem quib⁹ insultarum est: qui irrisi sunt quia credebāt: audient ab ipsa vita quem habent pastorem: Venite benedicti patris mei: percipite regnū qđ vobis paratū est ab origine mūdi. Dñabunt eis recti mane. Nemo dicat quia sum christianus: quare non imperem iniquis. Noli festinare: dñaberis: sed mane: quia auxilium illoꝝ veterascet in inferno a gloria eorum: auxilium de pecunia: auxilium de amicis: auxiliū de virtute sua. Sed cum mortuus homo fuerit: in illa die perībūt omnes cogitationes eius. Etā visus est gloriam habere inter homines cum viueret: tanta vetustatē ⁊ corruptionē sustinebit in inferno.

De illo q̄ irā diu in pectore retinet ⁊ nō vult vltiari. Ser. LXXIII

Adnto hō qui vult de inimico suo vindicari ꝓuocat in se vindictam dei. Sed hoc facite fratres qđ dicit apostolus: Nulli malum ꝓ malo reddentes. Hoc est enim vinci de bono malum. Cū enim vindicari vis sine dubio vincere vis: vide ne dum vis hostem vincere: ab ira
Ro. 12.

vincario. Quia lesit: vis t tu lędere: quia nocuit: vis t tu nocere: t vt tu vincas amplius magis ꝙ ille nocuit: quō vincis malum in malo? Non hoc dixit apls: non hoc audistis: Ego nolo vinci a malo audistis? Et forsitan respondebis: Hoc t ego volo. Sz nemo me vincit. Dixit enī apls: Vince in bono malum. Hoc est enī: vt qui te lesit sua iracundia: tu illum vince tua patiēcia. Qui te lesit sua auaricia: vince illū tua misericordia. Ecce qui te sua auaricia expolia uit: ecce ęget: ecce esurit: ecce sitit: ecce men
No. 12. dicat: inimic⁹ tuus ē. Sz si esurit cība illū: si sitit potum da illi. Hoc enī faciens: carbo
B nes ignis congeres sup caput eius. Si hoc cogitas: quasi ad malicium nos hortatus est: tanꝙ dixerit vt plus ei noceas vt carbones ꝑgeras super caput eius. Si hoc cogitas in malo: vis vincere malum: t ipsam clemosynā vt facias: amore vindictę vis facere. Sed dico ꝙd est carbones ignis ꝑgere super caput eius. Carbones ignis sunt in ꝙbus vult vt penitеat illaz contra te inimicitias habuisse. Homo es: homo ē: lędere voluit: lędere vis. Ecce duo mali estis: Quō ergo dicis t ego odio maluz qui augeos numerū malox? Vis vincere inimicū tuū: attende intrinsecus tuoo ne ibi habeas ꝙ vincere debeas. Et dum ista ꝑsidero uerisq; dicā tibi: homo ē quid me lesit? Rogem ꝑ illo dñz vt penitеat eū: Et si lesit ex malo factus fuerit bon⁹: Nec defendi ante dñm seruꝰ inuerecūda fest: nāq; ꝑpe remunt vt cum dies ille vindictę aduenerit nō eū impiū t pcōib⁹ puniamur ꝑ eū iustus t deū timēt⁹ honoremur in sę. sę. A.

De futura vita diligēter cogitāda. Sermo LXXIIII

A Fratres charissimi ꝙ audiuim⁹ dici: Et sursū cor habeam⁹: spe sit vt de illa futura vita cogitemus. Hic sic agamus vt illuc semper viuam⁹. Ecce enim ista dignatio dñi nri qui fecit nos: ipse descēdit ad nos. Si ergo descendit ad nos: leuauit nos: tam in corpe suo leuauit nos. Caput nrm ibi ē: sequanr t membra. Ille est in ęlo: nos in terra quasi longe sit a nobis. Si interroges longe: charitatē interroga t nobiscū est. Si enī ille non esset nobiscū: non clamaret de ęlo saulo persequēti: Nō ipsū ꝑ seruos ei⁹: Et vt familia-
Act. 9. ri⁹ dicā: mēbra ei⁹: Saule saule ꝙd me ꝑse-
ąnos? Ecce ego ꝑ sū in ęlo t i terra ꝑsęąris me. Quare dixit: Me: qz ipse de mēbris suis dicebat. Nōne si aliqō calcet plātā tuā: nō clamat lingua tua? Ille ergo ꝙd facit ē ęlō t terra: ppt eū quē fecit ō terra: sine terra
D descendit in terrā: t in ęlo leuauit terrā: id est carnem quā ꝑpter nos dignat⁹ est assumere. Deus factus est hō: vt hō posset esse qō deus est: nam quę ꝑmisit dabit nobis. Securi enī sum⁹ quia cautiones nob fecit: quam cautionē euangeliū scripsit: t iō reddidit nobis. Quid putat? frēs non eum nobis reddituꝝ vitam suaz qui ꝑ nobis dedit mortem suā: humilitatē: iniurias: ꝓumelias: passionē in terra suscepit ꝑ nobis? Ergo regnū: ꝛsolatē: ętnitatez nō dabit nobis qui ꝑpē nos mala ꝑmisit? Ergo bona sua nobis negabit? Ad hanc spem fratres qi ꝑmissos verax est securi ambulem⁹. Sz sic viuam⁹ vt semp viuam⁹: vt cuz ante ipsum veniem⁹: bona frōte dicam⁹: Redde qō ꝑmisisti: quia fecimus qō iussisti: et viuere cum illo valeam⁹ in sę. sę. Amen.

De diuite. Sermo LXXV

A Udite ergo qui estis in populo: et stulti aliquā do sapite: Accedite ad sepulturā mortuoꝝ t videte exemB pla viuentiū. Jacent ossa t perit caro: t tū causa eius seruat in iudicio christi. Fuit et ipse similis nobis viuens in vanitate: repletus diuitijs multis: multiplicauit agros: plantauit vineas: impleno horrea in theca multis: lętatus est in abūdantia sua: t ecce subito ablata sunt ab oculis ei⁹: Plaudebatur sibi per scemata multa: ꝑciosis vestibus erat indutus: pompas t luxurias sibi adhibens: epulaꝝ diuitias exercebat: saltationes t iocos in conuiatib⁹ exhibebat: prandia sua cū cęna miscebat: t lętitię suę vix dabat finē. Et ecce ablata sunt ista ab oculis ei⁹. Ubi ꝙ abierūt illa ista? Ubi pompa: vbi scemata: vbi exquisita pulmenta? Ubi nam sunt illi qui eum in foro longe⁹ ab oib⁹ ꝓspiciebāt? Ubi ornatus vomoꝝ t vestis ꝑciosę luxuria? Ubi gēmaꝝ ambitio t argenti pondus imēsum? Ubi postremū ipsa cupiditas quę eum ista quondā quę agit nescit qñ totū possit amittē? Ubi sapiēcia illa t sorē excogitata dissertio? Ubi applausus laudum t adulatio amicoꝝ assidua? Ubi suoꝝ subditi gregeꝝ lāpadaꝝ radiāta lumina? Ubi ancedentiū turba clientiū?

Transierũt ola ab oculeius: ꝛ vltra nõ erit memoria eius. Jacet i sepulchro redact⁹ in puluere: defluerũt carnes eius q̃o delitiꝫ nutrebãt: sepulti sũt nerui a cõpaginib⁹ suis: sola remãserũt ossa q̃ seruant in exẽpla viB uentiũ: vt cognoscant reliquiꝫ mortuoꝝ. Putat recte sere corpus: abuit aũt alia ei⁹ in infernũ ꝛ nõ videbit lumẽ. Circũdãt eni eum tenebꝫ multꝫ: mꝫor: ꝛ afflictio aprehẽdet eũ: vermes ꝛ ignis ꝛsumẽt eũ: ꝛ fet⁹ nõ desinit ab oculeius: stridor dentiũ frequẽtat ei eo q̃ pessimi dolores perurgunt eum et nõ desinũt pene ab aia eius. Tunc se pnitet male vixisse i sęculo: ꝛ hęc sibimetipsi reputãs dicit se pictatẽ ꝛ misericordiã nõ fecisse vt quęrat eã ꝛ nõ inueniat: multaꝫ diuiti as se possedisse ꝛ nõ eas pauperib⁹ erogasse: pdidisse se ipso pnitẽtię ꝛ non se correxisse ab oib⁹ malis: dies suos negligẽdo trãsisse in ꝯbus habuit spaciũ bñ faciẽdi vt non incideret in talib⁹ pęnis. Expectat eni eũ resurrectio magna vt tradat peiori iudicio fm quę vt gessit. Ibi eni cũ ꝛturbãt multitudo angelorꝫ: q̃ sup pęnas sunt ꝛstituti: ꝛ q̃ talis egerit ꝛ elemosynã nõ amauerit: tõ misericordia ei denegat: Sedẽtia ardẽs eum expectat: qi pauperẽ ꝛ egenũ non amauit: ventrẽ eius ppetuus penetrat vermis: qui esurientẽ pauperem nõ saturauit. O q̃tũ valet apud dñmmisericordia q̃ in hoc sęculo exhibet. Sicut dñs nr̃ iesus christ⁹ in euãgelio dicit: Bti misericordes: qm ipsi misericordiaꝫ ꝛsequent. Frẽs mei dilectissimi exhibete misericordiã dũ lucẽ hui⁹ vitę habet⁹ ne tenebꝫ mortis vos cõprehẽdãt. Elemosyna eni emũdat pctã ꝛ ipsa interpellat p nob dñm: qi q̃ habem⁹ relinq̃m⁹ ꝛ q̃ pauperib⁹ dedimus ipsum integre possidem⁹. Dies enim dñi festin⁹ aduenit: ꝛ misericordes misericordiã ꝛsequent a dño nr̃o iesu christo: qui est benedictus in sęcula sęculoꝝ. Amen.

De cogitationib⁹. Ser. LXXVI

A Nemũ quidẽ cogitationib⁹ malis repugnandũ est: vt cũ aliq̃d carnale aut fordidũ fuerit auersus adũsarius ꝓtinus q̃ fortiter mẽtis sagitta deleat ꝛ exstinguat. Solet eni tristiciã afferre ꝛ dubitationes de ꝓposito ꝛ desperationẽ bonoꝝ adspirare: ꝛ varias cupiditates ingerere: ꝛ oculos quasi sagittas acuere: vt sicut in. x. psalmo
Ps.10. scriptũ est: Vt sagittẽt i obscuro rectos corde. Tu q̃ mox cũ senseris ista: moliri gemito suspirio ad dñm mente ꝓsus ne ꝓmittas accedere ꝓtinus q̃ sensum possit inquinare. Sicut eni vestimẽtũ candidũ: si fuerit sanguine aspersum: si mox fuerit lotũ candorẽ suũ recipit: si aũt insederit ꝛ incoxerit macula vix lauat: sic ꝛ mens humana: si surgẽtem cogitationẽ mox deleuerit: poterit suum retinere candorẽ: si aũt diuti⁹ residere ꝓmiserit: vix cuꝫ magno labore purgatur. Ihęc est aũt ꝓma victoria secreti certaminis nostri q̃ dño expectat ꝛ angelus: cũ cogitatiõibus malignis mens humana fideliter occurrit: ꝛ bonis operibus malos fugat cogitatus. Hinc laus nascit: hinc crescit gloria: sicut apls ait: Cũ venerit inq̃t dñs ꝛ illumi- 1.Cor.4.
nabit occulta tenebrarũ: ꝛ manifestabit cõsilia cordis: tunc laus erit vnicuiq; a deo. Manifestũ est eni apud fideliores: qi non B solũ de facto sed etiã de cogitat⁹ aut laus aut vituperatio a deo iudice tribuat. Itẽ q̃ inuiti patimur cogitationes frequent: non nos lateat frẽs: q̃ malignas frequent cogitatiões sustinemus: q̃ aũt ꝓtingat: de apostolo dicam⁹: Nõ q̃ volo bonũ ago: sed q̃ odi Ro.7.
illũ facio: Et video aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meę: ꝛ captiuantẽ me in lege peccati. Et reuera vnũ ꝓtinusq; studiũ est sathanę: humanam mentẽ ꝓfundis grauare ꝓtinus. Si q̃dẽ hanc inimicã ab exordio sortiti sum⁹ vt nos serpentis caput obseruem⁹: ille aũt nr̃m calcaneũ: vtiq; nõ nr̃i pedis calcaneũ: sed mentis finẽ obseruat: vt si quo pessit currentẽ ad ecclesia animã motibus suis ad terrestria retinere. Aduersus has q̃ obscuritates malorꝫ vt sinceris mentibus viuere possim⁹: cordis oculi bene curandi sunt. Et vt vincam⁹: arma nob sunt valde necessaria. Arma inq̃t militię nr̃ę nõ 2.Cor.10.
carnalia sed potentia deo ad destructionẽ munitionũ: malorꝫ ꝓtinus destruẽtes. Amẽ

Sermones diui Aurelii Augustini ad fratres suos in heremo cõmorantes ꝛ quosdam alios feliciter explicaunt.

¶ Sequuntur quedā ex diuersis collecta et ad gloriaz beati Augustini dic subiuncta.

¶ De vita: cōuersatione ac morte sancte Monice matris beati Augustini: Narratio. ¶ I

Monica mater sancti Augustini: cui⁹ hystoria trahit ex sermonibus sci augustini et. ix. cōfessionū: et ex duab⁹ epistolis ei⁹ augustini scripsit suę sorori perpetuę virgini. Dotor: te inqt augustin⁹ dilecta sponsa christi: vt deo studeas in eius placere: sicut et charā mihi nouisti pfecisse. Hā dū esset puella: ad ecclesiaz fugiebat diu in angulo pmanēs: et ɣginales ofones ad christū fūdebat. Dū aūt domū tarde rediret ab auia sua verberabat: eo q extra domū sine pdissēq recessisset: et totum ipsa puella patienter portabat. In tota autē puericia sua nunq cū puellis ludentib⁹ se miscuit: sed frequēs in nocte adhuc i puericia de lecto surgebat: et gemib⁹ flexis ofones ibi a me nole facundia didicerat: dño offerebat. Ab infantia aūt cū ea creuit miseratio: et naturali affectiōe paupes diligebat. Sepe panē de mēsa in sinu collocabat et de pria domo fugicēs paupibus tribuebat: hospites et infirmos visitabat: vicinas litigātes reprehendebat: pedes infirmoz sepe lauabat: et eis vt puella poterat seruiebat. Cū aūt parentes ei⁹ more sęculariū vestibus delicate eam ornare voluissent: ipsa pnitata respuebat. Et cū esset annoz tredecim: eaz nobili patricio carthaginēsi tradiderūt. Ipse aūt timore et honestate: ipsa etiam summa pulchritudine dño eam dotauerit: ipsa etiā pudicitia eam dño magnifficauerit: certe in breui vīi nullatenus posset. Matrimoniū thi optime pseruauit: filios in oi timore dñi sufficienter eruditit: thoz ima culatū custodiuit: et maritū ferocissimū cuz magno labore i fine lucrata ē. Cū aūt virtutes cū viro suo fere annis duodecim respexit dño hūilitatē ancille suę: et eruditus labrymas eius: nam inspirauit dño maritū vt deinceps vxoē pudicā et castā seruaret. O mira res: qi cū esset ferocissim⁹: ipso affectu carnali ab ea diuisus ē: tanto magis matrimonio spirituali et p dilectionē punct⁹ ē. Cū enī vir eius esset ānoz septuagintaduorū: obiit i pace. Filio aūt salutarib⁹ monitis et iciunijs ipsiq lachrymis et oronib⁹ illaz viduā sanctā: castā: sobriā et piā dñi votauit: mirū est. Qia thi post morte viri pcepit: oē regnū mūdi et oēm ornatū eius respuit ppt deū: inmo vt nō solū mi⁹ pauperū vocaret: sed ancilla. Et qi dū vir eius viuebat: ptātem ppiā corpis nō bēbat: ideo elemosynas nō ita largiē tribuebat. Dz postea ita vixit: vt nō solū elemosynas largiē tribueret: sed etiā cicatrices pauperū linaret. Propter qō ei dño centuplū reddidit: dū crucē ei⁹ i corde ei⁹ infixit et passionē. Dū aūt qdā die pquenta et visitata a te dñe: bālicia tua quę tu in carne humano generi clemēs exhibuisti ancilla tua psideraret: tātā gratiā tantamq lachrymarū copiaz toti circulari tuę crucis expectanti in passiōe tua adnuenit: q vestigia eius per ecclesiā lachrymę desuper pauimentū defluentes ostendebāt. Et ēsto pl⁹ ab effluentia lachrymarū dubitabatur desistere: tāto plus fluuius lachrymarū crescebat. Tanta autez gratia ancilla christi ieiunādo alios excellebat q diebus quibus ad cęnam vocabat: tanq ad amarā medicinam accedebat. Erat autez ei timor castus in corde tanq fascia pectoralis: qua cogitationes pstringeret: in ore tanq frenū q linguam reprimeret: in ope tanq stimulus ne pigricia torperet: in cunctis tanq regula ne modū excederet. Timor autē iste tanq scopa purgabat eā: viduę ab oi duplicitate: eos a falsitate: opa ab oi vanitate. Nūq verbū sęculare ab ore eius recordor me audiuisse: nisi in oib⁹ verbis suis et fact⁹ semper christū pmo nolabat. Tāi timor dñi mentem ei⁹ occupauerat: q nō solū ab oi specie mali sibi cauebat: sed spū pietat⁹ ad omē bonū pna erat. Satagebat mirabilit opa pietat⁹ p posse cordialit implere: fugo oia infirmis seruire: sepulturaz mortuis ꝑbere: orphanos custodire vt filios: viduaor maritato pcolari: quapropt multa ō arcanis celestibus dño reuelante pcepit. Unde tanta ebrietate spūs sancti sępe rapiebat: q in ea fere p totum diem quiescens: dum esset rex i cubitu sui cordis: neq vox neq sensus in ea audiebat. Neq mirum quia illa pax quę exuperat omnem sensum: sepeliebat viduę sensus corporales interim vt vir matronę nostrę et eaz vicinę eam pungentes excitare valerent. In die autem

bil cypriani duz hec dnisti ancilla mereret accipe sacramēta: duz esset in domo: fere a terra per cubitū eleuata fuit: clamādo quę quietissima esse ꝓfuerat dicēs: Deleamus ad cēlū: volenꝫ ad cēlū fideles. Quā cum pauli interrogarem quid sibi accaderat: nō rūdebat: sed tanto gaudio replebat q̄ oēs ad festū ꝓducebāt cantantes cū ꝓpheta: Lot meū t caro mea exultauerūt in deū viuum. Dū etiā in die pentecosten esset refecta refectione illius panis q̄ de cēlo descendit: posti sumptionē sacramēti tanta satietate repleta fuit: q̄ per diem t noctez absq; corpali cibo perseuerauit. Cum apud ostia tyberina infirmaret t sacramentū a nob fideliter peteret: nec dolore stomachi vexata valeret retinere: visibiliꝫ infantulus nocte media ad lectū dei famulę venit: eamq; in pectore amplectēs: ait illa sancta ad cēlum volauit. Ergo die nona egritudo suę q̄dragesimosexto anno ętatis: tricesimoterto anno ętatis mee: ait illa pia t religiosa carne soluta est die q̄rta maii. Flebā t effudebā tibi dñe ꝓces p illa famula tua: vt nō intrares cum ea in iudiciū. Gratulabar tñ testimonio eius: q̄ apellabat me pium: et cōmemorabat grandē deuotionis affectū: commemoratio nunq̄ se audisse ex ore meo verbū durū aut ꝓtumeliosū sermonē. Illa famula tua dñe ꝓtinue satagebat virū suū lucrari tibi: quē amabāt t reuerentē faciebat sibi. Expectabat enī ipsa misericordiam tuam sup eū: vt i te credēs castigaret. Erat enī iracūdus: sed illa famula tua nō mīs facto sed nec verbo viro tribulato rūdebat: sed quieto rationē facti reddebat: quē tibi dñe in extrema vita corpali lucrata ē. Erat enī serua seruoꝝ dñi: t oēs q̄ eam videbāt laudabāt te dñe: sentientes t credētes ꝓsenti am tuā esse in corde eius. Fuerat enī vnius viri vxor: t filios totidē parturiebat: q̄tidē a te dñe deuiare cernebat. Immunēte autē die quo ex hac vita erat exitura: nobis ignorantib⁹ dñe: ipsa t ego soli stabam⁹ incumbentes ad q̄dā fenestrā: t terrena obliuiscēbamur: loq̄bamur soli valde dulcē q̄lis esset sētō ꝓ vita: quā nec oculus vidit: nec auris audiuit: t inhiabam⁹ ore cordis pariter i fugna fluenta fontis vitę: vlescebatq; mūdus ille inter verba cū delectatiōibus suis. Tūc ait illa: Fili vnū esset ꝓpter qđ in hac vita aliq̄tulū morari cupiebā. vt te catholicū christianū viderem priusq̄ morer: t ecce cumulatius mihi deus ꝓstitit: vt te ꝓtempta etiam felicitate terrena videaz dei seruū. Quid iam amodo hic faciaz nescio. Quid sibi tunc rūderem: non satio recolo: sed post dies q̄nq; decubuit febrib⁹: et subtracta a sēntib⁹: tenebrimus: t post modicū reddita ē sensui: t intuēs nos ait: Ponetis hic matrē vestrā. Ego flebā: ꝑ fletum finiebā: frater autē meus lętus: q̄ nō pegre cōmouit: sed in patria cū viro sepeliri debebat. Quo audito: vultu turbato reuerberans cum oculis q̄ talia dixisset: ait: Ponite hic corpus meū: nūbiq; cura eius vos ꝓturbet. Rogo tamē vos: vt ad altare dñi meminerit mei vbi fuerit. Dño autez illud relatū dabit vbicūq; sepultū fuerit in nouissimo die.

¶ Relatio Galicti ꝺ ꝓpriōe: perseuerantia t quibusda dictis sancti Augustini. ¶ II

Agnus ille doctor t egregius augustinus: q̄ vere fuit norma t speculū in natura: dū esset annoꝝ. xxx. materno ꝺonibus t ambrosii ꝓdicationibus mediantib⁹ t fama antonii audita: ab omni hęresi purgatus ē: t apud liguriā italię aduenientib⁹ diebus paschalib⁹ baptizatus est. Et tūc exultat ligurię ecclia: pia eius mater gaudet: ambrosiū deuz laudat: augustinum iam ꝓfectū: t fideles omēs sibi tanq̄ cari fidelissimo de babylonica seruitute redempto: vna voce oēs applaudunt. Protinus in fide catholica ꝓfirmat⁹: spem oēm quā habebat in seculo dereliq̄t: t romanoꝝ t ligurienſiū scholas: t cuz euodio et alipio socijs: viro ꝓbatissimo solitario simpliciano se cōmiserunt: ubiq; cum ꝓdicto famosissimo viro apostolicā vitam tenere cęperūt: t simul cū multis erant habitantes in placito sctō. In dieb⁹ autez illis duz fama augustini crebrescceret apud oēs: ꝓgregatio fribus aut; dū in hac valle miserię sumus ꝓstituti: vtrū boni siue mali sim⁹ de nobis ꝓsumendū nō est: etiā q̄busq; ꝛrutibus cōfitemur dei gra nos ē omatos. Nam si q̄s nr̄m bū opat: bū tñ dicēdus nec ꝓdicēdus est: cum similes simus nauibus omnib⁹ bonis oneratis: de quibus tamen incertum est vtrum ad portum salutis peruenirit. Nunquid iudas in apostolatu optime incepit: t pessime finiuit t

Nunqd etiã paulus male incepit: t ñ vas electionis digne vocatus ẽt? Nolite obsecro laudare me: sed orate vt valeamus vsq; ad mortẽ pseuerare: qñ finẽ nñm de⁹ attedit.

¶ Ex Sigeberto in epla ad Macedonium de ortu: conuersione t vita sancti Augustini. III

Epe theodosij seniorio: augustinus vir acutissim⁹ nobilib⁹ carthaginensib⁹ ortus natalib⁹: venit romam: ibiq; scholas liberaliũ artium annis fere sex gloriose rexit. Deniq; medioḃanus venit: t dũ esset ãnor trigita t filiusq; eius ãnor octo: aduenientib⁹ diebus paschalibus: meritis mris t ꝓdicatiõe ambrosij: mater eius regenerauit augustinũ cũ filio deodato t multis alijs fere.ccc. Qui baptizat⁹ augustin⁹ mor ad virũ simplicianũ poerit: cuius nomẽ celeberrimũ apud fideles erat: q etiã habebat mansiolũ semotũ t a gentibus segatũ. Cũ q augustin⁹ fere p annũ cũ dimidio pmãsisse vidi t oculata fide ꝓbaui. Et qñ erãt i libertate ẽt viuentes: licet ꝓbatissimi viri cẽnt atq; plecti: tandẽ ex ꝓcepto tãti pris simpliciani: Augustin⁹ post inter eos instituit: vt vitã aplicã ẽo⁹ pariter tenerẽt: t nihil inter eos ꝓpriũ diceret. Cõpleto vo ãno: mẽse augustini instigante ad ꝓpria reuertit: t moritur mater augustini apud ostia tyberiana: Fili⁹ ãt apud carthaginẽ anno etatis sue.xxix. Cũ autẽ esset augustin⁹ cũ amicis in africa: meditabat in lege dñi die ac nocte: scribẽs libros: t docebat idoctos. Hoc ãt valeri⁹ hipponẽsis audiẽs ꝓ gaudio lachrymabat: t statim eũ ad se accersiri fecit: t domũ secretũ t remotũ a ciuitate augustino donauit. Ibiq; pius pat augustin⁹ cum cẽteris amicis t fribus in despecto habitu: t cũ incredibili hũilitate annis octo fuit. Deinde cũ indies ne cessariũ ferre nõ posset: duob⁹ fere miliariis a dicto loco secessit: t ad mõtes quẽdam altissimũ abiit: ad quẽ p viam valde arduã t pnosam aditus pẽt. Ibiq; augustinus habitationes ex lapidib⁹ cũctis ꝑstruxit: t sic beate fugiens habitabat. Ibiq; cõposuit libros ó medicis alijs: t ó vita monastica: ó innocẽtia iohannis baptiste t helie. Multi quidem ex fratrib⁹ intra septa t figuras monasterij receptacula sibi fecerant: et ibi ꝓpe pfectum augustinũ p iactũ balistę i ol scitate habitabãt. Erãt ãt fere.c.xxij. q sub obedientia augustini deo die viuebant: ola reputãtes esse cõia. Nimũ nemo nouerat: nisi qñ infirmitas cogeret: aut valerius epc⁹ sanctus ad eos visitãdos veniret. Cũ aũt appropinq̃ret festus pentecostes: petiõe epi valerius misit p augustino t inuitum ꝑsbyterũ ordinauit. Factus ꝑsbyt monasterij clericor instituit i domo epi: t infra annũ ibidẽ viuere cepit sm regulã aplicã: vt dixerat fecerat. Hoc aũt valerius epus fecit: q ipse greculus erat t indoct⁹: maxie in respondẽdo hereticis in cor errorib⁹: Ideo augustino epo ptitem plenã dedit ꝓdicãdi qñ opus necessariũ fuisset. Nã multi iam hereticis surrexerãt: pra qs deus augustinũ instituit t ordinauit.

¶ De obitu atq; cõmendatiõe sancti augustini. IIII

psit. Cu aūt verbis illi⁹ nō creditis
quō potestis mihi credere? Ad hęc ꝓ
posita nobis diuinꝰ ex ore lectoris: ꝙ mini-
sterio saluatoris: audite pauca nō numerā-
da: sed apetenda. Nam ista oia facile est in-
telligere de iudęis: Sed cauendū est ne cuz
illos nimis attendim⁹: a nobis oculos aufe
ramus. Discipulis em suis domin⁹ loqbat:
ꝛ vtiq; qđ eis loquebat: ꝛ nobis posteris lo
quebat. Neq; em ad illos ꝑtinet qđ ait: Ec- Matth.28.
ce ego vobiscū sum vsq; ad cōsummationē
seculi: sed ad oēs etiaz postea futuros chri-
stianos: ꝛ vsq; in finē seculi ꝓuenturos. Lo
quēs ꝙ illis ait: Cauete a fermēto pharisęo- Matth.16.
rū. Tunc putauerūt ideo dōm dixisse hoc:
qz panes non tulerāt: nō intellexerūt: qz ca-
uete a fermēto pharisęoꝝ: hoc dictū est: ca-
uete a doctrina pharisęoꝝ. Quę fuit doctri
na pharisęoꝝ nisi quā nō auditis? Gloriā
ab inuicē q̄rētes: gliā ab inuicē expectātes
ꝛ gloriā q̄ a solo deo est nō quęrētes. De dis
apulo paulus dicit ita: Testimoniū eis phi
beo: qz zelū dei habēt: ꝙ nō ſm scientiā. Ze- Ro.10.
lū inđt dei habēt: nouit: scio: apud illos fui:
talis fui. Zelū dei habēt: sed nō ſm scientiā.
Quid est hoc aple: Nō ſm scientiā? Expo-
ne nobis quā cōmēdeꝫ scientiā: quā doleas
in illis nō esse: ꝛ in nobis velis esse. Secut⁹
adiunxit: et qđ clausum posuerat aperuit.

Quid est: Telū dei habēt ꝙ nō fm scientiā? Ignorantes eī dei iusticiā ⁊ suam volētes ꝓstituere: iusticię dei nō sunt subiecti. Ignorare ergo dei iusticiā ⁊ suam velle constituere: hoc est ab inuicē gloriā expectare: et gloriā quę a solo deo est non requirere: Hoc est fermentū phariseorū. Ab hoc cauere dominus iubet. Si seruus iubet ⁊ domin⁹ iubet: caueamus ne audiamus. Et quid mihi dicitis: domine dñe: ⁊ nō facitis quę dico? Relinque ergo paululū iudęos: quibus dominus tunc loquebat. Fœlō sunt: audire noo nolūt. Ipsum euangelīū oderūt: falsa testimonia ī dsm ꝓcurauerūt vt damnarēt viuum: alia testimonia emerūt pecunia cōtra mortuum. Quādo eis dicimus: Credite in iesum: Respondent nobis. Jn hominē mortuū credituri sumus? Cum autē addimus:
Matth.28. Sed resurrexit: Respondēt: Absit. Discipuli eius furati sunt eum de sepulcro. Amant falsitatem iudei emptores ⁊ contemnūt veritatē domini redemptoris. Quid loquerīs iudęe: parētes tui pecunia emerūt: ⁊ hoc in te remansit: quod emerūt. Attende potius
B cū ꝙ emit te: nō qui mēdacīū emit tibi. Sz istos vt diximus relinquam⁹: istos attēdamus fratres nostros cum quibus agimus. Nam christus caput est ⁊ corpus. Caput in cęlo est: corp⁹ in terra est. Caput domin⁹ ē: corpus eius ecclesia est. Sed meministis di-
Eph.5. ctum: Erunt duo in carne vna. Sacramētū hoc magnū est ait apostol⁹: Ego autē dico in christo et in ecclesia. Si ergo duo sunt in carne vna: duo sunt in voce vna. Caput nostrū dñs christus locutus est ad iudęos ea ꝙ audiuimus cum euangelīū legerēt. Caput ad inimicos suos loquat: ⁊ corpus ad inimicos suos loquat: ⁊ corp⁹ id ē eccla ad inimicos suos nostis ad quos loquatur. Qui habet loqui: nō dixi de meo: vt vox vna sit: ḡa caro vna: vox vna. Hoc ergo illis dicamus. Hoc ecclesię loquor. O fratres: filij dispersi: oues errantes: rami ꝓcisi: quid mihi calūniamini? Quid me nō agnoscatis? Scrutamini scripturas in quibus vos putatis vitam ęternā habere: ipsę testimoniū ꝑhibent de me. Judęis dicat caput nostrū: qō vobis
Joh.7. corpus dicat. Quęretis me ⁊ nō me inuenietis. Quare? Quia nō scrutamini scripturas quę testimoniū ꝑhibent de me. Testimo-
Gal.5. niū ꝓ capite. Abrahę dictę sunt ꝓmissiones ⁊ semini eius. Non dicit: et seminib⁹ tanq̄ in multis: sed tanq̄ in vno: et semini tuo qō est christ⁹. Testimoniū ꝓ corpore ad abrahā: quod cōmemorauit apostolus. Abrahę dictę sunt ꝓmissiones: Vnuo ego dicit domin⁹ ꝙ Gen.12
menetipsum iuro: quia obaudisti voci meę ⁊ non pepercisti dilecto filio tuo ꝓpter me: nisi benedicēs benedicā te: ⁊ implendo implebo semen tuū sicut stellas cęli: ⁊ sicut arenā maris: ⁊ benedicent ī semine tuo oēs gentes terrę. Habes testimoniū pro capite: habeo pro corpe: Audi aliud breue: ⁊ ppe vna sententia complexū pro capite et ꝓ corpore. De resurrectione christi psalmus loquebat: Exaltare sup cęlos deus. Cōtinuo ꝓ corpo Ps.56
re: Et sup omnē terrā gloria tua. Audi testimoniū ꝓ capite: Foderunt manus meas et Ps.21
pedes meos: dinumerauerūt oia ossa mea. Ipsi vo considerauerūt et conspexerūt me: diuiserūt sibi vestimēta mea: et sup vestem meā miserunt sortē. Audi cōtinuo ꝓ corpore: post pauca verba: Cōmemorabunt ⁊ cōuertent ad dominū vniuersi fines terrę: Et adorabunt in cōspectu eius vniuersę patrię gentiū: Quīa domini est regnum: et ipse dominabit gentiū. Audi ꝓ capite. Et ipe tan- Ps.44
q̄ ꝫ spōsus ꝓcedens de thalamo suo. Jn ipo psalmo audi ꝓ corpore: Jn omnē terrā exi- Ps.18
uit sonus eorum: et in fines orbis terrę verba eorū. Hęc iudęis: ⁊ istis nostris. Quare? Quia istas scripturas veteris testamenti ⁊ iudęi accipiunt: ⁊ nostri ipsi accipiunt. Sed ipsum christū quem illi non accipiūt: videamus si isti accipiunt. Dicat ⁊ ipse: dicat et ꝓ se qui caput est: ⁊ ꝓ corpore suo qō est ecclesia: quia ⁊ in nobis caput loquit ꝓ corpore. Audi ꝓ capite: Resurrexit a mortuis: inue- Luc.24
nit discipulos hęsitātes: dubitātes ꝓ gaudio: non credentes: aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas: ⁊ dicit eis: Quia sic scriptū est: et sic oportebat christū pati et resurgere a mortuis die tertio. Habes ꝓ capite: dicat ⁊ ꝓ corpore. Et ꝓdicari in nomine eius pœnitentiā ⁊ remissionē peccatorū per oēs gentes: incipientibus ab hierusalē. Dicat ergo ecclesia inimicis suis: dicat. Dicit plane non tacet: sed si illi audiant. Fratres audisti testimonia: iam noscite me. Scru- Joh.5.
tamini scripturas in quib⁹ vos speratis vitam ęternā habere: ipsę testimoniū ꝑhibent de me. Quę dixi nō sunt de meo: sed de domini mei: et tamen adhuc auersamini: adhuc tergiuersamini. Quomō potestis mihi credere gloriam ab inuicem expectantes: et gloriā quę a solo deo ē nō ꝙrentes: q⁹ igno-

10. tatis dei iusticiā? Deū dei habentis: ꝑ nō fm
scientiā. Ignorātes eñ dei iusticiā t vestrā
volētes cōstituere: iusticię dei nō estis subie
cti. Quid ē aliud ignorare dei iusticiā et suā
velle cōstituere: nisi dicere: Ego sanctifico:
ego iustifico: qđ ego dedero sanctū est: Di-
mitte deo qđ dei est: Agnosce homo qđ do-
minis est. Ignorao dei iusticiā: t tuā vis cō
stituere. Iustificare me vis: sufficit tibi vt
mecū iustificeris. De antichristo dictū est: t
Joh.5. oēs sic intelligūt qđ ait dominꝰ: Ego veni
in nole pris mei t nō suscepistis me: si alius
venerit in nole suo hūc suscipietis. Sed au-
Joh.2. diamꝰ t iohannē. Audistī qz venit antixpō:
t nūc antichristi multi facti sunt. Quid aūt
erpauescamꝰ in antichristo: nisi qz nomē suū
honoratꝰ t nomē dñi nēgatur? Quid ali
ud facit q dic: Ego iustifico? Rūdet ei: Ego
ad christū veni: nō pedibus sed corde veni.
Ubi euāgeliū audiui: ibi credidi: i deū cre-
didi. Et ille: Nō es mūdus. Quare? qz non
ibi fui. Dic quare nō sum mūdatus: hō qui
baptizatꝰ fuī in bierim: hō qui baptizatꝰ fuī:
Verbi gra: apud epheliosꝫ ad ꝙs data epla
legio: t quoꝝ pacē spernis? Ecce ad epheſ
os scripſit apls⁹. Fundata est eccla: manet
vsq nūc: t vberius manet: multiplicatꝰ ma-
Gal.1. net: tenet qđ accepit ab apło. Si ꝙs annū
ciauerit vobis ꝑter ꝙs qđ accepistis: anathe
ma sit. Quid ergo? Quid dicis mihi mūdꝰ
nō fuꝰ? Ubi baptizatus mūdus nō fuī? Etiā
nō es. Quare? Quia ego ibi non fui. Sed q
vbiq est ibi fuī: in cuius nomē credidi. Tu
nescio vnde veniēs: imo nō veniēs: sed va-
lens vt ego ad te veniā: hic positꝰ dicis mi-
hi: Nō es recte baptizatꝰ: qz ego ibi nō fui.
Unde quis ibi fuit. Quid dictū est iohānī?
Joh.1. Sup quē videris spīm descendentē quasi co
lumbā: hic est q baptizat. Ipsum habeo q̄-
rentē te: Immo qz mihi ab ipso baptizato
inuidistī: nōm ꝓdidisti. Intelligite ꝙ fratres
mei vocē nostrā t illoꝝ: t videte qđ eligat.
Nos hoc eleganter dicimꝰ. Simus sancti:
deus fit: Simus iniqui: et hoc magis ipse
fit. Nos in nobis spem non ponatis: qua-
tescūq simus. Si boni sumus: facite quod
1.Cor.4. scriptū ē: Imitatores mei estote: sicut t ego
christi. Si autem mali sumus: nec sic deseri
estis: nec sic sine cōsilio remansistis. Audite
dicentē: Quę dicunt facite: quę aūt faciunt
facere nolite. Illi aūt cōtra: Nisi boni fueri
Matth.23. mus peristis. Ecce est alius qui veniet i no-
mine suo. Ergo vita mea ex te pendebit: et
salus mea ex te relagabit? Ita ne oblitus sū
fundamentū meū? Nōne petra erat christꝰ? 1.Cor.10.
Nōne qui ędificat supra petram: ipsum nō Matth.7.
deiecit ventus: pluuia: flumia? Veni ꝙ me-
cū si vis sup terrā: t noli mihi cē velle ꝑ pe-
tra. Dicat ergo t nouissimū illud eccla: Si Joh.5.
crederetis moysi: crederetis et mihi. De me
enim ille scripſit: qz corpus suꝫ eius de quo
scripſit. Et de eccla moysen scripſit. Nam
moysi verba dixi: In semie tuo benedicent Gen.22.
oēs gentes. Moysen hoc in pmo libro scri-
pſit. Si crederetis moysi: crederetis vtiq et
christo. Quia moysi verba cōtemnitis: ne-
cesse est vt christi verba cōtemnatis. Habēt
ibi inclt moysen t ꝓphetas. Nō pat abrahā: Luc.16.
si quis a mortuis venerit: ipsum audiēt. Et
ille: Si moysen t ꝓphetas non audiūt: nec
sicꝫ a mortuis resurrexerit: credent. Hoc de
iudęis dictū est: Ergo nō dictū de hereticis?
A mortuis resurrexerat qui dicebat: Opor- Luc.24.
tebat christū pati: t resurgere a mortuis ter-
tio die. Hoc credo. Credo inquit: Credis.
Quare non credis qđ sequit? Quia credis:
Oportebat christū pati et resurgere die ter-
tio a mortuis? Hoc dictuꝫ est de capite: cre-
de quod sequit de ecclesia: Prędicari in no-
mine eius pēnitentiā t remissionē peccato-
rū ꝓ oīs gentes. Quare credis de capite t
nō credis de corpe? Quid tibi fecit eccla vt
eā velis ꝺ̄dāmō decollare? Tollere vis eccle
caput: et capiti credere: corpus relinq̄re: q̄si
cranium corpꝭ. Sine causa capiti: quasi fa-
mulus deuotus blandiris. Qui decollare
vult: t caput t corpus conat occidere. Eru-
bescunt negare christū: t non erubescūt ne-
gare verba christi. Christū nec nos vidimꝰ
oculis nec vos. Judęi viderūt t occiderūt.
Nos nō vidimus t credidimus: verba ipi⁹
nobiscū sunt. Comparate vos iudęis. Illi
contempserūt pendentē in ligno: vos con-
temnitis sedentē in cęlo. Illis suggerēbꝭ
stent nrulus christi: vobis stannbꝭ delectat
baptismꝰ christi. Sed qđ restat fratres: nisi
oremus t ꝓ superbis: oremus t ꝓ elatis: qui
se sic extollunt? Dicamꝰ ꝓ illis deo: Cognos-
cant: qz tibi nomē dñs t nō homines: sed nr
solus altissimus sup omnē terrā.

De eo qđ scriptū est in euangelio
fm eūdē: Qui mā ducat carnē meā
t bibit sanguinē meū ꝛc. Ser XLVI

Jaut audiuim⁹ cū sanctū euangeliū legerek: dñs iesus christ⁹ exhortat⁹ ē pmissiōe vitę ęternę ad mādūcādā carnē suā: ⁊ bibendū sanguinē suū. Qui audistis hęc: nōdū oēs intelleristis. Qui enim baptizati et fideles estis: qd dixerit nostis. Qui aūt inē vos adhuc catheumini vel audiētes vocank: potuerūt eē cū legerek audientes: nūquid ⁊ intelligentes? Ergo sermo noster ad vtrosq; dirigik. Qui iam manducant carnē dñi ⁊ bibūt sanguinē ei⁹: cogitēt quid māducent ⁊ qd bibant: ne sicut aplus dixit: Judiciū sibi māducent et bibāt. Qui aūt nōdū māducant ⁊ nondū bibūt: ad tales epulas inuitati festinēt. Per istos dies magistrati pascūt: christ⁹ quotidie pascit: mēsa ipi⁹ ē illa i medio cōstituta. Quid cauę est O audientes vt mēsam videatis: ⁊ ad epulas nō accedatis? Et forte mō cū euāgelū legerek: dixistis in cordib⁹ vris: Putam⁹ quid ē qđ dicit: Caro mea vere esca ē: ⁊ sanguis me⁹ vere potus est. Quō māducak caro dñi ⁊ bibit sanguis dñi? Putam⁹ qd dicit? Quis ꝺ te clausit vt hoc nesciaos? Delatū ē. Sꝛ si volueris: erit revelatū. Accede ad pfessionem: ⁊ soluisti quęstionē. Quid eñ dixit dñs iesus: iam fideles nouerūt. Tu aūt catheumin⁹ diceris: audiēs et surdus es. Aures eñ corporis patentes habeo: quia verba quę dicta sunt audis: Sed aures cordis adhuc clausas habes: q; qđ dicū est nō intelligis. Disputo nō dissero. Ecce palcha ē: da nomē ad baptismū. Si nō te excitat festinitas: ducat ipa asperitas: vt sicas qd dictū sit: Qui māducat carnē meā et bibit sanguinē meum: in me manet ⁊ ego in illo. Vt scias qd dictū sit: pulsa ⁊ aperiet tibi. Et vt tibi dico: pulsa ⁊ aperiet tibi: ita et ego pulso: aperi mihi. Auribus pſono: ⁊ ad pectus pulso. Sed si catheumini exhortādi sunt frēs mei: vt ad tātā gratiā regenerationis accedere nō morenk: quāta nobis cura esse debet i ędificādis fidelib⁹ vt pſit eis qđ accedūt: non sibi tales epulas in iudiciū māducent ⁊ bibāt? Vt aūt nō iudiciū manducent ⁊ bibant: bene iuuant. Exhortatores estote nō sermonib⁹: sed morib⁹ vris: vt illi q nō sūt baptizati: sic vos sequi festinēt vt nō pereant imitando vos. Qui cōiugati estis: fidē thori seruate cōiugib⁹ vris. Reddite qđ exigitis. Vir a fęmia exigio castitatē: ꝺ hoc illi exemplū nō verbū. Tu es caput: qua is vide. Hac eñ debes ire: qua illi nō sit periculosū sequi: Immo tuipe q̄ vis eā sequi: illuc debes ambulare. Ab imbecillioꝛ sexu exigis fortitudinē: carnis ꝛcupiscentiā ambo habetis: Qui fortior est prior vincat. Et tamē qđ dolendū est: multi viri a fęmis vincunk. Seruāt fęmię castitatē quā viri fuare nolūt: ⁊ in eo qđ nō seruant se viros videri volūt: q̄si ꝓpterea sit fortior sex⁹: vt eū facilius subiuget inimicus. Lucta est: ꝑlium est: pugna est. Vir fortior: fęmina: vir caput est fęminę. Fęmia pugnat ⁊ vincit: tu dolsti ibi cubio? Stat corpus: ⁊ caput iacet. Qui aūt vxores nondū habetis: ⁊ vos ad mensā dñicā iā accedtis ⁊ carnē christi māducatis ⁊ sanguinē bibitis: si ducturi estis vxores seruate vos vxoribꝰ vris. Quales eas vultis ad vos venire: tales ⁊ vos debēt ipse inuenire. Quis iuuenis ē q nō castā velit ducere vxorē? Et si acceptur⁹ ē virginē: q̄s nō intactā desideret? Intactā ḡnis: intact⁹ esto. Purā ḡnis: noli eē impur⁹. Non eñ illa pōt: ⁊ tu nō potes. Si fieri ſ possit: nec illa possit. Quia vo illa pōt: doceat te q; fieri pōt. Et illa vt possit: de⁹ regit. Sꝛ tu gliosꝰ eris: si feceris. Quare gliosꝰ? Illā ḡmit parētū custodia: refrenat infirmionis sex⁹ ipa verecūdia. Postremo legeo timet quas tu non times. Jdeo ḡ gliosꝰ eris si feceris: q; tu si feceris deū timeo. Habet illa multa q̄ timeat ꝑter deū: tu solum deū timeo. Sꝛ tu quę times: maior est omib⁹. Jpe timēdus ē in publico: ipe in secreto. Procedis: videris: intras: videris. Lucerna ardet: videt te: lucerna extincta est: videt te. In cubile intras: videt te. In corde versaris: videt te. Jpm time: illā cui cura est vt videat te: ⁊ vel timendo casta esto. Aut si peccare vis: quere vbi te nō videat: ⁊ fac qđ vis. Qui vo iam vouist: corpus artius castitate: et cōcupiscētię frenos nec ad ipa q̄ pmissa sunt patiamini relaxare vt nō solū a cōcubitu illicito diuertatis: sed etiā licitū cōtemnatis aspectū. Abemētote i quocūq; seru sitis: siue mares siue fęmię: angelos vitā ducere vos i terra. Angeli eñ nō nubūt: neq; vxores ducūt. Hoc erimus cū resurrexerim⁹. Quāto vos meliores: qui id qđ erūt homines post resurrectionē: hoc vos incipitis eē añ mortē? Seruate grad⁹ vros: suat eñ de⁹ honores vros. Lōpata ē resurrectio mortuoꝝ: stellis i celo ꝓmutuł. Stella eñ ab stella differt i glia: vt aplus dic: Sic ⁊

resurrectio mortuoꝝ. Aliter ibi lucebit virginitas: aliꝫ ibi lucebit castitas cōiugalis: aliꝫ ibi lucebit sancta viduitas. Diuersę lucebūt: ꝑ oēs ibi erūt. Splendor: dispar: eędē cōmune. Cogitātes ḡ gradꝰ vr̄os: seruātes t̄ pfessiōez vr̄am: accedite ad carnē dñi: accedite ad sāguinē dñi. Qui se scit aliꝫ eē: nō accedat. Cōpūgimini magis sermone meo. Cōgratulanꝫ eīs q̄ scīūt seruare cōiugiꝰ qō a cōiugiꝰ exigūt: qui sciūt seruare oīmodo cōtinētiā si hāc deo vouerūt. Quia vō audīūt dicentē me: Quicūq; nō seruauit castitatē: nolite accedere ad illā panē: ꝓtristant. Et ego nollē hoc dicere. Sz q̄d facio? Timebo hoīem: t̄ tacea vēritatē? Ergo si illi serui ñ timēt deū: etiā ego nō timeā: q̄si nō sciā deū esse? Serue nequā t̄ piger: tu dares t̄ ego exigerē. Ecce dedi tibi deus meꝰ: ecce in cōspectu tuo t̄ angelorꝝ tuorꝝ: t̄ i cōspectu ipi⁹ plebis tuę erogauī pecuniā tuā. Timeo eīs iudiciū tuū. Ego dedi: tu exige: Et si nō dicā: factur⁹ es. Ergo hoc poti⁹ dico: Ego dedi tu cōuerte: tu parce. Hāc pudicos q̄ fuerunt impudici: vt simul in tuo ꝓspectu cū iudicij venerint gaudeam⁹: t̄ q̄ erogauit t̄ cui erogatū est. Placet hoc? Placeat. Quicūq; impudica est: corrigite vos dū vīmus. Ego eīs verbū dei loqui possū: impudicos aūt i nequitia pseuerantes: de iudicio dei t̄ damnatiōe liberare non possum.

De muliere deprehensa in adulterio: In euangelio sm eūdem. Sermo XLVII

Eminit charitas vr̄a sermone pstino: ex occasiōe lectiōis euāgelij locutos nos esse vobis de spūsancto. Ad hūc potandū eū dīs inuitasset credētes in se: loquēdo int eos q̄ illū tenere cogitabāt t̄ interficere cupiebāt nec valebāt q: ille nolebat. Cū ḡ hęc locut⁹ esset: nata ē de illo in turba dissēsio: aliis putātib⁹ q̄d ipe eēt christus: aliis dicētib⁹: q: de galilea nō erurget christ⁹. Qui vō missi fuerāt vt eū tenerēt: redierūt imunes a crimie: t̄ pleni admiratiōe. Rā t̄ testimoniū phibuerūt diuinę doctrinę cū dicerēt: a q̄bus missi erāt: Quare nō adduxistis eum? Rūderūt eīs nūq̄ sic hoīem ista locutū. Non eīs quisq̄ sic loquit hō. Ille aūt sic locut⁹ est: q: deus erat t̄ hō. Tamē pharisei testimoniū eoꝝ repellētes: dixerūt eis: Nūquid t̄ vos seducti estis? Videm⁹ eīs delectatos vos eē sermonib⁹ illi⁹. Nūquid alīq̄s de pncipib⁹ credidit in eum: aut ex pharisęis? Sed turba hęc q̄ nō nouit legē: maledicta ē. Qui nō nouerāt legē: ipi credebāt in eū q̄ miserat legē: t̄ eū qui miserat legē cōtemnebāt illi q̄ docebant legem: vt implerētur quod dixerat ipse dominus: Ego veni vt nō videntes videant: t̄ videntes cęci fiāt. Cęci eīs facti sunt pharisęi docentes: illuminati sunt pūli legē nesciētes et inauctorē legis credētes. Nicodem⁹ tñ vn⁹ ex pharisęis q̄ ad dīm nocte venerat: t̄ ipe qui dē nō credul⁹ ꝑ timidus: nā t̄ nocte venerat ad lumē: q: illuminari volebat: et scīri timebat: rūdit: Nūq̄d t̄ lex nostra iudicat quēq̄ hominē: nisi audierit ab ipo pus: t̄ cognouerit quid faciat? Volebāt illi puerę ante esse dānatores q̄ cognitores. Sciebat eīs nicodemus vel potius credebat: q: si tīmō vellent eū patiēter audire: forte silēs fierēt illis q̄ missi sunt tenere et maluerūt credere. Illi rūderūt ꝓiudicio cordis sui: q̄s t̄ illis: Nūquid t̄ tu galilē⁹ es: id est quasi a galileo seductus? Dīs eīs galilē⁹ dicebat: qui de nazareth ciuitate erāt parētes ei⁹. Scōm mariā dixi parēteo: nō ex virile semē. Non eīs q̄ fluit in terra patrē: q: iā habebat desuper patrē. Raz vtraq; eius natiuitas mirabilis fuit: diuina sine mē: hūana sine pre. Quid ḡ illi q̄si legis doctores ad nicodemū? Scrutare t̄ vide: q: ꝓpheta a galilea nō surget: ꝑ dīs ppbax inde surrexit. Reuersus est: inde euāgelista: vnusq̄sq; i domū suā. Inde perrexit iesus in montē: In montē aūt oliueti: in montē fructuosum: in montē vnguēti: in montē chrismatis. Ibi eīs docebat docere christū: nisi in monte oliueti? Christi eīs nomē a chrismate dictū ē. Chrisma aūt grece: latine vnctio nūcupat. Ideo nos vnxit: da lucratores cōtra diabolū fecit. Et diluculo iterum venit in templū: t̄ ois pūls venit ad eū: t̄ sedēs docebat eos: t̄ nō tenebat: quia nō pati dignabat. Hūc etiā attēdite vbi ab inimicis tēptata sit dīni māsuetudo. **Adducūt aūt illi scribe t̄ pharisei mulierē i adulterio deprehensā t̄ statuerūt eā i medio et dixerūt ei: Magister: hec mulier mō deprehensa est i adulterio. In lege aūt moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare: Tu ergo quid dicis? Hec dicebant tentātes vt possent accusare eū. Vnde accusare?** Nūquid ipm i aliquo facinore deprehēderāt:

aut illa mlier ad eū aliqū ptinuisse dicebat? Quid est g temptātes vt accusarēt eū? Intelligim⁹ frēs admirabilem māsuetudinē in dño ꝓmonuisse: animaduerterūt eū nimiū esse mitem: nimiū mansuetū. De illo quippe
Ps.44. fuerat ante ꝓdictum: Accingere gladio tuo circa femur tuū potentissime. Specie tua et pulchritudine tua: intēde ꝓspere ꝓcede t regna. Ꝓpter veritatē et māsuetudinē t iustitiā. Ergo attulit veritatē vt doceret: mansuetudinē vt liberaret: iustitiā vt cognosceret. Ꝓpter hęc eū esse regnaturū in spūsancto ꝓphēta ꝓdixerat: Cū loqbat veritas agnoscebat: cū aduersus inimicos non moueret māsuetudo laudabat. Cū g de duob⁹ istis: id est de veritate t māsuetudine eius inimici liuore t inuidia torquerent: in tertio: id est
Leuit.20. iustitia scandalū posuerunt. Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidari: t vtiq; qō ꝙ iustū erat lex iubere nō poterat. Sed siquis aliter diceret q̄ lex iusserat: iniustus deprehēderet. Dixerunt g apud semetipsos: Verax putat: māsuetus videt: de iustitia illi ꝓrenda calūnia est. Offeram⁹ ei mulierē in adulterio deprehensā: dicam⁹ de illa qđ i lege scriptū est. Si eam iusserit lapidari: māsuetudinē nō habet. Si eā dimitti cēsuerit: iustitiā nō tenebit. Vt aūt māsuetudinem inquirūt nō pdat: in q̄ ipsio iā amabilis fact⁹ est: sine dubio dimitti eā iubebit. Hinc nos inuenie⁹ occasionē accusandi: t reū faciem⁹ tanq̄ legis ꝓuaricatorē dicētes ei: Hostis es legi: cōtra moysen respondeo: imo ꝓtra eū qui p moysen dedit legē: Reus es mortis: cū illa t tu ipse lapidandus. Posset hoc verbo atq; sententijs inflāmari inuidia: feruere accusatio: flagitari damnatio. Sz cui hęc? Peruersitas rectitudini: falsitas veritati: curuū directo: stultitia sapiētię? Oñ illi laqueos pararent: in quos nō ipsi ꝓpus caput ejicerent? Nō est captus cui ipi tendebāt: sed potiꝰ capti sunt q̄ tendebāt: qi nō crediderūt in eū q̄ eos posset de laqꝫ eruere. Ecce dñs i respōdēdo t iustitiā seruatur⁹ ē: t a māsuetudie nō ē recessur⁹. Quid ergo rīdit dñs iesus? Quid rīdit veritas? Quid rīdit sapientia? Quid rīdit ipa cui calūnia parabat iustitia? Nō dixit: nō lapidet: ne ꝛ legē dicere videret. Ab-
Luc.19. sit aūt vt diceret: lapidet. Venit ergo nō perdere qō inuenerat: sed quęrere qō perierat. Quid g respōdit? Videte q̄ plen⁹ ē iustitia:
L plen⁹ mansuetudine t veritate. Qui sine peccato ē vr̄m inqt: ꝓr i illā lapidē mittat. O risus sapiētię: quō eos intromisit i se. Forte ergo calūniabant: seipos intrinsecus nō ꝑscrutabant. Adulterā videbāt: se nō respiciebāt. Ꝓuaricatores legi legē implere cupiebant: t hoc calūniando nō vere tanq̄ adulteria castitate dānādo. Audistis iudęi: audistis pharisęi: audistis legis doctores: legis custodes: sed nōdū intellexistis legislatorē. Quid aliud vobis significat: cum digito scribit in terrā? Digito ergo dei lex scripta est. Hūc dñs i terra scribebat: qi fructū reqrebat. Audistis g: impleat lex: lapidetur adultera. Sz nūquid qi punīda est: lex implēda est a punīdis? Cōsideret se vnusq̄sq; vestrū: intret in semetipm: ascēdat tribunal mētis suę: ꝓstituat se ante cogitationē suā: cogitet se consiteri. Scit ergo qui sit: qi nemo 1.Co
scit hoim q̄ sunt hominis nisi spūs hominis qui in ipso est. Unusq̄sq; in se intēdens: peccatorē se inuenit. Ita plane. Ergo aut istā dimittite: aut simul cū illa legis pnā excipite. Si diceret: lapidet: māsuet⁹ nō videret. Dicit qō dicere debet: t māsuet⁹ t iustus: Qui sine peccato ē vr̄m: ꝓr i illā lapidē mittat. Hęc vox iustitię est: Puniat peccatrix: ꝙ nō a peccatorib⁹. Impleat lex: sed nō a ꝙuaricatorib⁹ legis. Hęc vox oīno iustitię est: qua iustitia illi tanq̄ trabali telo ꝓcussi se inspiciētes: t reos se inuenientes: vnus post vnū oēs recesserūt. Relicti sunt duo: misera t misericordia. Dñs aūt cū eos telo iustitię percussisset: nec dignat⁹ ē cedētes attendere: ꝙ auerso ab eis obtutu rursus scribebat in terra. Relicta aūt illa sola muliere oibusq; abeuntib⁹: leuauit oculos suos ad mlierē. Audiuim⁹ vocē iustitię: audiam⁹ t māsuetudinis. Pl⁹ enī credo trita erat illa mlier cū audisset a dño dictū: Qui sine peccato ē vr̄m: ꝓr in illā lapidē mittat. Illi enī attēdētes t ipo abscessu ꝓcessit: derelicta mulierē cū magno peccato: ei q̄ erat sine peccato. Et qi illa ꝺ audierat: Qui sine pcō ē vr̄m: ꝓr in illā lapidē mittat: ab illo se punīdā sperabat: i q̄ peccatū inueniri nō poterat. Ille aūt q̄ aduersarios ei⁹ repulerat lingua iustitię: leuāo i eā oculos māsuetudinis interrogauit eā: Nemo te cōdemnauit? Respōdit illa. Nemine. Et ille: Nec ego te cōdemnabo: a quo forte damnari timuisti: qi i me pctm nō inueniſti. Nec ego te cōdemnabo. Quid ē dñe? Faueo g peccatis?

Nō plane ita. Antēde quod sequit: Vade deinceps iam noli peccare. Ergo t dominus damnauit: sed peccatuz non dominē. Si aūt peccatoz fautor esset: diceret: Nec ego te damnabo: vade viue vt vis: de mea liberatione esto secura: ego te quantūcūq peccaueris ab oni pena: etiā a gehenne t inferni tortorib⁹ liberabo. Nō dixit ū.

D Intēdant q qui amāt in dño mānsuetudinē: .124. t timeāt veritatē. Eteni dulcis t rect⁹ dñs. Amas q dulcis ē: time q rectus est. Tanq̄ .41. māsuetus dixit: Tacui: sed tanq̄ iust⁹: Nū .102. quid semp tacebo? Misericors t miserator dñs. Ita plane. Adhuc adde: Longanimis. Adde adhuc: Et multū misericors. Sz time qō ē in nouissimo: Et verax. Qō eīn modo sustinet peccātes: iudicatur⁹ ē cōtemnētes. .10.1. An diuitias lōganimitatis eius cōtemnis? Ignoras q: patiētia dei ad pnitētiā te adducit? Tu aūt fm duriciā cordis tui t cor impnitēs thesaurizas tibi irā in die ire t reuelatiōis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiq .101. iuxta opa sua. Mānsuetus dñs: longanimis dñs: misericors dñs: sed t iust⁹ dñs t verax dñs. Largitur tibi spaciū correctiōis: sed tu plus amas dilationē q emēdationē. Mal⁹ fuisti heri: hodie bon⁹ esto. Et hodiernū die in malicia pegisti: vel cras mutare. Sz expe cras: t de misericordia dei tibi plurimū polliceris: ḡsi ille qui tibi p pnitētiā pmisit sa- .7.27. lutē: pmisit nibi etiā longā vitā. Unde scis quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo: qñ me conuertero: de⁹ mihi omnia peccata dimittit. Regare non possumus q correctis atq̄ cōuersis indulgentiā de⁹ pmisit. Nā in q ppba mihi legis: q: pmisit de⁹ correcto indulgentiā: nō mihi legis q: promisit tibi longā vitā. Et vtroq̄ igit homines piclitant: sperando t desperādo ptranso rebus. Sperādo decipit q dicit: Bon⁹ ē de⁹: misericors ē de⁹: faciā qō mihi placet: quod liber: laxem habenas cupiditanb⁹ meis: impleam desideria aiē meē. Quare hoc? Quia misericors ē deus: māsuetus est deus. Spe ilti piclitant. Desperatiōe aūt qui cū incidērunt in grauia peccata: putātes sibi iam nō posse ignosci pnitētibus: et statuētes se ad damnationē sine dubio destinatos: dicunt apud seipsos: Jā damnati sum⁹: quare nō qō volum⁹ facim⁹? animo gladiatorū ferro destinatoz. Ideo molesti sūt desperati. Jā eīn qō timeāt nō habent: t vehemēter timēdi sunt. Istos desperatio necat: illos spes. Inter spem t desperationē ḡstuat aia. Metuendū est ne te occidat spes: t cum multuz speras de misericordia: incidas in iudiciuz. Metuendū est rursus ne te occidat desperatio: t cū putas iā nō tibi ignosci quē grauia cōmisisti: nō agas pnitentiā: t incurras iudicem sapientiā: quē dicit: Et ego vēē pditioni sup eidebo. Quid ḡ egit deus cū piclitātibus vtroq̄ morbo? Illio qui spe piclitanb⁹ dicit: Ne tardeo cōuerti ad deū: neq̄ differas de die i die. Subito eīn veniet ira ei⁹: t i tēpore vindictē dispdet te. Illis q desperatiōe piclitanb⁹ quid dicit? In quacūq̄ die iniquus cōuersus fuerit: oēs iniq̄tates eius obliuiscar. Propter illos q desperatiōe periclitanb⁹: pposuit indulgētiē pōtū. Propter illos qui spe piclitanb⁹ t dilatiōib⁹ illudunb⁹: fecit deus diem mortis incertū. Qñ veniat vltim⁹ dies nescis. Ingratus es: q hodiernū habes: in quo corrigarie? Sic ḡ ad istam mulierē: Nec ego te cōdēnabo. Sz facta secura de pterito: caue futura. Deleui qō cōmisisti: obserua qō ḡcepi vt inueniās quod promisi.

Proue. 1.

Eccl. 5.

Ezech. 18.

Joh. 8.

De eo qō scriptum est in euangelio fm eūdem: Si māseritis in verbo meo: vere discipuli mei eritis. Sermo XLVIII

A Nquit charitas vra omnes nos vnū magistrū habere: t sub illo condiscipulos esse. Nec ideo magistri sum⁹: qz de loco sup ore loq̄mur vobis: sed mgr ē oim q habitat i nob⁹ oīb⁹. Ipe mō in euāgelio nobis oīb⁹ loq̄bat: et dicebat nobis: qō etiā ego dico vobis. Dicit aūt ille de vobis t nobis t nob: Si māseritis in vbo meo: nō vtiq̄ i meo q mō loquor: ḡ in ei⁹ q mō i euāgelio loq̄bat: Si māseritis i vbo meo vēē: vere discipuli mei eritis. Ad discipulū est parū accedere: ḡ manere. Nō ḡ ait: Si audieritis verbū meū: aut si accesseritis ad verbū meū: aut si laudaueritis verbum meū. Sed videte quid dixerit: Si māseritis in verbo meo: vere discipuli mei eritis: t cognoscetis veritatē: t veritas liberabit vos. Quid dixim⁹ fratres? Manere in verbo dei: labor est an non est? Si labor est: attende magnum pmiū. Si labor nō est: gratis accipis pmiū. Manemus ergo i eo qui manet in nobis. Nos si non manserimus in illo: cademus.

Joh. 8.

Ille autē si in nobis non mānserit: non ideo domū perdidit. Potuit ille manere in se: qui nunc̄ deserit se. Absit aūt ab homie vt maneat in se: qui perdit se. Ergo nos in illo manemus indigentia: ipse in nobis manet misericordia. Jam ḡ si ꝓpositū est quod facere debeamus: quid accepturi sum⁹ videamus. Indixit enī opus: t ꝓmisit mercedē. Quod est opus? Si mānseris in verbo meo. Breue opus. Verbū breue: magnū opere: Si mānseritis. Quid est si manseritis? Si in petra ędificaueritis. O q̄s magnū est fratres hoc:
Matth.7. sup̄ petrā ędificare q̄s magnū est. Venerūt flumia: flauerūt venti: descenderūt imbres t impegerūt in domū illā t nō cecidit: fundata enī erat supra petrā. Quid est ergo in verbo dei manere: nisi nullis temptatiōib⁹ cedere? Pręmiū quid est? Cognoscetis veritatem: t veritas liberabit vos. Cōpatimini nobis: q: vocē meā sentitis obtunsam. Adiuuate me tranquillitate. O ḡmiū. Cognoscetis veritatez. Forte aliquis diceret: et qđ
Joh.8. mihi ꝓdest cognoscere veritatē? Et veritas liberabit vos. Si nō delectat veritas: delectet libertas. In cōsuetudine latinę linguę liberari duob⁹ modis dicit. Et maxime i eo cōsueuim⁹ audire hoc verbū: vt quicūq; liberat: intelligat periculū euadere: molestiā carere. Liberari autez ꝓprie dicit liberū fieri: Quō saluari saluū fieri: sanari sanū fieri: sic liberari liberū fieri. Ideo dixi: Si nō delectat veritas: delectet libertas. Hoc in greca lingua euidēnus sonat: nec potest aliter intelligi. Et vt noueritis qa aliter intelligi nō potest: loquente dño: respōderūt iudei: Nos nemini seruiuimus vnq̄: quō dicis: veritas liberabit vos? Id est veritas liberos vos facit. Quō dicis eis q nemini vnq̄ seruiuim⁹: quos videz inquit non habere seruitutis necessitatē: quō eis polliceris libertatē? Audierūt q̄ debuerūt: sed nō fecerūt q̄ debuerūt. Quid audierūt? Quia dixit: Veritas liberabit vos. Attēdistis vos q: nō seruitis homini: t dixistis: Nemini seruiuimus vnq̄. Quis iudęus t grecus: diues t paup: honorat⁹ t ꝓuatus: impator: t mendicus: quis qui facit peccatū: seruus est peccati. Quis inquit qui facit peccatū: seruus ē peccati. Si agnoscant homies seruitutē: videbunt vnde accipiūt libertatē. Ingenuus est aliquis: captuak a barbaris: ex ingenuo factus est seruus. Audit hō miserator: cōsiderat se habere pecuniā: fit redēptor: pergit ad barbaros: dat pecuniā: redimit hominē. Plane redidit libertatē: si abstulit iniquitatē. Sed q̄s abstulit iniq̄tatē? Homo homi? Ille q̄ seruiebat apud barbaros: a redēptore suo redēptus est. Et multū interest inē redemptorē t redemptū: tamē sub dña iniquitate forte cōserui sunt. Interrogo redēptorem: habes peccatū? Habeo inq̄t. Ergo nec tu te iactes redemptū: nec tu te extollas redemptorē: fugite ambo ad verū liberatorē. Parū est: q: sub peccato sunt: serui dicti sūt t mortui dicunt. Qō timet homo ne faciat illis captiuitatē: iam illi fecit iniq̄tatē. Quid enī: q: vident viuere? Nūquid ideo errauit ille q̄ dixit: Dimitte mortuos sepelire mor-
Mat. tuos suos? Ergo mortui oēs ꝑ peccato: serui mortui: seruiēdo mortui: moriendo serui.
Joh. Quis ḡ liberat a morte et a seruitute: nisi in mortuis liber? Quis est i mortuis liber: nisi
Jo. i. si inter peccatores sine peccato? Ecce venit
Joh. ꝓnceps mūdi: ipse dicit redēptor nr̄: liberator nr̄: Ecce venit ꝓnceps mūdi: t i me nihil inueniet. Tenet q̄s decepit: quos seduxit: q̄b⁹ peccatū mortēq; ꝑsuasit: in me nihil inueniet. Veni dñe redēptor: veni: Agnoscat te captiu⁹: fugiat te captiuator: tu esto mihi liberator. Ille me ꝓditū inuenit: in quo diabolus nihil inuenit q̄ caro agit. Inuenit carnē in illo ꝓnceps hui⁹ mūdi? Inuenit. Et qualē carnē? Mortalem: quā possit tenere: quā possit crucifigere: quā possit occidere. Erras deceptor: non fallit redēptor. Erras. Videos i dño carnē mortalē: nō est caro peccati: similitudo est carnis peccati. Misit enī
Ro. 1 deus filiū suū in similitudinē carnis peccati. Vera caro: mortalis caro: sed nō peccati caro. Misit enī deus filiū suū in similitudinē carnis peccati: vt de peccato dānaret peccatū in carne. Misit enī de⁹ filiū in similitudinē carnis peccati in carnē: nō tī in carnez peccati. Propter quid? Vt de peccato: certe nullū peccatū: vt de peccato damnaret peccatū in carne: vt iustitia dei impleret in nobis: qui nō sm carnē ambulam⁹: sed sm spiritū. Si ergo similitudo carnis erat peccati nō caro peccati: quō vt de peccato damnaret peccatū in carne? Solet t similitudo capere nomē eius rei: cui⁹ ē similitudo. Nō dicit verus: si etiā si pictū in pariete oūdas: t ḡras q̄d sit: respondet hō. Peccatū ḡ appellata est caro: dño similitudinē carnis peccati: vt esset sacrifi-

ciū ꝓ peccato. Dicit idem apſus alio loco.
1.Cor.5. Eum qui nō nouerat peccatū: ꝓ nobis peccatū fecit. Eū qui nō nouerat peccatū: Quē qui nō nouerat peccatū: niſi eum qui dixit:
Ioh.14. Ecce venit princeps mūdi: ⁊ in me nihil inuenit? Eū ꝙ non nouerat peccatū: peccatū ꝓ nob fecit: Eū ipm chriſtū neſcientē peccatū: fecit deus ꝓ nobis peccatū. Quid eſt ꝙ fratres? Si diceret: Fecit in illum peccatū: aut fecit illum habere peccatū: intolerabile videret. Quomō toleram⁹ qđ dictū eſt: Fecit eū peccatū vt ipe chriſtus ſit peccatū? Qui nouerāt ſcripturas veteris teſtamēti: recognoſcūt qđ dico. Nō eñ ſemel dictū ē: ꝙ aliq̄ties crebrius. Peccata dicta ſūt: ſacrificia ꝓ peccatis. Offerebat: verbi gſa: ꝓ peccato bȳcius: aries: quodlibet: ipſa victima q̄ offerebat ꝓ peccato peccatū nomi-
Leuit.4. nabat. Peccatū ergo dicebat ſacrificiū pro peccato: ita vt aliquādo dicat lex ſacerdotes ponere debere manus ſuas ſuper peccatū. Ergo eū qui nō nouerat peccatū: fecit ꝓ nobis peccatū: id eſt ſacrificiū ꝓ peccato. Factū eſt peccatū: oblatus eſt: ⁊ deletū eſt peccatū. Fuſus eſt ſanguis redemptionis: ⁊ de-
1.Ioh.1. leta eſt cautio debitoris. Ipſe eſt ſanguis q̄ ꝓ multis effuſus ē in remiſſionē peccatorū. Quid eſt ergo q̄ inſipienter exultaſti meus captiuator: quia carnē mortalē habuit me⁹ liberator? Si habuit peccatū vide: Si aliq̄d
Ioh.1. tuū in eo inueniſti tene. Verbū caro factū eſt. Verbū creator ē: caro creatura ē. Quid ibi tuū inimice? Et verbū de⁹ ē: ⁊ aīa hominis creatura eſt: ⁊ caro hominis creatura eſt: ⁊ caro mortalis dei creatura ē. Peccatū ḡre.
Ioh.14. Sed ꝙd quęras veritas loquit: Veniet princeps mūdi: ⁊ in me nihil inueniet. Nō ergo nō inuenit carnē: ſed nihil ſuū: id eſt nullaꝫ peccatū. Decepiſti innocētes: feciſti nocentes. Occidiſti innocentē: peniſti quem non debebas: redde qđ tenebas. Quid ḡ? Ad horā inſultaſti: q̄ inueniſti in chriſto carnē mortalē? Aduſcipula tua erat. Unde lęrat⁹ es: inde captus es. Ubi te exultaſti aliquid inueniſſe: inde nūc doleo qđ poſſederas ꝓ-
Ioh.8. didiſſe. Ergo fratres ꝙ credimus in chriſtū: maneam⁹ in verbo eius. Si eñ mānſerimus in verbo eius: vere diſcipuli eius ſum⁹. Nō eñ ſoli illi duodecim: ſed oēs qui manem⁹ i verbo ei⁹ vere diſcipuli ei⁹ ſumus: ⁊ cognoſcemus veritatē: ⁊ veritas liberabit nos: id
Ioh.14. eſt chriſtus fili⁹ dei qui dixit: Ego ſum veritas: liberos nos faciet: hoc ē liberabit nos: nō a barbaris ſed a diabolo: nō a corporis captiuitate: ſed ab aīe iniq̄tate. Solus eſt qui ſic liberat. Nemo ſe liberū dicat: ne ſeruus remaneat. Non remanebit in ſeruitute anima noſtra: quia quotidie dimittunt⁹ debita noſtra.

¶De paſtore ⁊ mercēnario ⁊ fure: In euangelio ſm eūdē Ser¶XLIX

¶ Non ignorat fides veſtra chariſſimi: ⁊ ita vos didiciſſe nouimus dicēte magiſtro de cęlo i quo ſpem veſtrā poſuiſtis: q̄ oēs nr̄ ieſus xp̄s ꝙ ꝛ̄ꝫ ꝓ nobis paſſus eſt ⁊ reſurrexit: caput eſt eccleſię: ⁊ eſt corpus eius eccla: ⁊ in eius corpore vnitas membroꝝ: et cōpago charitatis tanꝫ ſanitas exiſtit. Quicūq; aūt in charitate frigu-
erit: infirmat in corpore chriſti. Sed potens eſt ille qui exaltauit caput noſtrū: etiā infirma mēbra ſanare: dū tamē nō nimia impietate ꝓcidant: ſed hęreant corpori donec ſanent. Quicqđ eñ adhuc hęret corpori: non deſperatę ſanitatis eſt. Qđ aūt ꝓcſum fuerit: nec curari: nec ſanari pōt. Cū ergo ille ſit caput eccleſię: ⁊ ſit corpus eius eccleſia: totus chriſtus caput ⁊ corpus eſt. Reſurrexit iam ille. Caput ergo habemus i cęlo. Caput noſtrum interpellat pro nobis. Caput noſtrū ſine peccato ⁊ ſine morte: tam ꝓpitiat pro peccatis noſtris deum: vt ⁊ nos i fine reſurgentes ⁊ imutati in gloriā cęleſtē: ſeq̄mur caput noſtrū. Quo eñ caput ⁊ cętera mēbra. Sed dū hic ſumus: mēbra ſumus: ne deſperem⁹: q̄: ſecutura ſum⁹ caput noſtr̄. Videte eñ frēs dilectiōes illi⁹ capitis nr̄i. Jā in cęlo eſt: et hic laborat ꝓ diu hic laborat eccleſia. Hic chriſt⁹ eſurit: hic ſitit: nudus eſt: hoſpes eſt: infirmat: in carcere eſt. Quicqđ eñ ꝛ̄ p̄ patit corpus eius: ſe dixit pati: et in fine ſegregans ipſum corpus ſuū ad dexterā: ⁊ reliq̄s a quib⁹ mō cōcutcat ſegregans ad ſiniſtrā:
Matth.25. dictur⁹ eſt his q̄ ſunt ad dexterā: Venite benedicti patris mei ꝓcipite regnū q̄ vobis paratū eſt ab origine mūdi. Quib⁹ meritis? Eſurini enim ⁊ dediſtis mihi māducare tē. Sic exequit tanꝫ ipſe accepiſſet vſq; adeo vt illi nō intelligēres: reſpōdeant ⁊ dicant: Dñe: quādo te vidim⁹ eſurientē: hoſpitē: et in carcere? Et dicat eis: Quꝫ vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis. Sic etiā in noſtro corpore caput ſurſum eſt: pedes in terra ſūt.

i

tñi in aliq̃ cõstipatiõe ⁊ coartatiõe holm: qñ tibi aliq̃o pedẽ calcat: nõne dicit caput: calcas me: nec caput tuũ nec linguã tuã quisq̃ calcauit? Sursuz est: in tuto est: nibũ ei mali cõtigit: ⁊ tñ qz p cõnexionẽ charitat⁹ vnitas est a capite vsq̃ ad pedeo: nõ se inde lingua separauit: sed dixit: Calcas me: cũ eam nemo ptigerit. Quõ g̃ lingua quã nemo cõtigit dic̃: Calcas me: Sic xp̃s caput q̃ nemo calcat dixit: Esuriui ⁊ dedistis mihi mãducare. Et illis q̃ hoc nõ fecerũt dixit: Esuriui ⁊ nõ dedistis mihi mãducare. Et quõ conclusit? Sic. Jbũt illi in cõbustionẽ ẽtnã: iusti aũt in vitã ẽternã. Cũ ergo nũc loqueret dixit se eẽ pastorẽ: dixit eẽ ⁊ ianuã. Utrũq̃ ibi habes: ⁊ ego sum ianua: ⁊ ego sũ pastor. Janua est in capite: pastor in corpore. Dicit eñ petro: in quo vno formar ecclesiã: Petre amas me? Respõdit. Dñe amo. Pasce oues meas. Et tertio: Petre amas me? Cõtristatus ẽ petr⁹ q̃ cũ tertio interrogauit: q̃si ille qui vidit ꝓscientiã negatoris: nõ videbat fidem cõstantio. Nouerat illũ semp: nouerat illũ ⁊ qñ se petrus ipse nõ nouerat. Tũc eñ se nõ nouerat: quando dixit: Tecũ ero vsq̃ ad mortẽ: ⁊ q̃ eẽt infirmus nesciebat. Quõ plerũq̃ reuera ⁊ infirmis cõtingit: vt ẽgrot⁹ nesciat quid cũ illo agat: medicus aũt sciat: cũ ille ẽgritudinẽ illã patiat: medic⁹ nõ patiat. Magis dicit medic⁹ quid agat i altero q̃ ille qui ẽgrotat quid agat in seipso. Petrus g̃ tunc infirmus: dñs aũt medicus. Dicebat se habere vires quas nõ habebat. Ille aũt tangẽs venã cordis eius: dicebat qõter cũ esset negatur⁹. Et ita factũ est quõ p̃dixit medicus: nõ quomõ p̃sumpsit ẽgrot⁹. Ergo post resurrectionẽ suã dñs interrogauit cũ: nõ nesciens quo ille animo cõsisteret amorẽ christi: sed vt trina cõfessione amoris deleret trinã negationẽ timoris. Ergo hoc dñs exigit a petro: Petre amas me? Quasi quid mihi dabis: quid mihi pręstabis: quia amas me? Quid erat p̃statur⁹ petruo resurgenti dño ⁊ eunti in cęlũ: atq̃ sedẽti ad dexterã patris? Quasi diceret: hoc mihi dabis: Ъ mihi p̃stabis: si amas me: vt pascas oues meas. Per ianuã intres: nõ per aliam partẽ ascendas. Audistis cum euangeliũ legeret:

Qui intrat per ianuam pastor est: qui aũt ex alia parte ascẽdit: fur est ⁊ latro: Et dissipare quęrit et spargere et tollere. Quis ẽ qui intrat p ianuã? Qui intrat per christum. Quis est iste qui imitatur passionem christi? Qui cognouit humilitatem christi: vt cũ deus factus sit homo ꝓ nobis: cognoscat se homo nõ esse deũ ꝑ hominẽ. Qui eñ vult de⁹ videri cũ sit hõ: non imitat illũ qui cũ deus esset hõ factus est. Tibi aũt nõ dicit: esto aliquid min⁹ q̃ eo: ꝑ cognosce quid eo. Cognosce te infirmũ: cognosce te hominẽ: cognosce te peccatorẽ: cognosce te q̃ ille iustificat: cognosce q̃ maculosus es. Aparcat in cõfessione tua macula cordis tui: ⁊ p̃nebis ad gregẽ christi: q̃ cõfessio peccatorũ inuitat medicũ sanaturum: quõ in ęgritudine qui dicit: sanus sum: non quęrit medicũ. Nũquid nõ ad templũ ascẽderat pharisęus ille⁹ publican⁹? Ille de sua sanitate gloriabat: ille vulnera sua medico ostẽdebat. Dicebat eñ ille: Deus gras tibi ago: q̃ nõ sum sicut publican⁹ iste: Gloriabat sup alterũ. Ergo si publican⁹ ille sanus esset: inuideret illi pharisęus: q̃ nõ haberet sup quẽ extolleret. Quõ ergo venerat q̃ sic inuidebat? Nõ erat vtiq̃ sanus. Et cũ se sanum diceret: nõ descendit curatus. Ille aũt ad terrã oculos deiciens: ⁊ nõ au dẽs in cęlũ attollere: pectiebat pectus suum dicens: Ꝓpitiꝰ esto mihi peccatori. Et quid dicit dñs? Amẽ dico vobis: q̃ descẽdit iustificatus de templo publican⁹ magis q̃ pharisę⁹: quia ois qui se exaltat humiliabit: et qui se hũiliat exaltabit. Qui aũt se exaltãt: p alterã ptẽ volunt ascẽdere ad ouile. Qui aũt se hũiliãt: p ianuã intrãt ad ouile. Jõ de illo dixit: intrat: de illo: ascẽdit. Qui ascẽdit videtis q̃ alta petit: nõ intrat sed cadit. Ille aũt qui se submittit vt per ianuã intret: nec cadit: sed pastor est. Sed treos ꝓsonas dixit dños: ⁊ debem⁹ illas inuestigare i euãgelio: pastor⁹: mercẽnarij ⁊ furis. Cũ legeret puto q̃ aliquis dixit: designauit pastorem: designauit mercẽnariũ: designauit furẽ. Pastorem dixit animã suã ponere ꝓ ouib⁹ suis: ⁊ intrare per ianuã. Furem dixit ascẽdere per aliam partẽ. Mercennariũ dixit lupum vel furẽ si videat fugere: quia nõ est illi cura de ouibus. Mercẽnarius est enim non pastor. Ille intrat p ianuã: quia pastor ẽ. Ille ascẽdit p aliam partez: quia fur est. Ille videns eos qui volunt tollere oues: timet et fugit quia mercennarius est: quia non est illi cura de ouibus: Mercennari⁹ est enim. Si inuenerimus treos istas ꝓsonas: iuenit sanctitas

vsa ⁊ quos diligatis: ⁊ quos toleretis: ⁊ ḋs caucatio. Diligendus est pastor: tolerand⁹ est mercēnarius: cauēdus est latro. Sūt bo-
Philip.1. mines in ecclesia: de ḋbus dicit apls: qui ex occasiōe euāgelizāt: quærētes ab hominibus cōmoda sua: siue pecuniaria siue bonoꝝ vel laudis būanę. Quomodolibet volētes accipere munera euangelizant: nō tam salutē eius quærunt cui annūciāt: q̄ cōmodum suum. Ille aūt qui audit salutē ab eo qui non habet salutē: si ei crediderit quē illi annunciatur neq; in illo spē posuerit p quē illi annūciatur salus: qui annūciat habebit detrimentum: cui annūciabit habebit lucrū. Habes
Mat.23. dīm dicentē de phariseis: Cathedrā moysi sedent. Nō eos solos significabat dominꝰ: quasi vō eos qui crederēt in xp̄m ad iudęorum scholā mitteret: vt ibi discerēt quēadmodū iter sit ad regnuz ęlozꝝ. Nonne ideo dūs venit vt instrueret ecclesiā: ipsoq; iudęos bene credētes ⁊ bene sperātes ⁊ bene diligētes segregaret tanq̄ frumenta a paleis:
Ephe.2. ⁊ faceret vnū parietē circūcisionis: cui ꝓiungeretur alius paries ex ꝓputio gentiū: quibus duob⁹ parietibus de diuerso venientibus eēt ipse lapis angularis? Nōne ḡ idem dūs de duab⁹ istis plebibus in vno futuris dixit: Habeo ⁊ alias oues: quę nō sunt ex ḥ
Joh.10. ouili? Loquebat aūt iudęis. Oportet me īquit ⁊ eas adducere: vt sit vnus grex et vn⁹ pastor. Ideo duę naues erāt vnde vocauerat discipulos: duas psonas plebis signifi-
Luc.5. cabant: quādo miserūt retia ⁊ ceperūt tātam vim ⁊ tātum numerū piscīū: ita vt peneretia rūperent: Et onerauerūt inquit duas nauel. Duę naues significabāt vnā ecclesiā: sed de duab⁹ plebibus factam: cōiunctā in
Psal.19. xp̄o: aliqn̄ de diuerso venientē. Hoc significant etiā duę vxores habētes vnum virū iacob: lia ⁊ rachel. Has duas significāt etiam
Psal.20. duo cęci: qui sedebāt iuxta viā quos dūs illuminauit. Et si aduertat' scripturas īmoltis locis inuenietis significari duas ecclesi-
D as: quę nō sūt duę ꝑ vna. Ad hoc enī valet lapis angularis: vt ex duabus faciat vnaz. Ad ḥ valet ille pastor: vt de duob⁹ gregib⁹ faciat vnū. Ergo dūs doctor⁹ ecclīā: ⁊ habitat in suo scholā suā ꝑter iudęos: sic videm⁹ mō: nūquid credentes in se ad iudęos missurus erat vt discerent? Sed nomie phariseorū et scribarū significauit quosdaz in ecclesia sua futuros: qui dicerēt et nō facerent: Se autē figurauerat in psona moysi. Etenī psonam eius gerebat moyses: ⁊ velū ante se ideo ponebat: quādo loquebat ꝑ̄lo: quia ꝑdiu illi in lege carnalibus gaudēs ⁊ voluptatibus dediti erāt: ⁊ regnū terrenū quærebāt: velamen positū erat cōtra facē eorū ne viderent xp̄m in scripturis. Ablato eīm velamīe: postea ḡ passus est dūs: visa sunt secreta templi.
Mat.6. Ideo cū in cruce penderet: scissum est velū templi a sūmo vsq; deoꝛsuz. Et aperte dicit
2.Cor.3. apls⁹ paulus: Cuz autē transieris ad xp̄m auferetur velamē. Qui autē nō trāsierit ad xp̄m: ḡuis legat moysen: velamē positū est sup eos: eius: sicut dixit apls⁹. Cū ḡ ꝑfigura ret quosdā tales futuros dūs ecclesia sua: quid ait? Scribe ⁊ pharisei cathedrā moysi
Mat.23. sedent. Quę dicūt facite: ꝑ quę faciūt facere nolite. Quādo illud audiūt clerici mali qō ipsos dicit: volūt quertere istā sentētiam. Nunqd nō si illis liceret delerēt illā de euangelio? Quia vō delere illā nō pōt: puertere illā quærūt. Sed adest dūi gra⁹ misceria: nec sinit eos facere: q; circūspicit vitare sua oculo sententias suas ⁊ liberauit: vt quisq; inde aliquid ꝑcidere voluerit: aut inducere male legendo vel interꝑtādo: ille si cor habet qō pasum est iungat scripturę et legat supiora vel inferiora: ⁊ inueniet sensuz quē volebat ille male interpretari. Quid ḡ putatis istos dicere de ḥb⁹ dicit: Quę dicūt facite? Quia retinera a sanis laicis dicit. Laicus eīm qvult bene viuere: cū attenderit clericū malā: qd sibi dicit? Dūs dixit: Quę dicūt facite: quę faciūt facē nolite. Ambulabo viā dūi: nō sequar istius mores. Audiā ab illo: nō verba ipius sed dei. Sequar deum: sequat ille cupiditatē suaz: Quia si voluero apud deum sic me defendere vt dicā: Dñe vidi male viuentē clericū tuum: ⁊ ideo male vixi: nonne mihi dictur⁹ est: Serue nequā nō a me audieras: Quę dicunt facite: q̄ aūt faciūt facere nolite? Malus aūt laicus: infidelis: nō ptinens ad frumentum xp̄i: qui tanq̄ palea in area toleratur: quid sibi dicit quando cęperit illum arguere verbū dei? Ezi: Quid mihi loq̄ris? Ipsi episcopi: ipsi clerici nō illud faciunt: ⁊ me cogis vt faciā. Quęrit sibi non patronū ad causaz malā: ꝑ comitē ad penā. Nam nunq̄ eum defensurus est in die iudicii: quēcunq; maluz voluerit imitari. Quomodo eīm diabolus ortes quos seducit nō seducit cū quib⁹ regnet: sed cū quibus dam-

netur: Sic offeo q̄ sequūt maloꝝ: comites sibi ad gehennā quęrūt: nō patrocinia ad regna cęlorū. Quō ergo puertunt isti hanc sētentiam: quando illis dicit male viuētibus merito dictū est a domio: Quę dicūt facite: q̄ aūt faciūt facere nolite? Recte dictū ē iquiunt. Dictū est ēn vobis: vt quę dicim⁹ facia tis: quę aūt nos facim⁹ vos nō faciat⁊. Nos ℔ ēn offerimus sacrificiū: vobis non licet. Tibi dere versutias hominū: Quid dicā mercēnariorum? Nam si pastores essent: ista nō dicerēt. Ideo dño vt oo illis clauderet: secutus ē
Matth.23. ⁊ dixit: Cathedrā moysi sedent: Quę dicunt facite: quę aūt faciūt facere nolite. Dicūt ēn ⁊ nō faciunt. Quid est q̄ fratres? Si de sacrificio diceret offerēdo: diceret: dicūt ⁊ nō faciunt. Faciūt ēn sacrificium deo. Offerūt quidem quod dicūt: ⁊ non faciūt. Audi quid sequatur: Alligāt ēn onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ imponūt ea sup ceruices hoim: q̄ ipsi vno digito nolūt attingē. Aperte exprobrauit: describit ⁊ ostendit. Sed illi qñ sic volūt puertere sententiā: ostendūt q: nihil quęrūt in ecclia nisi cōmoda sua: nec euāgelia legerunt. Si ēn nossent ipsam paginā ⁊ totū legissent: nunq̄ hoc dicere auderēt. Sed aperuo attēdite: q: habet tales ecclesia. Ne q̄s dicat nobis ꝑfuus de pharisęis dixit: de scribis: de iudęis dixit. Nam tales nō habet ec-
Matth.7. clesia. Qui sūt q̄ illi de quib⁹ dño dicit: Nō omnis qui mihi dicit: dñe dñe intrabit in regnū cęlorum? Et addidit: Multi dicent mihi in illa die: dñe dñe: nōne in nomie tuo ꝓpheraum⁹ ⁊ ī nomie tuo virtutes multas fecimus: ⁊ in nomie tuo manducauimus ⁊ bibimus? Nunq̄d in nomie christi facūt ista? Certū est: manifestū est: q: de his dic qui nomen christi habēt. Sed quid sequit? Tūc dicam illis: Nunquā vos cognoui. Recedite a
Abd.8. me omnes qui opamini iniquitatē. Audi apo
Phil.1. stolū gentē de talibus. Dicit alios annūciare euangelū p charitatē: alios p occasionem. De quibus dicit: Annūciant euāgelū nō recte. Rem rectā: sed ipsi nō recti. Quod annūciant rectū est: ꝑ qui annūciant nō sūt recti. Quare nō est rect⁹? Quia alio quęrit ī ecclesia: nō deū quęrit. Si deus quęreret: castus esset: q: legitimū maritū anima deum habet. Quisq̄s a deo ꝓter deū quęrit: nō caste deū quęrit. Videte frēs: si vxor amet maritū q: diues est: nō est casta. Nō ēn maritū amat: ꝑ aurum mariti. Si aūt maritū amat ⁊ nudum amat ⁊ pauperē amat. Si ēn ꝓpterea amat q: diues est: quid si quomodo sūt casus humani ꝓscribatur: subito egens remaneat? Renunciat illa forte: q̄ q̄ amabat nō maritus erat: ꝑ res eius. Si aūt vere maritū amet: etiā pauperē plus amat: q: ēn misericordia amat. Et ſi fratres de⁹ noster nunq̄ paup esse pōt: diues est: ipe fecit oia: cęlum ⁊ terrā: mare et angelos. Quicq̄d videmus: quicquid nō videm⁹ in cęlo: ipse fecit. Sed tamē nō diuitias amare debemus: sed eum qui fecit illas: Non tibi promisit nisi se. Inueni aliquid ꝓciosius: ⁊ hoc dabit. Pulchra est terra: cęlum ⁊ angeli: sed pulchrior ē qui fecit hęc. Qui ergo annūciant deū: amāteo deum: qui annūciant deum ꝓpter deū: pascunt oues: ⁊ non sunt mercēnarii. Ipsaꝫ castitatē exigebat dom⁹ noster iesus christus quādo dicebat petro: Petre amas me? Ioh.21
Ps.39 Dicebat apl⁹: Beatus cuius est nomē dñi spes eius. Errat epicureus: Falsū est eñ eē hominē beatū cuius est in fructu voluptas carnis eius. Fallitur t stoic⁹: Falsū est eñ t oīno mēdosissimus beatum esse hoiem cuius est in fructu virt⁹ animi ei⁹. Beat⁹ ꝙ cuius est nomē dñi spes eius. Et q: illi vani sunt t mentiunt: Et nō respexit in vani
Ro.8. tates t insanias mendaces. Ergo fratres debitores sum⁹ non carni vt sm carnem viuamus: sicut epicurei: sed etiā si sm seipsā sibi voluerit viuere ala: carnalis erit: carnē sapit: de carne non surgit: Non est eñ quē admodū inde surgat qui brachiū p̄rectū iacenti non tenet. Si eñ scōm carnē vixe-
Ps.55 ritis moriemini. Ubi ēn dictū est: Quid mihi faciat homo: ibi dictū ē: Quid faciat
Ro.8. mihi caro. Si scōm carnez vixeritis morie-

mini: t si sm spiritū vixeritis viuetis: ꝑ illa morte de q̄ dñs in euāgelio terribiliē dicit: Eū timete q̄ habet potestatē t aiam t corpus perdere in gehennā ignis. Si ꝙ scōm Wo
carnē vixeritis moriemini: si aūt spū actiones carnis mortificaueritis viuetis. Hoc ē G
opus vestrum in hac vita: actiones carnis spū mortificare: quotidie affligere: minuere: frenare: interimere. Multi ēn ꝓficiēt eo nō iam delectāt quę autea delectabāt. Quādo ergo delectabat t non ei consentiebat mortificabat: q: iam nō delectat mortificatuz est. Calca mortuū: trāsi ad viuū. Calca iacentē: cōfige cum resistente. Mors tua ē eñ vna delectatio: ꝑ viuit altera: t illi dum non consentis mortificas: cū ęperit oīno nō delectari: mortificasti. Hęc ē actio nostra: hęc ē militia nra: In hoc agone cum confligim⁹: deum habem⁹ spectatorem: in hoc agone cum laboram⁹: deum pacim⁹ adiutorem. Si eñ noo ipse nō adiuuat: nō dico vincere: sed nec pugnare poterim⁹. Cū ergo dixisset apl⁹: Si aūt spiritu actiones carnis mortificaueritis viuetis: id est illas concupiscentias carnis: quibus nō cōsentire magna laus est: quas nō habere ꝓfectio est: Dicta metuendū est: ne ꝺſq̄ rursus ad mortificādas actiōes carnis de spū suo audeat ꝑsumere. Non solū eñ
Jo.8 deus spūs est: ꝑ aia tua spūs est: t mens tua spiritus est. Et cū dicis: Adente seruo Ro.
legi dei: carne aūt legi pcti: q: spūs concupiscat aduersus carnē: t caro aduersus spiritū: Ergo ne ad carnis actiones mortificādas de spū tuo ꝑsumas: t supbia pereas: t tibi supbo resistat: non humili gratia cōcedat: Deus eñ supbis resistit: humilib⁹ aūt dat Jac.
grām. Ne forte ꝙ subrepat tibi ista supbia: vide q̄d sequit. Cū eñ dixisset: Si spū actio- Ro.
nes carnis mortificaueritis: viuetis: ne hic se extolleret humanus spūs: t ad hoc opus se idoneum firmūq; iactaret: subiecit et ait: Quotquot eñ spū dei aguntur: hi filij sunt dei. Quid te ꝙ iā volebas extollere: vbi audisti: Si spiritu actiones carnis mortificaueritis viuetis? Dictum⁹ eñ eras: hoc pōt voluntas mea: hoc potest liberū arbitriuz meū. Quę voluntas? Quod liberū arbitrium? Nisi ille regat cadis: nisi regat iaces. Quō ergo spū tuo: cum audias aplm dicētem: Quotq̄t eñ spū dei aguntur: hi filij sūt dei? Tu te vis agere a te ipso: vis agi ad

actiones carnis mortificando.⁊ Quid tibi prodest qꝫ non ero epicureus ⁊ ero stoic⁹? Siue epicureus ero: siue stoicus ero: inter
Ro.8. filios dei nō ero. Quotquot eñ spiritu dei agunt: hi filij sunt dei: nō qui ꝑm carnē viuunt suam: nō qui ꝑm spīm suum viuūt: nō qui carnis voluptate ducunt: nō qui spiritu suo agunt: ⁊ quotquot spū dei agunt: hi filij sūt dei. Dicit mihi aliqs: Ergo agimur: nō agim⁹. Respondeo. Immo ⁊ agis ⁊ ageris. Et tūc bñ agis: si a bono agaris. Spūs eñ dei qui te agit: agentibus adiutor est: ipsum nomē adiutoris ꝓscribit tibi: qꝫ ⁊ tuipse aliquid agis. Agnosce quid
Ps.18. poscas: agnosce ꝺ̄ ꝓficiat: qñ dicis: Adiuto: meus esto ne derelinquas me. Adiutorē vtiqꝫ inuocas deū. Nemo adiuuat: si ab illo nihil agat. Quotquot eñ inquit spū dei agunt: hi filij sunt dei: nō littera ⁊ spū: nō lege ꝓcipiente: minante: promittente: sed spū exhortante: illumināte: adiuuante. Scimus: inquit idē apls: qꝫ diligētibus deū oīa cooperant in bonū. Si nō esses operator: ille nō esset cooperator. Sz hic fortiter vigilate: ne forte dicat spūs vester: si subtraxerint se cooperatio dei: ⁊ adiutoriū dei: spūs meus facit hoc: et si cum labore: ⁊ si cū aliqua difficultate: pōt tñ implere. Nō potest. Quō si aliquis dicat: Remis quidē peruenimus: sed cū aliquo labore: O si ventū haberemus facilius peruenimus. Nō sic est adiutoriū dei: nō sic est adiutoriū christi: nō sic est adiutoriū spūsc̄ti. Prius⁹ si dederit: nihil boni agere potes: agis quidē illo nō adiuuante libera voluntate: sed male. Ad hoc idonea est voluntas tua quę vocat libera: ⁊ male agendo fit damnabilis ancilla. Cum dico tibi: sine adiutorio dei nihil agas: nihil boni dico. Nā ad male agendū habes sine adiutorio dei liberā voluntatē: quāqꝫ nō est illa libera.
2.Petri.2. A quo eñ quis devictus est: huic ⁊ seruus
Joh.8. addictus est: Et ois qui facit ꝑīa⁹ est peccati: Et si vos filius liberauerit: tunc vere liberi eritis. Prius⁹ hoc credite: sic vos agere bona voluntate qꝫ viuitis vtiqꝫ agitis: Nō eñ adiutor ē ille si nihil agatis: nō eñ cooperator: est ille si nihil opamini. Sic vos ñi sinite agere bona: vt sit rector spiritus adiutor: qui si vero defuerit: nihil boni oino agere valet⁹: Nō sicut quidā dicere ꝛ̄ perūt: qui cohortati sunt aliqs gratiā ꝑfite ri: ⁊ benedicimus deū: qꝫ vel hoc aliqs diperūt. Accedendo eñ ꝓficere potuerūt: ⁊ ad id qō vere rectū est peruenire. Jam ergo dicūt adiutricē esse gratiā dei: ad facili⁹ faciēda. Ista sūt verba eor. Ad hō dedit ingnitum deus gratiā suā hominibus: vt qō facere iubent per liberū arbitriū: facilius possint implere per gratiā. Velo facilius: remo difficil⁹: ñi ⁊ remo itur. Jumēto facilius: pedibus difficilius: sed ñi ⁊ pedibus peruenit. Non est sic. Magister eñ verus qui neminē palpat: neminē fallit: verax doctor: idēqꝫ saluator: ad quē nos durit molestissimus ꝑdagogus: cū de bonis operib⁹: id est de sarmētoꝝ ⁊ palmitū fructibus loquerer: nō ait: Sine me facere ꝺ̄ potestis
Joh.15. aliquid: sed facilius per me: nō ait: Fructū vestrū sine me potestis aliquid facere: sed vberiosē ꝑ me: Nō hoc dixit: legite quid dixerit: euangeliū sanctū est: omniū superba colla subdunt. Non hęc dicat augustinus: hęc dicat dñs. Quid dicit dñs? Sine me nihil potestis facere. Jam nunc cum audio: Quotquot spū dei agunt: hi filij sunt dei: nolite vos dimittere. Neqꝫ eñ templū suū sic de vobis ędificat deus quasi de lapidibus: qui nō habēt motū suum: leuant: abstructore ponunt. Non sic sunt lapides viui: Et vos tanqꝫ lapides viui: coędificamini
Eph.2. in templū dei. Ducimini: sed currite: et vos ducimini: sed sequimini: qꝫ ⁊ cū secuti fuerit⁹: verū erit illud: qꝫ sine illo nihil facere potestis. Non eñ volentis neqꝫ currentis:
Ro.9. ꝑ miserentis est dei. Forte dicturi erat⁹: Et lex sufficit nob. Ler timorē dedit: Et videte quid hinc subiunxit apls⁹ cū diceret: Quotquot eñ spū dei agūtur: hi filij sunt dei: qꝫ qui eoꝝ spiritu dei agunt: charitate agunt: Charitas eñ dei diffusa ē in cordi-
Ro.5. bus vestris per spīm sanctū qui datus ē vobis: securus adiunxit: Nō accepistis spi-
Ro.8. ritū seruitut⁹ iterū in timore. Quid est iterum? Quō terrēte molestimo ꝑdagogo. Quid est iterū? Sicut in monte sina accepistis spū seruitutis. Dicit aliquis: Alius ē spūs seruitutis: alius spiritus libertatis.
Exo.19. Si alius esset: nō diceret apls: Iterꝫ. Jdē
2.Cor.3. ergo spūs: sed in tabulis lapideis in timore: in tabulis cordis in dilectiōe. Jam nudiustertius qui affuistis audistis: quō longe posita plebē: voce: ignis fumus in mōte terrebat: quō autē viuens spūsanctus:
5.Deu.5.
Exo.20.

id est ipse digitus dei quinquagesimo die
Act.2. post vmbrā paschę quomodo venerit: et igneis linguis super vnūquēq; eorū insederit. Jam ergo nō in timore: sī in dilectiōe vt non serui sed filij simus. Qui enī adhuc ideo bene agit: q: t pēnā timet: deum non amat: nōdum est inter filios: vtinā tamen vel pēnā timeat. Timor seruꝰ est: charitas libera est: t vt sic dicamus: timor: est seruus charitatis. Ne possideat diabolus eo: ruū p̄cedat seruus in corde tuo: t seruet domine venturę locū: Fac fac vel timore pēnę: si nōdum potes amore iustitię. Veniet dīa:
1.Joh.4. t seruus abscedit: quia cōsūmata charitas
Ro.8. foras mittit timorē. Non enī accepistis spiritū seruitutis iterū in timore. Nouū testa-
2.Cor.5. mentū est nō vetus. Vetera transierūt: t ecce noua facta sunt omnia: omnia aūt ex deo.
¶ Deniq; quid sequitur? Quid ergo accepi-
Ro.8. mus: sī dicerem? Sed accepistis spiritū adoptiōis filiorū: in quo clamamus: abba pater. Dominus timet: pater amat. Accepistis spiritū adoptionis filiorū: in quo clamamus abba pater. Clamet iste cordis est nō fauciū: nō labiorū: intus sonat: auri-
Daniel.13. bus dei sonat. Clausa ore: labiisq; immotis susanna ista voce clamabat. Sed accepistis spiritū adoptiōis filiorū: in quo cla-
Matth.6. mamus abba pater. Cor clamet: Pater noster qui es in cęlis. Ergo quare nō tantum pater? Quid sibi vult abba pater? Si enī quęris quid sit abba: respondetur tibi: pater. Abba enī hebraice: pater dicit. Quare
Ps.117. voluit vtriq; apostolus poneret? Quia videbat lapidem angularē quem reprobauerunt ędificantes et factus est in caput anguli: nō sine causa angularē dictum: nisi q: in osculam recipit vtriq; parietē de diverso venientē: hinc circūcisio: inde p̄putiū: tantū a se t inter se longe: quantū ab angulo longe: quantū aūt ad angulum prope: t inter se vtriq; prope: in angulo aūt inter se
Eph.2. iuncti. Ipse est enī pax nra: qui fecit vtraq; vnū. Ergo inde circūcisio: inde p̄putium:
Ro.8. parietū concordia: anguli gloria. Accepistis spiritū adoptionis filiorū: in quo clamamus abba pater. Qualis res est: si pignus tale est? Non pignus: sed arra dicenda est. Pignus enī quando ponit: cum fuerit res ipsa reddita pignus aufertur: Arra autē de ipsa re datur: quę dando promittitur: vt res quando redditur: impleat quod

datū est: nō mutetur. Unusquisq; ergo attendat cor suū: vtrū ex intimis cordis medullis t sincera charitate dicat: Pater. Nō modo quęritur quanta sit ipsa charitas: vtrū magna: an parua: an mediocris: vtrū vel sit: quęro. Si nata est latendo crescit: crescendo perficiet: perfecta permanebit. Non enī perfecta pergit in senū: t a senectute veniet ad mortē: ad hoc perficiet vt ęterna permaneat. Vide enī quid sequit: Clamamus abba pater: Ipse spiritꝰ testimoniū reddit spiritui nostro: quia sumus filij dei. Nō spiritus noster reddit testimoniū spiritui nostro quia sumus filij dei: sed spiritus dei arra reddit testimoniū pro ea re quę nobis promissa est. Ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro: quia sumꝰ filij dei. Si aūt filij: t hęredes. Non enī inaniter filij: hęc ē merces: et hęreditas. Hoc est qđ paulo ante dicebam: quia medicus noster t sanitatē nobis donat: t mercedem insuper largiri dignat. Quę ē illa merces? hęreditas: sed non quomodo est hominis patris hęreditas. Relinquet enī filijs suis: nō possidet cum filijs suis: t tamē magnū se facit: t gratias sibi agi desiderat: q: voluit dare quod nō potuit auferre. Moriēs enī tolleret secum: puto quia si posset nihil dic filijs suis dimisisset. Hęredes dei sic sūt vt ipse deus sit hęreditas nostra: Cui dicit
Ps.15. psalmꝰ: Dñe pō hereditatē meę. Hęredes quidem dei: sī parū vobis ē audite: qđ amplius gaudeatis. Hęredes quidē dei: cohęredes aūt christi. Conuersi ad dñm.

¶ De baptismo paruulorū contra pelagianos ¶ Sermo XIIII

In natale sancti iohannis inter ętera A quę dicenda videbant ad baptismū paruulorꝫ noster sermo deductus est: t quia iam prolixius erat: t de illo terminādo cogitabat: nō tanta dicta sunt de tanta quęstiōe: quanta in periculo tanto a sollicitis dici debuerunt. Sollicitos aūt nos facit: non ipsa sententia iam olim in ecclesia catholica sūma auctoritate fundata: sed disputatiōes quorūdam quę modo crebiescere: t multorū animos euertere moliunt. Hodie ergo adiuuante dño placuit nobis hinc loqui. Diem quidē solennē martyrio celebramus: sed maior causa est omniū fideliū q̄ tantūmodo martyrum. Non enī omnes fideles etiam martyres: sed

ideo illi martyres: quia fideles. Videam⁹ ergo quid ab eis proponat: quid eos moueat: quoniã ⁊ de ipsis non tam refellendis q̃ sanandis cogitare debemus. Concedũt paruulos baptizari oportere. Non ergo q̃stio est inter nos ⁊ ipsos vtrum paruuli baptizandi sint: sed de causa quæritur quare baptizandi sint. Hoc ergo quod conceditur: sine vlla cum illis dubitatione teneamus. Baptizãdos esse paruulos nemo dubitet: quando nec illi hinc dubitant: qui ex parte aliqua contradicũt. Sed nos dicimus eos aliter salutem ⁊ vitam ẽternã non habituros: niſi baptizentur in christo: illi autẽ dicunt nõ propter salutem: nõ propter vitam ẽternam: sed propter regnũ cẽlorum. Quid sit hoc dum exponimus vt possimus: paruumper attendite. Paruulos inquiunt ⁊ si nõ baptizarẽt: merito innocentiæ eo q̃ nullum habeat omino nec proprii nec originale peccatum nec ex se nec de adam tractũ: necesse est aiunt vt habeat salutem ⁊ vitam ẽternã etiã si non baptizetur: sed propterea baptizandus est vt intret etiã in regnũ dei: hoc est in regnum cẽlorũ. Si discutiendum est hoc: discutiendũ est propter illos nõ propter nos: Fratres eñ nostri sunt: promoti sunt profunditate quæstionis: sed regi debuerunt gubernaculo auctoritatis. Cum eñ dicũt nõ esse baptizandos salutis ⁊ vitæ ẽternæ percipiendæ causa: sed tantũmodo regni cẽlorũ ⁊ regni dei: baptizandos quidem fatentur: sed non propter vitam ẽternã: sed propter regnum cẽlorum. Quid de vita ẽterna? habebunt inquiũt. Quare habebunt? Quia nullum peccatũ habent: ⁊ ad damnationẽ pertinere nõ possunt. Ergo est ẽterna vita extra regnum cẽlorũ? Primus hic error auersandus ab auribus: extirpandus a mẽtibus. Hoc nouũ in ecclesia primo inauditum est: esse vitam ẽternam præter regnum cẽlorũ: esse salutem ẽternã præter regnum dei. Primo vide frater: ne forte hinc consentire nobis debeas: quisquis ad regnũ dei non pertinet: eum ad damnationẽ sine dubio pertinere. Venturus dominus et iudicaturus de viuis et mortuis: sicut euangeliũ loquit: duas partes facturus est: dexterã ⁊ sinistram. Sinistris dicturus: Ite in ignem ẽternũ qui paratus est diabolo ⁊ angelis ei⁹. Dextris dicturus: Venite benedicti patris mei percipite regnũ quod vobis paratum est ab origine mundi. Hanc regnum nominat: hanc cum diabolo damnationẽ. Nullus relictus est medi⁹ locus: vbi ponere quæras infantes. De viuis ⁊ mortuis iudicabit: alij erũt ad dexterã: alij ad sinistrã: non nouit aliud. Qui inducis medũ recede de medio: non te offendat qui dexteram quærit: ⁊ teipsum admonet: recede de medio: ⁊ noli i sinistrã. Si ergo dextera erit ⁊ sinistra: ⁊ nullũ medium locum in euãgelio nouimus: ecce in dextera regnũ cẽlorũ est: Percipite inquit regnũ. Qui ibi nõ est: in sinistra est. Quid erit in sinistra? Ite in ignẽ ẽternũ. In dextera ad regnum vtiq; ẽternũ: in sinistra in ignem ẽternũ. Qui non in dextera: procul dubio in sinistra. Ergo qui nõ in regno: procul dubio in ignẽ ẽternũ. Certe habere non potest vitam ẽternam qui nõ baptizatur: non erit in dextera: id est in regno non erit. Vitam ẽternã computas ignem sempiternum? Et de ipsa vita ẽterna audi expressiũ⁹: quia nihil aliud est regnum q̃ vita ẽterna: Primus regnum nominauit: sed in dextris: ignem ẽternũ in sinistris. Extrema aũt sententia vt doceret quid sit regnũ: ⁊ quid sit ignis ẽternus: Tunc inquit abibũt isti in combustionẽ ẽternam: iusti autẽ in vitam ẽternã. Ecce exposuit tibi quid sit regnũ: ⁊ quid sit ignis ẽternus: vt quando pueros paruulũ non futurum in regno: fatearis futurum in ignem ẽternũ. Regnum eñ cẽlorum est vita ẽterna. Nec aliud etiã paulus apostolus: cum terreret homines: non paruulos non baptizatos: sed scelestos: facinorosos: cõtaminatos: perditos: non eos terruit q̃ erũt in igne sempiterno: quo sine dubio ibunt si non cõrigantur: sed tantũ terruit: quia in regno non erunt: vt cum viderint se perdere spem regni: non viderent esse consequens nisi pœnã ignis ẽterni. Nolite inquit errare: neq; fornicatores: neq; idolis seruientes: neq; adulteri: neq; molles: neq; masculorum concubitores: neq; fures: neq; auari: neq; ebriosi: neq; maledici: neq; rapaces regnum dei possidebunt. Non dixit: illi ⁊ illi: tales et tales igni ẽterno torquebuntur: sed regnũ dei non possidebunt. Subtracta dextera: non remansit nisi sinistra. Unde autem euadũt ab igne sempiterno: nõ ob aliud nisi quia erunt in regno. Sequitur: Et hæc quidem fuistis:

B

Mat. 25.

1. Cor. 6.

Et vnde iam nō sunt? Sed abluti estis: sed sanctificati estis in nomie domini nostri iesu christi: et in spiritu dei nostri. In nomine
Act. 4. domini nostri iesu christi. Non enī est aliud nomen sub cēlo: in quo oporteat saluos fieri: omnes: pusillos cum magnis. Si aūt saluos fieri oportet nos in hoc nomine: sine ō nomine procul dubio nec salus erit quę sine christo promittitur paruulis. Pace eorū dicam: qui cuiq̄ salutē promittit sine christo: nescio vtrum ipse salutem habere possit in christo. Deinde quęrimus ab eis. Et
L si aliquis dicat paruulos merito innocentię suę sicut dicitis atq̄ imunitatis ab omni delicto non solum habituros salutem et vitam ętternam sed et regnū dei: vnde apud vos definitum certūq̄ est sine baptismo regnum dei non habituros paruulos: vt diuideretis eis pro arbitrio vestro nō adiutores paruulorū: sed oppressores miserorum: vt diuideretis eis pro arbitrio vestro: et daretis eis salutem et vitā ętternam pręter regnum cēlorum? Aliuo benivolētior vobis et misericordio: vt putatis iustior: totū eis dabit et vitam ętternam et regnum cēlorum. Istum quomodo superabitis: quoniā vos aliquando contra euidentissimā auctoritatem ratio humana delectat: proferte ipsam regulam rationis vestrę: et asserite quantis viribus valueritis vnde deuincat iste qui paruulis propter merita innocētię: ppter nullam sicut dicitis culpā: hoc est originale peccatum dare voluerit etiam nō baptizato: nō solū vitam ęternā: verumetiam regnū cēlorū. Istum vincite. Ego sine pręiudicio partes huius parumper suscipio: et dicā qō ipse non sentio: sed admoneo vos vt acriorē aduersariū videatis. Ecce exsistit nescio quis et dicit: Paruulus non habens vllum omino peccatū: nec qō sua vita contraxit: nec qō de vita primi parentis traxit: habebit et regnū cēlorum et vitam ętternā? Respōdete: vincite hominē resistentem vobis: qui aliter diuidit is. Vos enī dicitis: Vitam quidem habebit iste non baptizatus ętternam: sed non habebit regnū cēlorum. Ille cōtra. Immo et vitam et regnum cēlorum. Quare enī patrimoniū regni cēlorum arripis innocenti? A quo regnū cēlorum nō acquiritur: profecto magno bono fraudat. Quę est ista iustitia? Dic quare. Quid offendit paruulus non baptizatus: nullam habens culpā: nec suam: nec de parēte tractā? Quid offendit dic mihi: vt nō intret in regnū cēlorum: vt separetur a sorte sanctorum: vt sit exul a societate angelorum? Videris enī tibi misericors: quia non auferes ei vitam: damnas tamen quem separas a regno cēlorum. Damnas: nō eum percutis: sed in exilium mittis. Nam et qui D
exulantur: viuūt si sani sunt: in doloribus corporis non sunt: nec torquentur: non carceris tenebris affligūtur: hęc illis sola pęna est nō esse in patria. Si amatur patria magna pęna: si autē non amatur patria peior est cordis pęna. Paruum malum est in hominis corde qui societatem nō quęrit sanctorum: qui non desiderat regnū cēlorum. Si nō desiderat: pęna est de peruersitate: si autē desiderat pęna est defraudata charitate. Sz si qō vis parua sit pęna: et ipsa parua magna est: si nulla culpa est. Dic defende iusticiam dei. Quare vel parua pęna infligitur innocēti: in quo nullum inuenitur omino peccatū? Dic contra istum aduersarium: qui paruulis non baptizatis misericordia et iusticia maiore q̄ tu dare vult: nō solum vitam ętternam: verūetiam regnum cēlorum. Respōde si potes: sed rationem affer: hac enī te gloriari delectat. Ego istā quęstionē profundam sentio: et ad eius fundum rimandum vires meas idoneas non agnosco. Libet me et hic exclamare quod paulus: O altitudo diuitiarū. Paruulus Ro.11
non baptizatus pergit in damnationem: apostoli enī verba sunt: Ex vno in cōdem- Ro.5.
nationē. Non satis inuenio dignam causam: quia non inuenio: non quia non est. Ubi ergo nō inuenio in profundo profundum: ar tēdere debeo humanā infirmitatē: non damnare diuinam auctoritatem. Ego prorsus exclamo: nec me pudet: O altitu- Ro.11
do diuitiarū sapientię et scientię dei: q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vię eius. Quis enī cognouit sensum domini: aut quis cōsiliarius eius fuit: aut q̄s prior dedit illi: et retribuetur ei? Quoniā ex ipso et per ipsum et in ipso sunt oīa: Ipsi gloria in sęcula sęculorum amen. Ego infirmitatem meā his verbis munio: et hac cautela circūseptus: aduersus sagittas ratiocinationum tuarum mirabus assisto. Sed tu bellator: hoc est fortis ratiocinator: huic responde qui tibi dicit: Prorsus innocens

parulus et immunis ab omni peccato: et proprio ⁊ originali: non solum vitam eternam habebit: sed etiam regnum celorum. Hoc est iustū. Qui nihil mali habet: quare aliquid boni nō habet? Sz scio inquis. Unde scis? Quia dominus dixit. Tandē venisti. Non ergo quia tu ratiocinaris: sed quia domin⁹ dixit. Laudo hoc plane: quia sanum est: sicut homo non inuenisti rationem: fugis ad auctoritatem. Approbo: probo. Bene facis: non inuenio: ad auctoritatem fuge: non ibi te persequor: non inde expello: immo fugientem recipio et amplector. Profer ergo auctoritatē: stemus in ea simul contra cōmunem inimicū. Quia enim parulus non baptizatur: nō intrat in regnum celorum: ⁊ tu dicis ⁊ ego. Illi igit cōmuni aduersario qui dicit non baptizatum parulum intraturum in regnum celorum resistamus ambo: ⁊ aduersus eius insidiosissima iacula scutum fidei proferamus. Cedant paulisper coniecture rationis humane: assumantur arma diuina. Assumite inquit apostolus: armaturā dei. Ecce simul dicamus huic domini. Christianus es? Christianus inquit. Audi euāgelium qui vis non baptizatos parulos mittere in regnum celorum: audi euangelium: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto: non intrabit in regnum celorum. Domini sententia est: huic nō resistit nisi nō christianus. Repulsus est ille: remanet mihi tecum certamen: ⁊ forte vnde victus bono illius: inde bono vinceris tuo. Nam quem victi? si durus non est docuisti. Noli ergo esse durus ⁊ tu: simul teneamus interim sententiā istā: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto: non intrabit in regnū celorum. Ideo inquis: parulo non baptizato pollicere regnum dei non possum: contra domini sententiā apertam. Ecce quare dico: regnum dei non habebunt: Ecce quare dico: ideo baptizandi sunt vt habeant regnum dei. Ideo dicis? Ideo inquit. Vide tamen propter illa que supra diximus: ne forte non inuenias vitā eternam preter regnum dei. Adultū enim aperta sunt dicta de duabus illis partib⁹: dextera ⁊ sinistra: vbi nullum in medio dedit locum vite sine regno. Parū te hoc corrigit: parum admonet: ipsam mecū lectionem vnde hanc sententiam protulisti paulum aduerte. Dixisti enim te ideo regnū celorum non baptizatis pueris nolle promittere: quia sententia domini aperta est: Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et spiritu: non intrabit in regnum celorum. Non ibi aduertisti cū quereret nichodem⁹ quomodo ista fierēt: id est quomodo renasceretur homo: quomodo denuo nasceretur: quoniam non potest vtiq; iterum introire in vterum matris ⁊ denuo nasci: quid audierit a domino: quid audierit a magistro bono: quid audierit error a veritate? Inter cetera enim ostendens quēadmodum fiat: etiā similitudinem posuit: sed primo ait: Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo. In terra erat ⁊ in celo se esse dicebat: ⁊ quod est maius in celo filium hominis: vt vnam demonstraret in vtraq; natura personā: et in eo q; dei filius erat ꝙualis patri: verbū dei in principio deus apud deum: ⁊ in eo q; filius hominis erat assumens animā humanam et carnem humanā: ⁊ indutus hominem exiens ad homines: quia in hoc vtroq; non duo christi sunt: nec duo filij dei: sed vna p̄sona: vnus christus dei filius: idemq; vnus christus: non alius filius hominis: sed dei filius scōm diuinitatem: hominis filius scōm carnem. Quis autem nostrum qui parum aduertimus: aut parum sapimus: non potius ita vellet distinguere: filius dei in celo: ⁊ filius hominis in terra? Sz nec sic diuideremus: ⁊ ita diuidendo duas personas induceremus. Non ascendit in celum inquit nisi qui de celo descendit filius hominis. Filius ergo hominis descendit de celo? Nōne filius hominis in terra factus est? Nonne filius hominis per mariam factus est? Sed o homo noli inquit separare quem volo copulare. Parum est quia filius hominis descendit: christus enim descendit: idēq; filius hominis qui filius est dei. Sed est in celo: qui ambulat in terra. In celo erat: quia vbiq; christus: idemq; christus ⁊ filius dei ⁊ filius hominis: Propter vnitatem persone in terra filius dei: propter eandem vnitatē persone esse probauimus in celo filium hominis: ex hoc verbo domini: Filius hominis inquit q̄ est in celo. Propter vnitatem persone: nōne in terra con-

Matth.16. stinato atq; conspicuo petrus dicit: Tu es christus filius dei vivi: Ergo discat nicodemus quomodo fiat illud quod ei minus intelligenti: incredibile t quasi impossibile videbatur: Nemo ascendit in cælum: nisi qui de cælo descendit. Omnes autem qui renascuntur vtiq; ascendunt in cælum: cæterū nemo prorsus. Et omnes qui renascuntur per gratiam dei ascendunt in cælum: et nemo ascendit in cælū nisi qui de cælo descendit filius hominis q̄ est in cælo. Unde hoc? Quia omnes qui renascuntur membra ipsius fiunt: et solus christus de maria natus vnus est christus: t cum corpore suo caput vn⁹ est christ⁹. Hoc ergo dicere voluit: Nemo ascendit nisi qui descendit: Non ergo ascendit nisi christus. Si vis ascēdere: esto in corpore christi. Si vis ascēdere: esto mē-
Ro.12. brum christi. Sicut enī in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra corporis cum sint multa: vnum est corpus: sic t christus: quia caput t corpus christus. Et quomō fit hoc: adhuc quæramus. Latet quæstio: exaltatur illa profunditas. Christus peccatum non habet: nec originale traxit: nec suum addidit: extra voluptatem carnalis libidinis venit: nō ibi fuit cōplexus maritalis: de virginis corpore non assumpsit vulnus sed medicamentum: nō assumpsit quod sanaret sed vnde sanaret: Quātum ad peccatum pertinet dico. Solus ergo ille sine peccato: quomodo erunt membra eius: quorum nullus est sine peccato? Quomodo? Audi similitudinez quę
Psal.3. sequitur. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita oportet exaltari filium hominis: vt qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam. Unde tibi non videbatur peccatores homines posse fieri membra christi: id est illius qui nullum omnino haberet peccatum? Serpentis morsu mouebaris: ideo crucifigitur christus: ideo fundit sanguinem christus in remissionem peccatorum: quia propter peccatum: id est
Numer.21. serpentis venenū: Sicut exaltauit moyses serpentem in deserto vnde sanarētur qui in illo deserto a serpentibus mordebantur t illum exaltatum attendere iubebantur: t quisquis attenderet sanabatur: sic oportet exaltari filium hominis: vt omnis qui credit in eum: id est qui attendit exaltatū: qui non erubescit crucifixum: qui in cruce christi gloriatur: non pereat: sed habeat vitam æternam. Non pereat. Unde? Credendo in eum. Unde non pereat? Attendendo et altatum: alioquin periisset. Hoc est: Omnis enim qui credit in eum non pereat: sed habeat vitam æternā. Profero parvulum mihi: t iubeo vt attendat exaltatū: quem negas habere serpentis venenum. Immo si faues ei: si mouet te innocētia in vita propria: noli negare tractum aliquem reatum de vita puma: nō sua: sed parentis sui. Noli negare: cōfitere venenum: vt poscas medicamentum: aliter nō sanatur. Aut vt q̄ et dicis vt credat. Hoc enim respondetur a portante parvulum. Ad verba aliena sanatur: quia ad factum alienum vulneratur. Credit in iesum christum: fit interrogatio: respōdit: credit. Pro non loquente: pro silente: pro flente: et flendo quodāmodo vt subueniatur orante: respondetur et valet. An etiam hoc serpēs ille persuadere conatur: quia nō valet? Absit a corpore illius quāliūcunq; christianorum. Ergo respondetur t valet. Conspiratione quadam cōmunicat spiritus: credit in altero: quia peccauit in altero. An vero inuenit vitaz presentis sęculi: quem parturiuit infirmitas: t nō inuenit vitam futuri sęculi: quem parturiuit charitas? Ergo moyses exaltauit serpētem in deserto: vt omnis a serpente perc[u]sus intueretur exaltatū et sanaret. Adam Ecc.
primus accepit morsum serpentis cum veneno: Ergo natus est in carne peccati: fit saluus in christo: per similitudinem carnis peccati. Misit enim deus filium suum: nō Ro.8
in carne peccati: sed sicut sequitur qui scribit: In similitudine carnis peccati: q nō de complexu maritali: sed de vtero virginali. Misit in similitudinem carnis peccati. Et q̄d hoc? Et de peccato damnaret peccatum in carne: de peccato peccatū: de serpente serpentē: Sed de similitudine: quia in christo nullum peccatum: sed sola similitudo carnis peccati. Ideo exaltatus est serpens: & crucis. Exaltata est similitudo carnis peccati: vt sanaret origo peccati: quia misit deus filium suum in similitudinē carnis peccati: non in similitudinem carnis. Nam vera caro est: sed in similitudinē carnis peccati: q mortalis caro sine vllo oīno

no pctō: ꝓpter similitudinē damnaret pctīs in carne: ꝓpter veritatē inquirat. Vera iustitia in christo nō fuit: ꝙ mortalitas in illo fuit. Peccatum nō suscepit: sed pœnam peccati suscepit. Suscipiēdo sine culpa pœnā: t pœnam sanauit t culpaz. Ecce quomodo fiunt ista. Quod admiratus nichodemus dixerat: Quomodo possunt ista fieri? Sic em sanamur: nō quia meremur. Ecce quomodo fiūt ista. Modo vbi mihi paruulos ponis. Jam dicis: nullo veneno sauciati sunt: Auser eos a conspectu exaltati serpētis. Si autem non auferes: sanando eos dicis: venenatos cōfiteris. Deinde ipse dominꝰ in eodem sermone ad nichodemū non audistis quid dixerit: cum eadez lectio hodie legeretur? Qui credit in eum nō iudicatur: qui autem non crediderit: iam iudicatus est. Et hic quęris medium homo de medio t disputas et attēderis nec attendis: Qui credit in eum non iudicatur: qui autē non crediderit: iam iudicatus est. Quid est aūt iam iudicatus est? Damnatꝰ est. Nam iudicium pro damnatione plęrumqꝫ ponis: scripturę testes sunt: maxime illo vno testimonio apertissimo cui nemo est qui cōtradicat. De resurrectione cum ageret dominus: Qui bene fecerūt inquit in resurrectionem vitę: qui male egerunt in resurrectionez iudicij: vtiqꝫ iudicium pro damnatiōe posuit: et tu aliter audes dissere aut credere? Qui non credit: iam iudicatus est. Alio loco: Qui credit in filiū habet vitā ętērnā: quā tu paruulis ꝓmittebas non baptizatis. Qui credit in filium habet vitam ętērnam. Sed habet inquit t qui non credit paruulus: Quis non habeat regnū dei. Sed vide quod sequitur: Qui autem incredulus est filio: non habet vitam: sed ira dei manet super eum. Vbi ponis paruulos non baptizatos? Profecto in numero credentium. Nam ideo et consuetudine ecclesię antiqua canonica fidelissima: paruuli baptizati fideles vocant: Et sic de his quęrimus: Iste infans christianus est: Respondet: christianus. Catechumen⁹ an fidelis? Fidelis vtiqꝫ a fide: fides a credendo. Inter credentes igitur baptizatos paruulos numerabis: nec iudicare vllo modo aliter audebis: si non vis esse apertus hęreticus. Ergo ideo habēt vitam ętērnā: quia qui credit in filium: habet vitam ęternam. Volo eis sine ista fide t sine isto sacramento huius fidei promittere vitam ęternam. Qui autem incredulus est filio: t qui non credit in filium: non habet vitam: sed ira dei manet super eum. Nō dixit: veniet super eum: sed manet super eum. Reperit originē cum ait: Ira dei manet super eum. Quia respicies t apostolus dixit: Fuimus Epł. 2. t nos aliquando natura filij irę. Non accusamus naturam: Naturę auctor deus est. A deo bona est instituta natura: ꝙ per malam voluntatem a serpēte vitiata est: ideo qō fuit in adā culpę nō naturę: nos ꝓpagatio factū est iā naturę. Ab ōvitio naturę cū quo nascatur homo: nō liberat nisi qui natus est sine vitio. Ab hac carne peccati: nō liberat nisi ille qui natus est sine peccato per similitudinem carnis peccati. Ab hoc veneno serpentis: non liberat nisi exaltatio serpentis. Quid ad hęc dicis? Satis ne hoc est? Est vnum aliquid acutissimū: ꝙ quod ab eis proferrur. Paululum attendite. Cum ęperint vrgeri verbis apostoli dicentis: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum: et per peccatum mors: t ita in omnes homines pertransiit: in quo omnes peccauerūt: Quę verba nescio quis nō intelligat: in quibus verbis nescio verū quisquā expositorem requirat: conātur respondere t dicere: ideo dictum hoc ab apostolo quia primus peccauit adam: t qui postea peccauerunt: illum imitando peccauerunt. Hoc quid est aliud: q̄ conari tenebras aperto lumine offendere? Peccatum per vnum hominem intrauit: et per peccatum mors: t ita in omnes homines pertransiit: in quo omnes peccauerunt. Propter imitationē dicis: quia primꝰ peccauit adam. Respondeo prorsus: non primus peccauit adam. Si primum peccatorem requiris: diabolum vide. Sed humani generis malam volens ostendere apostolus de origine venenata: ideo cum posuisset vnde nati sumus: non eum quem imitati sumus. Dicitur quidem t pater tuus: quem fueris imitatus. Filij mei quos iterū parturio. Qui inde dicat: Imitatores mei estote. Et propter ipsam imitationem dicit impijs: Vos a patre diabolo estis. Nā cōstat hic in catholica fide: q̄ diabolus nec genuerit no-

Joā. 5.
Joā. 3.
b
ꝙ
2. Sen. dist. 30. ca. hoc autē. Ro. 5.
Gal. 4. 1. Cor. 4. c. 11.
Joā. 8.

strā naturam nec cōdidit: sola in illa seductio est precedentis: imitatio consequentis. Denicq quomodo dictuz est de adam: in quo oēs peccauerunt: legatur mihi alicubi: oēs in diabolo peccauerunt. Aliud est illo precedente t seducēte peccare: aliud in illo peccare: Quia scōm propaginē carnis in illo eramus omnes anteq̄ nati essemus tanq̄ in parente: tanq̄ in radice ibi eramus: sic venenata est ista arbor: ibi eramus. Nam qz ad diabolū: hoc est principē peccati: t vere primum peccatorem nō pertinet origo: sed imitatio: cū de illo scriptu-
Sap.2. ra loqueret: Invidia inquit diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitātur aūt eum qui sunt ex parte ipsius. Imitādo cū fiunt ex parte ipsius. Nunquid dictum est in illo peccauerunt? Cum vero de adam diceretur: propter originem: propter posteritatem: propter propaginem viscerum: In quo oēs inquit peccauerūt. Nam si propterea primus constitutus est adam: quia primus peccauit: tanq̄ exemplo sit: non in origine: vt quid tam in longinquo: post tā prolixa tempora cōtra adam quęritur christus? Si omnes peccatores ad adam propterea pertinēt: quia primus peccator: omnes iusti debuerūt ad abel pertinere: quia primus iustus: Quare christus quęritur? Quia in adam damnata est generatio: in christo quęritur regenerato. Proinde ne-
R mo nos fallat. Scriptura euidens est: auctoritas fundatissima est: fides catholicissima est. Omnis generatus damnatus: nemo liberatus nisi regeneratus. Unde t alteri versutię illorum iam vos instructi: respondete charissimi. Quando dicūt t parvulos turbant: si de peccatore peccatores nati sunt: quare nō de baptizato tam fideli cui remissa sunt omnia peccata iusti nascūtur? Cito respōdete: Ideo ō baptizato nō iustus nascitur: quia non cum generat vnde regeneratus est: sed vnde generatus est.
1.Petri.3. De christo dictū est: Mortificatus carne: vivificatus spiritu: sic de homine dici potest: Mortificatus carne: iustificat⁹ spiritu.
Joh.3. Quod nascitur de carne: caro est. Quęro vt de iusto iustus nascatur: cum videas iustum esse nisi regeneratum oīno non posse: Nec attendis domini sententiā qui tu-
Ubi.s. ipse in ore habes: Si quis nō renat⁹ fuerit ex aquat spiritu. Puto quia non hoc factū est in concubitu. Admiratio quare peccator nascatur de semine iusti: nō te delectat mirari quare oleaster nascatur de semine oliue? Accipe aliam similitudinē. Justum baptizatū: pone granū purgatum. Non attendis quia de grano purgato frumētum cum palea nascit: sine qua seminatur? Deinde cum sit in propagine natorum spiritalis generatio: vis vt ō baptizato baptizat⁹ nascat: cū videas de circūciso nō nasci circūcisum? Carnalis ē certe ista generatio: t carnalis est circūcisio: et tamen de circumciso non nascitur circūcisus: sic ergo de baptizato non potest nasci baptizatus: quia nemo renatus anteq̄ natus. Aliud eorum quasi acutissimum. Sed quid acutum non obtundimur sculo veritatis? Aliud dicunt: L videte quale: Si adam inquiunt nocet his qui non peccauerunt: ergo et christus prodesse debet etiam his qui nō crediderunt. Videtis certe q̄ hoc acutum sit contra veritatem: audite quantum adiuuet veritatem. Qui enī hoc dicit: nihil aliud dicit: nisi christum nihil prodesse nō credentibus. Hoc est verum. Quis non accipiat? Quis nō consentiat: quia christus nō credentib⁹ non prodest: credentibus prodest? Sed dic mihi obsecro te: Parvulis baptizatis christus aliquid prodest: an nihil prodest? Necesse est vt dicat prodesse. Pęmitur mole matris ecclesię: forte quidem vellēt hoc dicere. Nam ratiocinatiōes eorum ad hoc vident compellere: sed auctoritate reprimuntur ecclesię: ne non dicam spuris hominū obmurmurant: sed ipsorum infantium lachrymis tanq̄ fluuio pertranbantur. Si enī dixerint nihil prodesse christum baptizans infantib⁹: nihil aliud dicūt q̄ superfluo baptizantur infantes. Et aūt non superfluo baptizentur quia hoc dicere non audent: prodesse christū baptizatis infantibus cōfitentur. Si prodest baptizatis: quęro quibus prosit: credentibus an nō credentib⁹? Eligant quod volunt. Si dixerint non credentibus: vbi est ergo quod calumniabaris: quia christus non credentibus nō prodesse non potest? Ecce tu profiteris prodesse infantibus: nō tamen credentibus. Ad quodlibet prodest? Non putas ad vitam ęternam? Non putas ad salutem ęternā?

Ad ipsum regnum celorū percipiendum? Unde pdest christus paruulis baptizatis. Prodest ergo non credentibus? Sed absit vt ego dicam non credentes infantes. Jam superius disputaui: credit in altero: qui peccauit in altero: dicit credit ⁊ valet: ⁊ inter fideles baptizatos computat. Hoc habet auctoritas matris ecclesie: hoc fundatus veritatis obtinet canon: contra hoc robur: contra hūc inexpugnabilem murū quisquis arietat ipse confringit. Ergo prodest christus aliquid infantibus baptizatis: ⁊ sicut ego doceo: ⁊ sicut mecuz tota ecclesia dicit credentibus prodest: fidelibus prodest: tu quod vis elige. Volo quidē vt quod verus est eligas: vt nobiscum dicas quia credentibus prodest. Sed si dixeris: non credētibus prodest: ptra te dixisti. Si dixeris credētibus prodest: mecum dixisti. Elige vtrum contra te dicas quod falsum est: an mecū dicas quod verum est. Tu es pauloante dicebas christum nō credentibus nihil prodesse: volens efficere quia sic ⁊ adam nō peccantibus nihil nocuit: quō christus nō credentibus nihil prodest. Ecce iam fatens infantibus nō credentibus baptizatis aliquid prodesse christum. Sed si credentibus dicis: bene dicis: mecum dicis: credūt ⁊ infanteo. Unde credūt? Quomodo credunt? Fide parentum. Si fide parentum purgantur: peccato parentum polluti sunt. Corpus mortis in primis parentibus generauit eos peccatores: spiritus vite in posteritatibus parentibus regenerauit eos fideles. Tu das fidem non respon-
Ad denti: ⁊ ego peccatum nihil agenti. Sancti inquit de sanctis nasci debuerunt: quia
1.Cor.7. sicut dicit apostolus: Aliquin filij vestri immundi essent: nūc autē sancti sunt. Et quō ō accipis? Quō intelligis de fidelib' natū ita sanctū: vt baptizari nō debeat? Quomodo liber accipias istam sanctitatē. Multi eñ modi sunt sanctitatis: ⁊ multi modi sūt sanctificationis. Non eñ istic quod sanctificatur ad regnum celorū mittitur. De esca
Prou.4. nostra: dixit apostolus: Sanctificat ꝑ verbum dei ⁊ orationem. Numquid quia esca nostra sanctificatur: nō sanctus quo mittatur? Discе ergo esse aliquem modū: ⁊ quasi vmbraculū quoddā sanctificatiōis: quod non sufficiat ad perceptionem salutis. Dixi: ⁊ quid dixi deo notū est. Tamen cū filio fidelium curratur ad baptismū: nō sic erremus parentes vt putemus eum iam fidelē natum. Natum esse possunt dicere: non renatum. Nam vt noueris quomodo intelligas sanctificatos filios fidelium: vt modo nō quæram quia longum est modū sanctificationis huiusmodi ⁊ maritū habes infidelem: ibi habes ⁊ vxorē fidelem. Sanctificatur inquit vir infidelis in vxore: sanctificatur mulier infidelis in fratre. Nūquid quia est ibi forte modus aliquis sanctificatiōis: vt vir infidelis sanctificetur in vxore fidelis: ideo iam securitatem debet accipere q̄ in regnum celorum intraturus est: ⁊ non baptizandus: non regenerandus: non christi sanguine redimēdus? Quomodo ergo sanctificatur vir infidelis in vxore: ⁊ tamen perit nisi baptizet: sic filij fidelū: ⁊ si ad quendam modum sanctificati: pereunt tamen si nō fuerint baptizati. Rogo vos vt paulum acquiescatis. Lego tantum. Sanctus Cyprianus est quē in manus sumpsi: antiquus episcopus sedis huius: quid senserit de baptismo paruulorū: immo quid semp ecclesiam sensisse monstrauerit: paululū ac cipite. Parum est eñ quia illi disserunt et disputant nescio quas impias nouitates: ⁊ nos conantur arguere q̄ aliquid nouum dicamus. Ad hoc ergo lego sanctū cyprianum vt videatis quomodo sit intellectus catholicus et catholicus sensus in his verbis quę pauloante tractaui. Interroga- R
tus est vtrum infans baptizari debeat ante octauū diem: quia in veteri lege non licebat circūcidi infantē nisi octauo die. Quæstio inde erat nata de die baptizandi: nam ō origine peccati nulla erat quæstio: ⁊ ideo ex ea re vnde nulla erat quæstio: soluta est exorta quæstio. Sanctus cyprianus dixit inter cetera quę superius dixit. Propter qō neminē putamus ad gratiā consequendā impigendū esse a lege quę iam statuta est: nec spiritalem circumcisionē impediri carnali circumcisiōe debere: sed omnē omnino admittendum esse ad gratiā christi: quādo ⁊ petrus in actibus apostolorū loquatur ⁊
Act.10. dicat: Deus mihi dixit neminē hominē cōmunē dicendum ⁊ immundū. Ceterū si homines impedire aliquid ad cōsecutionem gratię possit: magis adultos ⁊ prouectos ⁊ maiores natu possint ipedire quiosa petā. Porro aūt etiā grauissimis delictoribꝰ ⁊ in

dño multũ ante peccãtib⁹ cũ postea crediderit remissio pcõz dar: ta baptismo atq; gratia nemo prohibebitur: quãtomagis nõ debet prohiberi infans: qui recens natus nihil peccauit: nisi q; scõm adam carnaliter natus cõtagium mortis antiquę prima natiuitate cõtraxit: qui ad remissa peccatorũ accipiẽda: hoc ipso facilius accedit: quod illi dimittuntur nõ propria sed aliena peccata. Videte quemadmodũ de hac re nihil dubitans: soluit illam vnde dubitabatur: hoc de fundamento ecclesię suppressit: ad confirmandũ lapidem nutantẽ. Imperemus ergo si possumus a fratribus nris: ne nos insuper appellent hereticos: qõ eos talia disputantes nos appellare possimus forsitan si vellemus: nec tamen appeliam⁹. Sustineat eos mater pijs visceribus sanã dos: portet docendos: ne plangat mortuos. Timium est quo progrediuntur: multum est: vix ferendum est: magnę patientię adhuc ferri. Non abutantur hac patientia ecclesię: corrigantur bonũ est: vt amici exhortamur: non vt inimici litigamus. Detrahunt nobis: ferimus: canoni detrahũt: veritati nõ detrahant: Ecclesię sanctę pro remissione peccati originalis paruulorum quotidie laboranti nõ cõtradicãt. Fundata ista res est: ferendus est disputator: errans in aliis quęstionibus nõ diligenter digestis: nõdum plena ecclesię auctoritate firmatis: ibi ferendus ẽ error: non tantũ progredi debet vt etiam fundamentũ ipsum ecclesię quatere moliatur. Nõ expedit: adhuc forte nostra nõ est reprehendenda patientia: sed debemus timere ne culpetur etiã negligẽtia. Sufficiat charitati vestrę: habete ad illos qui nostis illos: habete cũ illis amice: fraterne: placide: amanter: dolenter: quicquid potest faciat pietas: quia postea diligenda non erit impietas. Conuersi ad dominũ.

Pbil. 3. De verbis Apostoli: Nos enim sumus circumcisio qui spiritui dei seruimus: Sermo XV

Apostolicam lectionẽ aure t animo intendat sanctitas vestra: adiuuãdo nos affectu apud dominũ deũ nostrum: vt ea quę illic nobis reuelare dignetur: ad vos apte atq; salubriter proferre possimus. Ergo cum legeretur: audistis dicentẽ apostolũ paulum: Nos enim sumus circumcisio qui spiritui dei seruimus. Scio plerosq; codices habere: qui spiritu deo seruimus. Quantũ autẽ inspicere potuimus: plures greci hoc habent: qui spiritui dei seruimus. Sed non ibi quęstio est: Manifestũ est enim vtrũq; t congruum regulę veritatis: quia t spiritui dei seruim⁹: t nõ carne: sed spiritu deo seruimus. Carne enim seruit deo q de rebus carnalibus sperat se placere deo. Cum vero t ipsa caro ad bona opera spiritui subditur: spiritu seruimus deo: quia carnem domamus vt spiritus obtemperet deo. Spiritus enim regit: caro regitur: nec spiritus bene regit: si nõ regat. Cum ergo ait: Nos sumus circũcisio: videte quid voluerit intelligi in illa circũcisione quę in vmbra data est: significante: quę remota ẽ luce veniente. Cur autẽ non dixerit: Nos habemus circumcisionẽ: sed nos sumus circũcisio? Sic accipite hoc voluisse apostolũ dicere: Nos sumus iusticia. Circumcisio enim iusticia est. Magis enim cõmendat cum dicat dicendo nos esse iusticiam: q; dicendo nos esse iustos: ita tamẽ vt cum iusticiã dicat: esse iustos intelligamus. Non enim illa incõmutabilis iusticia cuius participes facti sum⁹: q; quẽadmodũ dicit: magna ibi inuent⁹ est: p multis inuenib⁹: sic dicit iusticia vt intelligant iusti. Audite hoc ipsum euidentius: eodem dicente apostolo: Vt nos inquit simus iusticia dei in ipso. Nos simus iusticia nõ nostra sed dei: ab illo accepta non a nobis assumpta: imparrita non vsurpata: donata non rapta. Quidam enim rapina erat esse equalis deo: t quoniã quęsiuit rapinã: inuenit ruinã. Dominus autem noster iesus christus: cum in forma dei esset: nõ rapinam arbitratus est esse equalis deo. Cui enim equalitas dei natura erat: rapina nõ erat: sed tamen semetipsum exinaniuit formã serui accipiens: vt nos essemus iusticia dei in ipso. Si enim ille paupertatem vitaret: nos paupertate non careremus. Pauper enim ille factus est: cum diues esset: vt illius paupertate: sicut scriptum est: nos ditaremur. Diuitię illius quid nos facturę sunt: cuius paupertas nos diuites facit? Apostolus ergo non tibi negauit circumcisionem: sed exposuit: lucem prętẽdit: vmbram remouit. Nos sumus inquit circumcisio: qui spiritu deo seruimus: t gloriamur in christo iesu: et nõ

Pbil. 3.

1. Cor. 1

in carne fidentes. Respexit quosdā in carne fidentes: ipsi erant qui de carnis circūcisione gloriabant. De quibus alio loco dicit: Quoꝝ deus venter est: ⁊ gloria in pudēdis eoꝝ. Intelligē tu circūcisionē: ⁊ esto circūcisio: intellige ⁊ esto. Intellect⁹ enī dominus: sed omnibus qui faciūt eum. Nō vtiq; frustra octauo die iussus ē infāns circūcidi: nisi q; petra qua circūcidimur christ⁹ erat. Circūcisio enī petrinis circūcisus est populus: Petra autē erat christus. Quare ergo octauo die? Quia in hebdomadibus idē primus qui ⁊ octau⁹. Completis enī septē diebus redit ad primū: finitus septimus: dñs sepultus: redit ad primū: dñs resuscitus. Domini enī resuscitatio p̄emisit nobis ꝛrenum diem: et consecrauit nobis dominicū diē. Qui vocat dominicus: ipse videt proprie ad dñm pertinere: qi eo die dominus resurrexit. Reddita est petra: circūcidant qui volunt dicere: Deus enī sumus circūcisio. Tradit⁹ est enī ꝓpter pcā nra: ⁊ resurrexit ꝓpter iustificationē nram. Iustificatio tua: circūcisio tua: nō est a te. Gratia salui facti estis p fidē: ⁊ hoc non ex vobis: ꝑ dei donū est: Nō ex operib⁹: ne forte dicas: Promerui: ⁊ ideo accepi. Nō putes te pmerēdo accepisse: q nō pmereris nisi accepisses. Gratia gessit meritū tuum: nō gratia ex merito: sed meritū ex gratia. Nā si gratia ex merito: emisti: non gratis accepisti. Pro nihilo inqt saluos facies illos. Quid est p nihilo saluos facies? Nihil in eis inuenis vnde saluos: ⁊ tu saluas. Gratis das: gratis saluas. Omnia merita pcedio: vt dona tua cōsequantur merita tua. Procisus gratis dat: gratis saluas: qui nihil inuenis vnde saluos: ⁊ multū inuenis vnde damnes. Non ergo inquit sumus circumcisio qui spiritui dei seruim⁹: ⁊ gloriamur in christo iesu. Qui gloriat in dño glorietur. Et nō in carne fidentes. Et quid est fidere in carne? Audite inquit. Quāq; ego inquit habeā fiduciam ⁊ in carne. Si quis alius in carne putat se habere fiduciā: magis ego. Ne arbitremini inquit me hoc cōdemnare quod nō habeo. Quid magnum est si homo abiectus: plebeius: ignobilis: ꝛemnat nobilitatem: ⁊ tunc exhibeat veram humilitatē? Quāq; ego inquit habeā fiduciā ⁊ i carne: Ideo vos inqt docco cōtemnere: quoniā videtis me habere quod contemnā. Si quis alius in carne putat se habere fiduciā: magis ego. Et audi in carne fiduciam circumcisio de octauo die: id est nō proselitus: nō aduena ad populuꝫ dei: nō maior circūcisus: sed a parentibus natus iudeus. Habeo circūcisionem octaui Phil.3. die ex genere israel: de tribu beniamin: de hebreus ex hebreis: scōm legem pharisęus. Pharisęi ꝺdē erant: ⁊ q̄si ad nobilitatē iudaicā segregati: nō contemptibili plebi cōmixti: qui dicebantur pharisei. Nam dicat hoc verbum: quasi segregationē interpretari: quomodo in latina dicitur egregius: quasi a grege separatus. Fuerunt autē israelitę: id est genere israel: etiam illi qui separati fuerant a templo. Remansit autem 3. Reg. 11. ad templū tribus iuda: ⁊ trib⁹ beniamin: Tribus leui in sacerdotibus: trib⁹ iuda regia: ⁊ tribus beniamin: hoc solum remansit in hierusalem: ⁊ ad templū dei: quando facta est separatio illa in seruo salomonis. Non ergo leuiter accipiatis quod dixit: tribus beniamin inbrenis iudę: nō recedens a templo: hebreus ex hebreis: scōm legem Phil.3. pharisęus: scm ęmulationē persequens ecclesiam dei. Inter merita sua cōmemorat q̄ fuerit persecutor: scōm ęmulationē inquit. Qua ęmulatione? Non eram inquit piger iudęus: quicquid erat quod legi meę aduersarium videbatur: impatienter ferebam: acriter insequebar. Hęc apud iudęos nobilitas: sed apud christum quęrit humilitas. Ideo ibi iste saulus: hic paul⁹. Saulus a saule nomen dirimat. Qui fuerit saul nostio: ipsi⁹ electa est statura p̄ocerio: Sic 1. Reg. 9. eum describit scriptura: q̄ supereminens esset de omnibus quādo electus est vt ungeretur in regem. Non fuit sic saulus: sed factus paulus. Paulus enī parvus: ideo paulus modicus. Ergo scōm ęmulationem Phil.3. inquit persequens ecclesiam. Hinc intelligāt homines qualis apud iudęos fuerim: qui christi ecclesiam persequebar ęmulatione traditionū paternarū. Addit: Scōm iusticiam quę in lege est: qua fuerim sine querela. Nouit charitas vestra dictos esse sine querela: ambulasse in omnibus iustificationibus domini: zachariam ⁊ helizabet Luc. 1. In oibus inquit scriptura iustificationibus dñi ambulasse sine q̄rela. Ecce hoc erat et paulus noster. Quando saulus erat: in lege sine q̄rela ambulabat. Et qō i eo fuit si-

ne querela: hoc de illo faciebat magnā que
D rēlā. Quid ergo putamus fratres esse sine
Phil.3. querela? Secm iusticiā quę in lege est esse
malū est? Si malū est fm iusticiā q̄ in lege ē
esse sine querela: q̄ aliquid mali est lex? Sz
Ro.7. habem⁹ eundē apl̄m dicentē: Itaq; lex q̄-
dem sancta: t mandatū sanctū t iustū t bo
num. Si lex sancta: t mandatū sanctū: t iu
stū t bonū: fm iusticiā quę ē ex lege sancta
puersaris sine querela: quō potest non esse
bonū? Quō potest nō esse sanctū? An for-
te sanctū nō est? Audiam⁹ ipsum apl̄m q̄d
Phil.3. dicat: Quę mihi lucra fuerūt: hęc propter
christū damna esse duxi. Damna sua dicit:
t inter damna sua cōputat: q̄ in iusticia q̄
ē in lege fuerit sine querela. Verūtamē in-
quit t arbitror oia damna esse ꝓpter emi-
nentē scientiā xp̄i iesu dñi nr̄i. Attēdo in-
quit laudeo meae: comparo eminētię dñi
nostri iesu christi. Illud stirio: hoc ꝓtemno.
Parū est hoc. Propter quē arbitror inquit
oīnia nō solum detrimenta esse: verū t ster
cora existimaui esse vt christū lucrifacerē.
Quęstio maior exorta est. Si fm iusticiam
quę in lege est versabaris sine querela: et
hoc in detrimētis tuis: in damnis: in ster-
coribus computas vt christū lucrifacias: q̄
iusticia illa a christo prohibebat? Obsecro
te: expone hoc paululū. Deo potius dica-
mus vt illuminet t nos: a quo t ipse illumi
2.Cor.3. natus est qui epistolā istam scripsit nobis:
nō attramēto: sed spiritu dei viui. Videt?
charissimi q̄ sit arduū: q̄ difficile intelligere
hoc: cum ꝓstet legem sanctā esse: t man-
datū sanctū t iustū t bonū: cōsteteq; omino
inter fideles catholicos: ita vt nemo dissen
tiat nisi qui non vult esse catholicus: hanc
legē nō datā nisi a dño deo nostro: fm istā
iusticiā quę in lege est puersari sine querē-
la: impedimentū fuisse apl̄o ne veniret ad
christū: nec cum venisse ad christū: nisi hoc
q̄ fuit fm iusticiā quę in lege est sine que-
rela inter damna t detrimēta t stercora cō-
putasset. Sequamur ergo t accedam⁹ ali-
quantulū: ne forte in ipsis verbis apl̄i elu-
cescat nobis aliquid: vnde ista remoueat t
soluat obscuritas. Detrimēta inquit credi
di hęc oia: t stercora existimaui vt christū
lucrifacerē. Intēdite obsecro. Damna: de-
trimēta: stercora ista existimaui: in quibus
etiā illud cōmemoro q̄ fuerim sine querela
fm iusticiā quę in lege est. Existimaui ergo
hęc detrimēta et stercora vt christū lucrifa-
ciam: t inueniar in illo: nō habens meā iu-
sticiā quę ex lege est. Qui ꝓpeuusticio intel-
lectu expositionē: arbitramini vos tanquā
veloces in via cum tardioribus ambulare.
Celeritas aliquantū reprimak: ne comes
tardior deferak. Vt christū inquit lucrifa-
ciā: t inueniar in illo: nō habens meā iusti-
ciam quę ex lege est. Si meā diceret: qua-
re addidit ex lege? Si eñ ex lege esset: quō
mea est? Nunquid tu tibi imposuisti legē?
Deus legē dedit: deus legē imposuit: de⁹
legi suę te obtemperare ꝓcepit. Lex si nō
te doceret: quēadmodum viuere deberes:
quō posses habere iusticiā sine querela fm
legem? Si fm legē habes: quō dicis: nō ha
bens meā iusticiā quę ex lege est: sed eam
quę est per fidē christi quę est a deo? Jam q̄ E
dicā vt potero: reuelet melius qui vos pos
sidet: donet t intellectū t effectū. Donabit
eñ effectū: si donabit affectum: hoc est eñ
qō volo dicere. Lege dei ꝓposita: ipsa eñ
dixit: Non concupisces. Lege ergo dei ꝓpo-
sita: exceptis illis carnalibus sacramētis q̄
fuerūt vmbrę futuror̄. Lege dei proposita
quisquis timuerit: t suis viribus eā imple
re se posse putauerit: t fecerit qō lex iubet:
nō amādo iusticiā: sed tantūmodo pēnā:
fuit quidē fm iusticiā quę ex lege est bō si-
ne querela: nō furak: nō adulterat: nō dicit
falsum testimoniū: nō facit homicidiū: nō
concupiscat rem proximi sui. Potest hoc: po-
test fortassis. Unde? Timore pēnę: quāq̄
qui timore pēnę nō concupiscat: puto q̄ cō-
piscat. Terrore ingenti armor̄ atq; telorū:
t circūdantis forsitan multitudinis vel ob
uiam euntio: etiā leo reuocak a pręda: t cū
leo venit: leo redit: prędam nō rapuit: non
maliciā posuit. Si talis es: adhuc iusticia
est: qua iusticia tibi cōsulis ne torquearis.
Quid magnū est pēnam nō timere? Quis
eam nō timet? Quis latro: quis sceleratⁿ:
quis nefarius? Sed hoc interest inter timo
rem tuum: timorēq; latronis: q̄ latro timet
leges hominū: t ideo facit latrocinium: quia
sperat se fallere leges hoim: tu autē leges
eius times: eius pēnā times: quē fallere nō
potes. Nam si fallere posses: quid nō fecis-
ses? Ergo t concupiscentiā tuā malā nō amor
tollit: sed timor: ꝓmit. Ad ouile venit lu-
pus: latratu canū t clamore pastor̄ ab oui
li reuersus est lupus. Ipse tū lupus in ouē

vertat. Facit esi ꝛ hoc dño: sed ipsa est iustitia eius: nō tua. Nam q̄diu habes tuā: potes timere penaz: nō amare iustitiā. Ergo fratres mei: habet delitias suas iniquitas: ꝛ iustitia nō habet? Delectat malū: et
Ps.24. nō delectat bonū? Delectat omino: ꝑ dño dabit suauitatē: ꝛ terra nostra dabit fructū suū. Ille nisi prior det suauitatē: terra nostra nō dabit nisi sterilitatē. Hāc ergo iustiti-
Ps.83. am ꝛcupiuit apostolus: delectat⁹ est: memor fuit dei ꝛ delectatus est: cōcupiuit ala eius ꝛ ꝛstuauit in atria dñi: ꝛ viluerunt oſa
Ps.3. que ꝑ magno habebat: facta sunt damna: detrimēta: stercora. Hic esi erat ꝛ illud q̄ō
Gal.1. ecclesiā persequebat: ſm emulationē paterna ꝛ traditionū. Inde erat q̄ suā iustitiam
Ro.10 ꝑstituebat: nō iustitiā dei ḡrebat. Videre esi q̄ inde psequebat ecclesiā. Quid ergo
Ro.9. diam ꝛ Ait alio loco ipe apls: Gentes que nō sectabant iustitiā apprehenderūt iustitiā. Sed quā? Justitiā aūt que ex fide ē. Gentes aūt que nō sectabant iustitiā que ex lege est: quasi propriā suam que sit de timore penę nō de amore iustitię: q̄ nō sectabant iustitiā: apprehenderūt iustitiā: iustitiam aūt que ex fide est. Jsrael aūt inḋt p̄sequēs legē iustitię: in legē iustitię nō puenit. Quare? Quia nō ex fide. Quid est q̄ non ex fide? Non sperauit in deum: non il
Ro.4. lam petiuit a deo: non credidit in eum qui
Isai 28. iustificat impiū: Non fuit filius publicano oculos in terrā deijcienti: pectus suū percutienti ꝛ dicēti: Dñe propitius esto mihi peccatori. Ergo psequēs legē iustitię: i legē iu-
Ro.9. stitię nō puenit. Quare? Quia nō ex fide: ꝑ quasi ex operib⁹ offenderūt in lapidē offensiōis. Ecce vnde saulus persequebat ecclesiam: in lapidem offensiōis offendebat. Christus humilis in terra iacebat: in celis quidē ꝛ ipse erat. Leuata illo a carne sua a mortuis reſuscitata: sed nisi ꝛ in terra christus iaceret: nō ipsi saulo clamaret: ḋ me
Act.9. persequeris. Ergo ille iacebat: q̄ humilitatem piā perferebat: ille offendebat: q̄ non videbat. Et totū hoc nō videre vnde erat? De tumore superbię. Quid est de tumore superbię? Quasi de iustitia sua. Ex lege ḋ dem: ꝑ sua. Quid est ex lege? Quia in mandatis legis. Quid est de sua? Tanq̄ de vir-
Ro.10 tute sua. Amor: decrat: amor iustitię: amor charitatis christi. Et vnde illi amor? Solus possidebat timor: charitati venturę locum in corde seruabat. Cum sęuiret ꝛ erectus ſa-
Gal.1. ctabundus glorians apud ipsos iudęos q̄ ſm emulationē paternaz traditionū persequebat ecclesiā: cū sibi videret excelsus: audiuit desuper vocē dñi nostri iesu christi tam in celo sedentis: ꝛ adhuc humilitatem cōmendātis: Saule inquit saule: quid me
Act.9. persequeris? Durū est tibi aduersus stimulum calces mittere. Possum te dimittere: tu es vexaueris punctiōibus meis: nō ego frangerer calcibus tuis: sed nō te dimitto. Sęuis et misereor. Quid me persequeris? Non es timeo te: ne itęq̄ crucifigas me: ꝑ volo agnoscas me: ne occidas: nō me: ꝑ te. Horruit ergo apls: percussus ꝛ prostratus: erectus et instructus. Factū est es in illo:
Deut.32. Ego percutiā ꝛ ego sanabo. Non es aut: Sanabo ꝛ percutiā: ꝑ percutiā ꝛ sanabo. Percutiā te: ꝛ dabo tibi me. Sic prostratus horruit iustitiā suā: i qua erat certe sine querela: laudabilis: magnus: q̄si gloriosus apud
Phil.3. iudęos. Detrimēta existimauit: damna credidit: stercora deputauit vt inuenirek in illo nō habens suā iustitiā que ex lege est: ꝑ eam que per fidē est christi: que est inquit ex deo. Illi aūt qui offenderūt in lapidem
Ro.9. offensiōis: ḋ de illis dicit ipse apostolus? Qui nō inquit ex fide: ꝑ tanq̄ ex operib⁹:
Esa.28. qi ipsi quasi sua iustitia offenderūt in lapidem offensiōis: sicut scriptū est: Ecce pono in syon lapidē offensiōis ꝛ petrā scandali: ꝛ qui crediderit in eum nō confundet: qui es crediderit in eum nō habebit suā iustitiam que ex lege est: q̄uis sit bona lex: sed implebit ipsam legem: nō sua iustitia sed data ex deo. Ita es nō confundet: Charitas es pleRo.13. nitudo est legis. Et vnde ista charitas diRo.5. fusa est in cordibus nostris? Nō vtiq̄ a nobis: sed per spiritū sanctū qui datus est nobis. Offendebt ergo illi in lapidē offensioRo.9. nis ꝛ petrā scādali: Et aut de illis: Fratres:
Ro.10. bona voluntas quidē cordis mei: ꝛ deprecatio ad dñm pro illis in salutē. Deprecat apls pro nō credentib⁹ vt credāt: pro aduersis vt puertant. Videtis q̄ nec ipsa cōuersio sine dei adiutorio. Deprecatio inḋt ad
Gal.4. deū pro illis in salutē. Testimoniū es perhibeo: q̄ zelum dei habēt. Sic habebat ꝛ ipse: zelum dei habebat. Sed quomodo? Quomodo habebat? Sed nō sm scientiā. Quid est ē: nō sm scientiā? Ignorātes es dei iustitiā: ꝛ suā volentes ꝑstituere. Unde

ste correctus inquit: nō habens meā iusticiam. Illi volunt suā ꝓstituere: adhuc eos delectat in stercore iacens. Ego nō habeo meā iustitiā: sed eam quę ē per fidē christi: Ro.4. iustitiā ex deo: iustificat impiū. Tolle te: tolle inq̄ te a te: impedis te: si tu te ędificas: ruinam ędificas. Ps.126. Nisi dñs ędificauerit domū: inuanū laborauerūt qui ędificant eam. Noli ergo velle habere iustitiā tuam. Certe ex lege ē: nempe ex lege est. Certe deus dedit legē: et quia iustitia ex lege ē: nō sit tua. Apostolus paulus loquit: minantes iustitiā suam nō calumniēt. Ecce vbi illū habes: Aperi: lege: audi: vide: tuā iustitiā noli habere: stercora illā deputat apostolus: quius sit ex lege: Ro.10. tamē quia suā. Ignorantes enī dei iustitiā et suā volētes ꝓstituere: iustitię dei nō sunt subiecti. Noli putare quia christianus vocaris: ideo te nō posse offendere in lapidez offensiōis. Luus gratię derogas: in ipsā offendis. Adhuc ē offendere christū in cruce pendentē: q̄ in cęlo sedentē. Justicia sit: ꝑ Ps.131. ex gra sit: a deo tibi sit: nō tua sit. Sacerdotes tui indūt iustitia. Testis accipit: nō cum capillis nascit: pecora de suo vestiuntur. Ihanc prędicat apostolus paulus: a deo tibi sit: Heme vt impetreo: plora vt impetreo: crede vt impetreo. Qui inuocauerit nomē dñi saluus erit. An putatis sic dictum esse: Qui inuocauerit nomen dñi saluus erit: quasi a febre: aut a peste: aut a podagra: aut aliq̄ dolore corpis? Nō sic: ꝑ saluus erit: iust⁹ erit: Quia nō ē op⁹ sanio medicus: ꝑ male habētib⁹: Expostulat cū dixit: Nō veni vocare iustos sed peccatores. Ti Phil.3. dete ergo quid sequit. Et inueniar inquit in illo: nō habens meā iustitiā quę ex lege est: q̄uis ex lege: tamen meā: sed eam quę est per fidē christi: quę impetrat a deo quę est ex deo iustitiā in fide ad cognoscēdum eum: et virtutem resurrectionis eius. Aliquid magnū est: agnoscere virtutē resurrectionis christi. Hoc putatis esse magnū: qz carnē suam resuscitauit? Ipsam dixit virtutem resurrectiōis eius? Nonne erit etiā nostra in fine sęculi resurrectio? Nonne et nostrum corruptibile hoc induet incorruptionem: et mortale hoc induet immortalitatē? Nōne quomodo ipse resurrexit a mortuis: Ro.6. et iā nō morit: et mors ei vltra nō dominabitur: sic et nos mirabili⁹: vt ita dicā? Nam illius caro nō vidit corruptionē: nra de cinere reparat. Magnū est quidē quia precessit in exemplo: et dedit nobis quid speraremus: sed nō hoc est solū. Ille qui de iustitia loquebat nō sua: sed illa quę ex deo ē et ibi nominauit virtutē resurrectiōis christi: Agnosce ibi iustificationē tuā. Ex illius enī resurrectiōe iustificamur: tanq̄ a petra circūcidamur: ꝓpterea inde cępit: Hoc fuit⁹ circūcisio. Unde circūcisio? A petra. Qua petra? Christo. Quomodo? Octauo die. Quomodo resurrexit? Dominico die. Ihanc ergo fratres mei institutionē: et habeamus inquantū habemus: et augeamus inquantū minores sumus: et perficiamus cum illuc venerimus vbi dicit: Ubi ē 1.Cor. mors victoria tua? Ubi ē mors aculeus tuus? Sed totū ex deo: nō tamē quasi dormientes: nō quasi vt nō conemur: nō quasi vt nō velimus. Sine voluntate tua: nō erit in te iustitia dei. Voluntas quidē nō est nisi tua: iustitia nō est nisi dei. Esse pōt iustitia dei sine voluntate tua: sed in te esse nō pōt nisi per voluntatē tuam. Demonstratū est quid agere debeas. Fussit lex: nō facias illud: nō illud: fac hoc atq̄ illud. Demōstratum est tibi: iussum est tibi: apertū est tibi cor: intellexisti qd faciaz: roga vt faciaz: si cognoscis virtutē resurrectiōis christi. Tra Ro.4. ditus est enī propter delicta nra: et resurrexit propter iustificationē nostrā: vt iustificet nos: et iustos faciat nos. Ergo opus dei: nō solum quia homo es: sed etiā qz iustus es. Adhuc ē enī iustū esse: q̄ hominē esse. Si hominē te fecit deus: et iustū tu te facis: melius aliquid facis q̄ fecit deus: sed sine te fecit deus. Non enī adhibuisti aliquē cōsensum vt te faceret deus. Quomodo consentiebas qui non eras? Quia ergo fecit te sine te: nō te iustificat sine te. Ergo fecit nescientē: iustificat volentē. Tamē ipse iustificat ne sit iustitia tua: ne redeas ad damna: ad detrimēta et stercora: inuenire in illo nō habēs iustitiā tuam quę ex lege est: sed iustitiā per fidē xpi quę ē ex deo: iustitiā ex fide ad cognoscendū eum et virtutē resurrectiōis ei⁹: et cōmunicationē passionū ei⁹: et ipa virt⁹ tua erit: ꝓmunicatio passionū xpi virt⁹ tua erit. Quid aūt erit i cōmunicatiōi b⁹ passionū xpi: si charitas nō erit? Nōne l- J uenuīt tecti latrones i tāta fortitudine corpoz: vt quidā eoz nō solum ꝓficios prode-

re nolauerint: sed nec ola sua ꝓsiteri dignati sunt ꝛ Inter cruciatus: inter tormēta effossio lateribus: ꝛ pene perditio mēbris: māserit anim⁹ in obstinatiōe nequissima. Vide ergo quid amabant. Facere tñ ista sine magno amore nō poterant. Sz nō sic amator dei. Deus nō amatur nisi de deo. Amauit ille nescio quid aliud de carne: sicut homo q̄ quodlibet amauit: socios suos amauerit: ꝓscientiā sceleꝝ amauerit: gloriā in sacrilegijs amauerit: quodlibet amauerit. Adultrū amauit: qui torqueri potuit: deficere nō potuit. Si ḡ ille nō potuit q̄ torqri potuit: deficere nō potuit. Si ḡ ille nō potuit tanta ꝓferre sine amore: nec tu poteris cōmunicare xp̄i passionib⁹ sine amore. Sz quero quo amore: Non sit cupiditas: ꝑ sit
1.Cor.13. charitas. Si enim inquit tradidero corpus meū vt ardeā: et charitatē nō habeā: nichil mihi prodest. Vt ꝓsit tibi cōmunicatio passionū christi: charitas assit. Unde tibi charitas? O mēdicissima infirmitas: vnde tibi charitas dei? Dic ostendo tibi vnde sit tibi: Ipsum interroga botrorum dominicū. Si ergo in te fuerit charitas dei: cōmunicabis christi passionibus: et verus eris in
2.Cor.4. quo charitas coronat. Ipse erat ver⁹ martyr. Unde ergo tibi? Habemus thesaurum istū in vasis fictilib⁹: ait ipse apls: vt eminentia virtutis dei sit: ꝛ nō ex nobis. Ergo
Ro.5. vnde tibi charitas: nisi q̄ diffusa ē in cordibus nr̄is per spīm sanctum qui datus ē nobis? Ecce ad quod geme: Contemne spiritum tuū: accipe spīm dei. Nō te timeat spiritus tuus: me cū ceperit in te habitare spiritus dei: angustias patiar in corpore tuo. Cum habitare in corpore tuo ceperit spūs dei: nō inde excludet spīritū tuum. Noli timere. Si diuitē aliquē hospitio suscipias: pateris angustias: vbi maneas tu: nō inuenis vbi illi lect⁹ paret: vbi cōuiuat: vbi filij: vbi familia: Quid ergo inquis ? Quo eo? Quo migrabo? Suscipe diuitē spīritū dei:
Ps.17. dilatabit⁹ : nō angustiabit⁹. Dilatasti gressus meos subt⁹ me: dic: Dicis hospiti tuo: Dilatasti gressus meos subter me. Ali nō dic erat: angustias patiebar: implesti cellā meā : ꝛ nō me excluſisti: sed angustiā meā.
Ro.5. Cum ergo dicit: Charitas dei diffusa ē in ipsa diffusio latitudinē significat. Non ergo timeas angustias: recipe hospitē istū: ꝛ non sit hospes quasi de trāseuntibus. Non ergo habet vbi discedendo: veniēs habitet in te: ꝛ vebet. Ipse sto: nō te deserat: nō inde migret: tene illū omnino: ꝛ dic illi: Domine deus posside nos. Ergo ad hoc inq̄t habeamus iusticiā quę ex deo ē ad cognoscēdum eū: ꝛ virtutē resurrectiōis eius: ꝛ communionio passionū eius: cōformati morti
Ro.6. ipsius. Consepulti em̄ inq̄t sumus cū christo p baptismū in morte: vt quēadmodum christus surrexit a mortuis: sic ꝛ nos in nouitate vitę ambulem⁹. Adocete vt viuas: ℟
sepelire vt resurgas. Cum em̄ sepultus fueris ꝛ resurrexeris: tūc verū erit: sursum cor. Saputt q̄ dixi. Unq̄d iste sermo saperet nisi esset in nobis interna dulcedo? Confortatus inq̄t morti ipsius: si quō occurrā in resurrectiōe mortuor⁹. De iusticia loquebatur: iusticia q̄ est ex fide christi: iusticia quę a deo est: ꝛ sic cuncta executus ē. Et cū iusticiā quereret dicēs: Vt inueniar in illo nō
Phil.3. habēs meā iusticiā quę ex lege ē: sed iusticiam quę ē ex fide christi: quę est ex deo: dicit mō: Si quō occurrā ī resurrectōe mortuor⁹.
Quare dixisti: si quō occurrā? Non q̄ iā ac
Phil.3. ceperim aut ꝓfectus sim: sequor aūt si apprehendā: in quo ꝛ apprehensus sum a christo iesu. Ꝓsequit me iusticia ipsius: sequat illa mea. Tūc aūt sequat mea: si nō sit mea. Si quō occurrā: nisi q̄ iā acceperim aut iā ꝓfectus sim. Ceperunt mirari q̄ hoc audiebant dicentē apl̄m: nō q̄ iam ceperim aut ꝓfectus sim. Quid ē qō nōdum acceperat? Fidē habebat: virtutē habebat: spem habebat: charitate flagrabat: virtutes operabat: inuictissime ꝓdicabat: oēs ꝓsecutiones tolerabat: in oībus patiēs: amāo eccle siā: sollicitudinē omniū ecclesiar⁹ gestans. Quid nōdum acceperat? Non q̄ iam acceperim: aut iam ꝓfectus sim. Quid ē qō dicio? Dicio ꝛ miramur: dicio ꝛ stupem⁹. Notumus em̄ qđ audiam⁹. Quid dicio? Frēo aut. Quid ē qō dicis? Quid dicis? Ego me nō arbitror apprehendisse. Nolite inq̄t i me falli: plus meipse noui ḡros. Si nescio qđ mihi desit: nescio qđ absit. Ego meipm nō arbitror apprehēdisse. Unū aūt: bocnō me arbitror apprehēdisse. Multa habeo: ꝛ vnū nōdum apprehendi. Vnā petij a dño: hanc
Ps.26. requiram. Quid petisti: quid requiris? Vt inhabitē in domo dñi per oēs dies vitę meę. Vt quid? Vt ꝛempler delectationez dñi. Ipsum ē vnū qō dicebat nōdum apprehen

Bancti

dñie aplo: ⁊ quantū illi deerat: intīs nōdū
Luc.10. pfectus erat. Æmīstio fratres mei euā-
gelicę illius lectiōis: vbi duę sorores dñm
suscepere: martha ⁊ maria. Certe recolitis:
Martha in multo ministerio uersabat: et
occupata erat circa curā domꝰ: quippe dñm
hospitio receperat ⁊ discipulos eius. Sata-
gebat ofiu cura religiosissima: ne scī apud
eā vllā paterēt iniuriā. Cū ḡ esset occupata
circa mltū mīsteriū: maria soror ei⁹ sedebat
ad pedes dñi: ⁊ verbū eius audiebat. Illa
in labore stomachabunda q illā videret se-
dentē ⁊ de suis laboribus nihil curantē: in
terpellauit dñm. Placet inq̄t tibi dñe q so-
ror mea deseruit me: ⁊ ecce tñ in ministerio
laboro? Et dñs: Martha martha circa mltā
eo occupata. Porro vnū est necessariū.
Maria meliorē partē elegit: q̄ non auferet
ab ea. Tu bonā: ⁊ ista meliorē. Tu bonā:
(Bonū est cū uersari in obsequio scōꝝ) ⁊
ista meliorē. Veniq̄ qō elegisti trāsit. Mi-
nistras esurientibus: ministras sitientibus:
ministras lectulos dormituris: pīcbeo do-
mū habitare volentibus: oīa ista transeūt.
Erit tempus vbi nemo esurit: nemo sitiat:
nemo dormiat. Ergo cura tua auferet a te.
Maria meliorē elegit partē: quę nō aufere-
tur ab ea. Nō auferet: Cōtemplari elegit:
vbo viuere elegit. Qualis erit vita de ver
bo sine verbo? Modo ista viuebat de ver-
bo: sed sonante verbo. Erit vita de verbo
nullo sonāte verbo. Ipsum verbū vita ē.
1.Ioh.3. Similes ei erimus: qm videbim⁹ cū sicuti
est. Ipsa erit vna: vt pīcpleā delectationē
dñi. Hoc in sęculi huius nocte nō possum⁹.
Ps.5. Mane astabo tibi ⁊ contemplabor. Ergo ego
J inq̄t me nō arbitror apprehendisse. Vnum
aūt. Quid ḡ facio? Quę retro oblit⁹ in ea ḡ
ante sunt extendens: fm intentionē sequor.
Phil.3. Adhuc sequor ad palmā supnę vocatiōis
dei i xpo iesu: adhuc sequor: adhuc pficio:
adhuc ambulo: adhuc in vīa sū: adhuc me
extendo: nōdum pueni. Ergo si ⁊ tu ambu-
la: si te extendis: si ea q̄ ventura sunt cogi
tas: obliuiscere pīterita: noli in ea respice-
Luc.17. re: ne ibi remanens vbi respexeris. Memē
tote vxoris loth. Quotquot ḡ pfecti: ⁊ sa-
pīamus. Dixerat: nō sum pfectus: ⁊ dicit:
quotquot pfecti hoc sapiam⁹. Ego nō arbi
Phil.3. tror apprehēdisse: nisi q̄ tā acceperim: aut tā
pfectus sim: ⁊ dicit: quotquot pfecti hoc sa
piamus. Perfecti: ⁊ nō pfecti. Perfecti via-

Augustini

tores: nōdum pfecti possessores. Et vt no-
ueritis q pfectos viatores dicat: q̄ iam in
via ambulāt pfecti viatores sunt: Et scias
viatores eū dixisse nō habitatores: nō pos-
sessores: audi qō sequit: Quotquot ḡ pfe-
cti hoc sapiam⁹: ⁊ si q̄d aliter sapitis: ne fo
te surrepat vob q: vos aliq̄d est: Qui aūt Gal.6.
seipsum putat esse aliq̄d cū nihil sit: seipsū
seducit: Et q̄ se putat aliq̄d scire: nōdū scit 1.Cor.8.
quēadmodū oporteat scire: ḡ ⁊ si q̄d aliq̄d Phil.3.
sapitis: quasi paruulis id q̄s vobis deus re
uelabit. Verūtā in quo puenim⁹ in eo am-
bulemus: vt reueler nobis de⁹: ⁊ qō aliter
sapimus: in quo puenimus nō in eo rema-
neam⁹: ⁊ in eo ambulem⁹. Videtis q: via-
tores sumus. Dicatis. Quid est ambulare?
Breuit dico: pficere: ne forte nō intelligat
⁊ pigri⁹ ambuletis. Proficite fratres mei:
discutite vos semp sine dolo: sine adulatio
ne: sine palpatiōe. Non cū aliq̄o est intus
tecū: cui erubescas: ⁊ iactes te. Est tibi: sed
cū placet humilitas ipse te probet. Proba
⁊ teipsum tuipse. Semp tibi displiceas qō
es: si vis puenire ad qō nōdum es. Nā vbi
tibi placuisti: ibi remānisti. Si aūt dixeris:
sufficit ⁊ peristi: semp adde: semp ambula:
semp proficere: noli in via remanere: noli re-
tro redire: noli deuiare. Remanet q̄ nō pro
ficit: retro redit q̄ ad ea reuoluit vnde iam
abscesserat: deuiat q̄ apostatat. Melꝰ vel
claudus in via: q̄ cursor pīter viā.

De verbis Aplī: Si deus ꝓ nobis quis ꝯra nos: Sermo XVI

Rom.8.

Postolū beatū audiuim⁹ exhortā-
tem ⁊ cōfirmantē nos: cū diceret no
bis: Si deus pro nobis: qs est ꝯra Ibi.3.
nos? Pro q̄bus aūt sit deus: superius ostē
dit: vbi air: Quos aūt prędestinauit: illos
⁊ vocauit: quos aūt vocauit: illos ⁊ iustifi-
cauit: quos aūt iustificauit: illos ⁊ glorifica
uit. Quid ḡ dicam⁹ ad hęc? Si deus ꝓ no-
bis: qs ꝯra nos? Deus pro nobis vt prędes
tinaret nos: de⁹ ꝓ nobis vt vocaret nos:
deus pro nobis vt iustificaret nos: deus ꝓ
nob vt glorificaret nos. Si de⁹ pro nobis:
qs ꝯra nos? Prędestinauit antēq̄ essem⁹:
vocauit cū auersi essemus: iustificauit cum
pctōres essemus: glorificauit cū mortales
essem⁹. Si deus pro nobis: quis ꝯra nos?
Prędestinatis a deo: vocatis: iustificatis:
glorificatis: q̄ vult aduersari: paret se si po
test bellare aduersus deū. Vbi cū audiu-

mus: Si de⁹ p nob: qs est cōtra nos: nisi q
deum vincit: nō lędit nos. Et quis est qui
vincit omnipotentē? Quicunq; relictari
voluerit sibi nocet. Hoc est quando t paulo
adhuc saulo de cęlo christus clamauit:
non tibi expedit contra stimulū calcitrare.
Sęuiat sęuiat quantū potest: q calces ad-
uersus stimulū mittit: nōne in seipsum sę-
uit? In his aūt quattuor rebus quas com-
mēdauit apostolus insignes: quę pertine-
ant ad deū pio quibus est deus: id est prę-
destinatiōe: vocatiōe: iustificatiōe: gloris-
catiōe: In his ergo quattuor rebus consi-
derare debemus quid iam habeamus: et
quid iam expectemus. In his eīm quę iam
habemus: laudemus deū largitorē: in his
quę nōdum habemus: tenemus debitorē.
Debitor eīm factus est: nō aliquid a nobis
accipiendo: sed quod ei placuit promitten-
do. Aliter eīm dicimus homini: debes mihi
quę dedi tibi: t aliter dicimus: debes mihi
quia promisisti mihi. Quādo dicis: debes
mihi quia dedi tibi: a te processit beneficiū
ꝑ mutuatū nō donatū: Quādo aūt dicis:
debes mihi quia ꝓmisisti mihi: tu nihil de
disti t tamē exigis. Bonitas eīm ei⁹ qui ꝓ-
misit debit: ne in malicia fides conuertat.
Qui aūt fallit: malus est. Deo igit quid di-
cimus? Redde mihi quia dedi tibi? Quid
dedimus deo: quādo totū quod sumus: t
qd habemus boni: ab illo habem⁹? Nihil
ergo ei dedimus: non est quę admodū ista
voce exigam⁹ debitorē deū: maxime dicē-
Ro.11. te nobis apls: Quis eīm cognouit sensum
dñi: aut quis ꝑsiliar⁹ eius fuit: aut qs pri-
or dedit illi t retribuet ei? Illo ergo modo
possumus exigere dñm nostrū: vt dicam⁹:
redde qd promisisti: qr fecim⁹ qd iussisti: t
hoc tu fecisti qui labor⁹ tes iussisti. Nemo
ergo dicat: ideo me vocauit deus qr colui
deū. Quomō coluisses si vocatus nō fuis-
ses? Si propterea te vocauit deus quia co
luisti deū: ergo prior dedisti: t retribuet ti-
bi. Nōne ista tibi vocē apls tollit cū dicit:
Aut qs prior dedit illi t retribuet ei? Si ec
ce quādo vocatus es vel iam eras: qs prę-
destinareris non eras: quid deo dedisti qs
qui aliquid dares nō eras? Quid ergo fe-
cit deus: quādo prędestinauit qui nō erat?
Ro.4. Quod aūt apls: Qui vocat ea quę nō sunt
tanq; ea quę sunt. Si iā esses: nō prędesti-
nareris: nisi auersus esses: nō vocareris: ni-
si impius esses: nō iustificareris: nisi terre-
nus t abiect⁹ esses: nō glorificareris. Quis
ergo prior dedit illi t retribuet ei? Quoniā
ex ipso t ꝑ ipsum t in ipso sūt oīa. Quid
ergo reddimus? Ipsi gloria quia nō eram⁹
quando sumus prędestinati: qr auersi era-
mus quando sumus vocati: quia peccato
res eramus quādo sumus iustificati. Aga-
mus deo gratias: ne remaneamus ingrati.
Proposueram⁹ aūt cōsiderare de his quat B
tuor rebus quid iam cōsecuti fuerimus: qd
adhuc adipiscendum expectemus. Prędes-
tinati eīm iam sum⁹ t anteq; essem⁹: voca-
ti sumus quādo christiani facti sumus. Iā
ergo t hoc habemus. Iustificati qd? Quid
est iustificati? Audemus dicere: iam hoc ter
tium habere nos? Et erit quisq; nostrū qui
audeat dicere: iustus sum: Puto eīm hoc es-
se iustus sum: quod est peccato⁹ non sum.
Si audet hoc dicere: occurrit mihi iohānes: 1.Joh.1.
Si dixerimus quia peccatū nō habemus.
nosipsos decipimus: t veritas in nobis nō
est. Quid ergo? Nihil habem⁹ de iustitia:
an habemus? Sed non totum habemus.
Hoc ergo quęramus. Si eīm aliquid habe-
mus t aliquid nō habemus: crescat qd ha-
bemus: t implebit quod nō habemus. Ec-
ce eīm baptizati sunt homines: omnia illis
peccata dimissa sunt: iustificati sunt a pec-
catis: negare nō possumus: restat tamē lu-
cta cum carne: restat lucta cū mūdo: restat
lucta cum diabolo. Qui aūt luctat aliquā-
do ferit: aliquādo peruertit: aliquādo vin-
cit: aliquādo perimit: quomodo de studio
exeat attendat. Nam si dixerimus qr pec-
catum nō habem⁹: nosmetipsos decipim⁹:
t veritas in nobis nō est. Item si dixerim⁹
quia iustitię nihil habemus: aduersum dei
dona mentimur. Si eīm iustitię nihil habe-
mus: nec fidē habemus. Si fidem nō habe
mus: christiani nō sumus. Si aūt fidem ha
bemus: iam aliqd habem⁹ institię. Ipsum
aliquid: vis nosse quantum sit? Justus ex Habac.2.
fide viuit: iustus inquā ex fide viuit: quia Ro.1.
credit quod non videt. Patres arietes san
cti duces apostoli: quādo annunciauerūt
nō solum viderūt oculis: sed eīā manibus
tractauerūt: t tamē dño seruans nobis do
num fidei: cuidā discipulo⁹ suo⁹ tractān:
palpanti: veritatē digitis inquirēti t inue-
niēti exclamāti: Dñs me⁹ t de⁹ me⁹: ait ipse Joh.20.
dño t de⁹: Quia vidisti credidisti: t nos fi-

turos intuens: Beati inquit qui non viderunt & crediderunt. Non vidimus: audiuimus & credidimus. Beati ꝯdicti sumus: et de iusticię nihil habemus? Venit dominꝰ carnaliter ad iudęos: & occisus est: non venit ad nos: & acceptus est. Populꝰ quē nō cognouī seruiuit mihi: in obauditu auris obauduit mihi. Nos sumus: & de iustitia nihil habemus? Omnino habemus. Quati sumus ex eo quod habemꝰ: vt non ꝑdamꝰ quod habemus. Ergo & hoc tertiū iam agitur in nobis. Justificati sumus: sed ipsa iustitia cum ꝓficimus crescat. Et quomō crescat dicam: & vobiscum quodāmodo conferam: vt vnusquisq; vestrū iam in ipsa iustificatiōe constitutus: accepta scilicet remissione peccatorū per lauacrū regenerationis: accepto spiritu sancto: proficiens de die in diem: videat vbi sit: accedat: prosciat & crescat donec consumek: nō vt finiatur: sed vt perficiak. Incipit homo a fide. Quid pertinet ad fidē? Credere. Sed adhuc ista fides discernatur ab immūdis spiritibus. Ad fidem quid pertinet? Credere. Sed ait apostolus iacobus: Et dęmones credunt: & cōtremiscūt. Si tantū credis & sine spe viuis: vel dilectionem nō habes: & dęmones credunt & cōtremiscunt. Quid magnū est? Dicis christum filium dei: hoc dixit petrus: et audiuit: Beatus es symō bariona: hoc dixerunt & dęmones: audierūt: obmutescite. Ille beatus. Dicak ei: Quia nō reuelauit tibi caro & sanguis: sed pater meus qui in cęlis est: Illi autē audiūt: obmutescite: & hoc dicūt & repellunk. Una vox est: sed dominꝰ radicem interrogat: nō florem. Unde dicak ad hebręos: Ne q̄ radix amaritudinis sursum germinans molestet: & per illam cōtaminētur multi. Prius ergo discerne fidem tuam a fide dęmonis. Unde eā discernis? Dęmones hoc dixerunt timendo: petrus amādo. Adde ergo fidei spem. Et quę spes est nisi de aliqua cōscientę bonitate? Spei q̄ ipsi adde charitatem. Desuper eminentem viam habemus: dicēte apostolo: Supereminentē viā vobis demonstro. Si linguis hominū loquar & angelorū: charitatē autem nō habeā: factus sum velut gramen tum sonans: aut cymbalum tinniēs: et cętera narrat bona: & sine charitate nihil prodesse cōfirmat. Manent ergo hęc: fides: spes: charitas: Maior aūt horum est charitas. Sectamini charitatem. Discernite ergo fidem vestrā. Jam estis de prędestinatis: vocatis: iustificatis. Paulus apostolus dicat: Neq; circumcisio aliquid valet: neq; prępucium: sed fides. Dic adhuc apostole: adde: discerne: quia & dęmones credunt et cōtremiscunt: ergo adde: Dęmones enim credunt & cōtremiscunt quod oderunt. Distingue apostole & circūcide fidē meā: & discerne causam meā de gente non sancta. Plane distinguit: discernit: circumcidit. Et fides inquit quę per dilectionem operatur. Unusquisq; ergo fratres mei ispiciat se in D eo: & pēdat se: ꝓbet se in obꝰ factis suis: bonis opibꝰ suis: q̄ faciat cū charitate: nō expectās retributionē temporalē: & ꝓmissū dei: faciem dei. Non est quicquid deus tibi ꝓmittit: valet aliquid prętер ipsum deum. Diuino me non satiaret deus: nisi promitteret mihi seipsum deum. Quid est tota terra? Quid est totū mare? Quid est totum cęlū? Quid sunt omnia sydera? Quid sol: quid luna: quid exercitus angelorum? Omniū istorum creatorē scio: ipsum sitio: ipsum esurio: ipsi dico: Quoniā apud te est fons vitę. Quid mihi dicit? Ego sum panis vitę qui de cęlo descendi. Esuriat et sitiat peregrinatio mea vt satietur. Prętentia mea arridet mundū: multis rebus pulchris: fortibus: variis: pulchrior est ille qui fecit: fortior & clarior: ille qui fecit: suauior: ille est qui fecit. Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Fides ergo quę ꝑ dilectionem operatur si est in vobis: iam pertinetis ad prędestinatos: vocatos: iustificatos: ergo crescat in vobis. Fides enim quę per dilectionem operatur: sine spe esse non potest. Cum autem venerimus: iam erit ibi fides? Dicetur nobis: crede? Non vtiq; Videbimus enim: contemplabimur enim. Pulcritudinem filij dei sumus. & nondum apparuit quod erimus. Quia nōdum apparuit: ideo fides. Filij dei sumus ꝓdestinati: vocati: iustificati. Filij dei sumus: & nondum apparuit quod erimus. Modo ergo fides: antequā appareat quod erimꝰ. Scimus q̄ cum apparuerit similes ei erimus. Numquid q̄ credidimus? Non. Quare ergo? Quoniā videbimus cum sicuti est. Quid spes erit ibi? Spes iam nō erit: quando erit res. Et esi ipsa spes peregrinatione necessaria est: ipsa est quę cōsolatur in via. Thator enim

Pſ.17. Iacobi.2. Matth.16. Marci.1. Heb.12. 1.Cor.13. Pſ.35. Joh.6. 1.Joh.3.

quando laborat ambulādo: ideo laborem tolerat: qz peruenire sperat. Tolle illi spem veniendi: continuo frangūtur vires ambulandi. Ergo ꝛ spes quę hinc est: ad iustitiā pertinet peregrinatiōi nostrę. Ipsum apo-
Ro. 8. stolum audi: Adoptionē inquit expectantes: in nobismetipsis ingemiscim⁹ adhuc. Vbi ē gemitus iam nō potest dici illa fęlicitas de qua scriptura dicit: Trāsijt labor ꝛ gemitus. Ergo adhuc inquit in nobismetipsis ingemiscimus: adoptionē expectantes redemptionē corporis nostri. Adhuc ingemiscimus. Quare? Spe em̄ salui facti sumus. Spes autē quę videtur nō est spes. Si em̄ videt quis quid sperat? Si autē qđ non videmus speramus: per patientiā exspectamus. In hac ergo patiēna martyres coronabantur: desiderabant quę nō videbant: cōtemnebāt quę ferebāt. In hac spe dicebant: Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio: an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an gladius?
Ps. 43. Quia propter te inquit mortificabimur to
Ro. 10. ta die. Propter te. Ubi est: Beati qui nō viderunt ꝛ crediderunt? Ecce vbi est: In te est: quia ꝛ fides ipsa in tepso est. An fallit
Ps. 3. nos apostolus: qui dicit habitare christum per fidem in cordibus nostris? Modo per fidem: nunc per speciē: modo per fidem ꝙ
2. Cor. 5. diu in via: ꝙdiu in peregrinatione. ꝙdiu em̄ sumus in corpore: peregrinamur a domino. Per fidem em̄ ambulamus: non per speciē. Si hoc est fides: quid erit species?
1. Cor. 13. Audi quid erit: Ut sit deus oīa in omnibus. Quid est oīa? Quicquid hic quęrebas: quicqđ hic pro magno habebas: ipse tibi erit: quicqđ hic volebas: quicquid hic amabas: manducare ꝛ bibere: ipse tibi erit cibus: ipse tibi erit ꝛ potus: quicqđ hic volebas: sanitatē corporis fragilem: transeuntem: ipse tibi immortalitas erit: quicqđ hic quęrebas: diuitias amare. Quid enim tibi sufficit: si deus ipse non sufficit? Sed quid amabas? Gloriaz: honores. Deus tibi erit gloria: cui et modo dicit: Gloria mea ꝛ exaltans caput meū. Jam enim exaltauit caput meū. Caput nostrum christus est. Sed quia mirario: quia caput ꝛ cętera membra: tunc erit deus oīa in omnibus. Hoc modo credimus: hoc modo speramus: cū venerimus: tenebimus: ꝛ iam visso erit: non fides: cū venerimus tenebimus: ꝛ iam reo erit: nō spes. Charitas quid? Nunquid et ipsa modo est: ꝛ tunc nō erit? Si amamus credendo ꝛ nō videndo: quomodo amabimus videndo ꝛ tenēdo? Ergo charitas erit sed perfecta erit: sicut apostolus ait: Fides
1. Cor. 13. spes: charitas: tria hęc: maior aūt horū charitas. Hanc habentes et in nob nutriētes: securi illo adiuuante perseuerātes in eo dicam⁹: Quis nos separabit a charitate chri
Ro. 8. sti: donec ipe misereat? Tribulatio: an angustia: an fames: an nuditas: an periculū: an gladius? Quoniā ꝓpter te mortificabi
Ps. 43. mur tota die: deputati sumus vt oueo occisionis. Et quis suportat? Quis oīa tolerat? Sed in his oībus superam⁹. Unde? Per eum qui dilexit nos. Ergo si deus pro nobis quis contra nos?

¶ De verbis Apostoli: Humanū
Ro. 6. dico ꝓpter infirmitatem carnis vestrę: Sermo ¶ XVII

In Esterno die de iustificatiōe nostra A quę nobis ē a domino deo nostro ermo productus est: ministrāb⁹ nobis dostante illo: audientib⁹ vobis: ꝛ cū simus in hac vita onerati sarcina corruptibilis carnis: nō vtiq; sine peccato: Quia si
1. Joh. 1. dixerimus quia peccatū nō habemus: nosipsos seducimus: ꝛ veritas in nobis nō est. Justificatos tamē nos esse scim⁹ modū peregrinatiōis nostrę viuēteo ex fide quousq; fruamur specie: clarust quātū arbitror: charitas vestra. Incipit ergo a fide: vt perueniatur ad speciem: via curritur: patria quęritē: In peregrinatiōe dicit anima nostra:
Ps. 37. Quoniā ante te ē oīe desiderū meū ꝛ gemit⁹ meus a te nō est absc̄dit⁹: In patria vero nullus orādi locus erit: sed tantū laudādi. Quare orādi loc⁹ nullus erit? Quia nihil deest. Quod hic creditur: ibi videt: qđ hic speratur: ibi tenebit: quod hic petit: ibi accipitur. Perfectio tamen in hac vita nulla est: ad quā sancti martyres peruenerūt: Jdeoq; habet ecclesiastica disciplina qđ fideles nouerunt: cum martyres eo loco recitātur ad altare dei: ibi nō pro ipsis orēt: pro cęteris aūt cōmemoratis defunct⁹ orētur. Jniuria est em̄ pro martyre orare: cui⁹
4. Esa. 26. 45. act. 5. nos debemus orationibus cōmendari: Certauit em̄ contra peccatū vsq; ad sanguinē.

Quibusdam vero adhuc imperfectis ⁊ tamen ex parte iustificatis: ad hebreos dicit
Heb.12. apostolus: Nondum enim vsq; ad sanguinē pugnastis: aduersus peccatum certantes. Si ḡ illi nōdum vsq; ad sanguinē: proculdubio aliqui vsq; ad sanguinem. Qui vsq; ad sanguinem? Vtiq; sancti martyres: de quibus lectio sancti apostoli iacobi modo
Iacobi.1. audita est: Omne gaudiū existimate fratres mei cū in temptatiōes varias inciderit is. Perfectio iam dicitur qui etiā possunt
Pſ.138. dicere: Proba me domine ⁊ tēpta me. Sci-
Ro.5. entes inquit quia tribulatio patientiā operatur: patientia autē opus perfectum habet. Amāda ē enim iusticia: et in hac iusticia amāda gradus sunt proficientiū. Primus ē vt amori iusticię nō prepōnant omnia quę delectant: ipse est primus gradus. Quid ē quod dixi: vt inter omnia quę delectant: plus te delectet ipsa iusticia: nō vt alia nō delectent: sed pr⁹ ipsa delectet? Delectāt enim quędam naturaliter infirmitatē nostrā vt cibus: vt potus: delectant esurientes at ęq sitientes: vt nos delectat hęc lux quę de cęlo fundit sole exorto: vel quę syderibus ⁊ luna fulget: vel quę in terra accēdit luminib⁹ ꝓlatis tenebras oculoꝝ: delectat canora vox et suauissima cātilena: delectat odor bonus: delectant etiā tactum nostrū quęcunq; pertinent ad carnis aliquā voluptatem: ⁊ hęc omnia quę nos delectant in sensibus corporis aliqua licita sunt. Delectāt enim vt dixi oculos ⁊ spectacula ista magna nature: sed delectant oculos etiā spectacula theatrorum: hęc licita: illa illicita. Psalmus facer suauiter cantatus delectat auditum: sed delectant auditū etiam cantica histrionum: hoc licite: illud illicite. Delectant olfactū flores ⁊ aromata: ⁊ hęc dei creatura: delectāt olfactum etiam thura in ario dęmonioꝝ: hoc licite: illud illicite. Delectat gustatum cibus nō prohibitus: delectant gustatum etiam epule sacrilegoꝝ sacrificioꝝ: hoc licite: illud illicite. Delectāt coniugales amplexus: delectant etiam meretricum: hoc licite: illud illicite. Videtis ergo charissimi in istis corporis sensibus licitas esse et illicitas delectatiōes. Iusticia sic delectet vt vincat etiam licitas delectatiōes: ⁊ ei delectatiōi qua licite delectaris prępone iusticiā. Constituamus ante oculos propter hoc quod dixi exemplum certaminis. Interrogo vtrum ames iusticiam: respondebis: amo. Quod nō responderes veraciter: nisi te aliquatenus delectaret. Nō enim amat nisi quod delectat. Delectare in domino: scriptura dicit: Domin⁹ aūt
Pſ.36. iusticia est. Non enim tibi fingere debes deū quasi idolum. Inuisibilibus similis est deus: ⁊ ea in nobis sunt meliora quę sunt inuisibilia. Melior est fides ꝙ caro: melior ē fides ꝙ aurum: ⁊ melior est fides ꝙ argentum: ꝙ pecunia: ꝙ predia: ꝙ familia: ꝙ diuitię: ⁊ ista omnia videntur: fides nō videtur. Cui ergo similiorē putauimus deum: visibilibus: an inuisibilibus: an pretioso inuisibilibus? De vilioribus loquar. Habes duos seruos: vnum deformē corpore: alium pulcherrimū: sed illuꝝ deformē fidelem: alterū infidelem. Dic mihi quem plus diligas: tvideo te amare inuisibilia. Quid ergo? Quādo plus amas seruum fidelem: licet corpore deformē: ꝙ pulchrum infidelē erasti: ⁊ feda pulchris pręposuisti? Vtiq; nō: sed pulchriora fędis pręposuisti. Contempsisti enim oculos carnis: ⁊ erexisti oculos cordis. Interrogasti oculos carnis: et quid tibi renunciauerūt? Ille pulcher est: ille fędus. Repulisti eos: eorum testimoniū reprobasti: erexisti oculos cordis in seruuꝝ fidelem: ⁊ nō in seruū pulchrum. Illum inuenisti fędum carne: illum pulchrum: sed pronunciasti ⁊ diiudicasti: Quid fide pulchri⁹? Quid infidelitate deformi⁹? Ergo prę omnibus voluptatibus: hoc est delectatiōib⁹ etiam licitis: amanda est iusticia. Si enim habes sensus interiores: omnes illi interiores sensus delectantur delectatiōe iusticię. Si habes oculos interiores vides iusticę lumē: Quoniā apud te est fons vitę: in lu-
Pſ.35. mine tuo videbimus lumen. De illo lumine dicit psalmus: Illumina oculos meos
Pſ.12. ne vnquā obdormiā in morte. Item si habes aures interiores audis iusticiam. Tales aures quęrebat qui dicebat: Qui ha-
Luc.8. bet aures audiendi audiat. Si habes olfactum interius: audis apostolū: Christi bo-
2.Cor.2 nus odor sumus deo in omni loco. Si habes gustatū interius audis: Gustate ⁊ videte quoniā suauis est domin⁹. Si habes
Pſ.33. tactum interius: audi quid sponsa cantet de sponso: Sinistra eius sub capite meo: ⁊
Cant.2.

Dextera eius amplectetur me. Exemplū ergo vt dicere cepersā huius certaminis proponamus. Videamus fratres mei quis nā sit: interroget ⁊ respondeat: quod dicturus sum: vtrum sic delectemur iusticia vt eam ceteris ad hoc sensus corporis pertinentibus delectationibus anteponat. Ecce delectat te aurum tuum: oculos tuos delectat: metallum est pulchrū: fulgentissimū: delectat: pulchrū est nō nego: nam si pulchrū neganero: creatori iniuriam facio. Venit ergo temptator: ⁊ dicit tibi: Tollo tibi aurum nisi dixeris pro me falsum testimoniū: si autē dixeris: addo tibi. Delectātur in te duę delectatōes. Modo interrogo te quid pręponas: quid te plus delectet: aurum an veritas: aurum an verum testimoniū: an hoc lucet ⁊ illud nō lucet? Fides quęritur in vero testimonio. Aurum lucet: fides nō lucet? Erubesce: habeto oculos: quod amabas in seruo tuo: redde domino tuo. Jam dudum eis cum interrogarem de duobus seruis tuis: vno deformi fideli: alio pulchro infideli: quem magis diligeres: respondebas mihi iuste: ⁊ pręponebas quod pręponendū fuit. Redi in te: quia modo agitur de teipso. Certe amasti seruū fidelem. Dominus tuus indignus est si te habeat seruum fidelem: ⁊ tu seruo tuo fideli pro magno quid promittebas: vt multū diligeres summū premiū libertatis. Quid magnus promittebas fideli seruo tuo? Libertatem temporalem. Mōne videmus multos seruientes nō egentes: ⁊ liberos mēdicantes? En exigebas ab eo fidē cui promittebas libertatem: nec ei seruas fidem qui tibi promittit ęternitatem? Longum est per singulos corporis sensus excurrere: sed quod de oculis dixi: hoc de ceteris intelligite: ⁊ pręponite delectationi carnis delectationē mētis. Carnem quippe vestram delectant illicitę voluptates: mentē vestram delectet inuisibilis: pulchra: casta: sancta: canonica: dulcis iusticia: vt non ad eā timore cogamini.

E Si enim ad eam timore cogimini: nōdum delectat. Peccare nō debes: nō timore pęne: ſ amore iusticię. Hinc apostolus dicit: 1.c. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enī exhibuistis membra vestra seruire immunditię ⁊ iniquitati: sic nūc exhibete membra vestra seruire iusticię in sanctificatione. Quid dixi? humanum dico: quod potestis portare dico. Quando exhibuistis mēbra vestra iniquitati ad flagitia perpetrāda: timore adducti estis: an delectatōe inuitati? Quid dicitis? Respōdete nobis: quia et qui bene viuitis male aliquando fortasse vixistis. Quando peccabatis delectabamini in peccatis vestris: timor vos adducebat ad peccandū: an suauitas peccati? Respondebitis: suauitas. Ad peccatum suauitas adducit: ⁊ ad iusticiam timor impingit? Probate vos: inspiciate vos: rollat aurum qui minatur: suauior est iusticia: lucidior ē iusticia. Non det aurum qui promittit: pręponenda auro iusticia: delectando pręponenda est: fulgentior est: lucidior est: suauior est: dulcior est. Jam ergo si quis se probat ⁊ in hoc certamine superauit: audiuit apostolum dicētem: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrę: sine dubio pepercit infirmitati: ⁊ nescio quid gratius minus idoneo dicere temptauit. Ecce inquit hoc dico quod capere potestis: Exhibuistis mēbra vestra deditis illicitis: peccatorum suauitate ducti estis vt illa faceretis: ducat vos ad recta facta suauitas: ⁊ dulcedo iusticię: amate iusticiam quomodo amastis iniquitatem. Digna est a vobis iusticia quę impetret vt exhibeatis illi quod exhibuistis iniquitati: hoc est humanum dico: hoc est quod infirmitas vestra tolerare adhuc potest. Quid ergo suspenait apls? Quid distulit dicere? Quid distulit? Dicam si potero. Apende iusticiam et iniquitatem. Tantū ne digna est iusticia: quātū digna fuit iniquitas? Sic amāda est ista iusticia: quomō amata est illa? Absit vt sic: sed et vtinam vel sic. Ergo plus? Plus oīmo. In iniquitate secutus es voluptatem: pro iusticia tolera dolorē. In iniusticia inquā sectatus es delectationem: pro iusticia tolera dolorē: hoc ē plus. Ecce nescio quis ętatis lubricę impudicus adolescens suauitate illiciente illexit oculos in coniugem alienā: amauit: cupit peruenire: quęrit tamen latere. Sic enī amat voluptatē: vt plus timeat dolorem. Quare quęrit latere? Timet apprehendi: ligari: adduci: includi: pduci: torqueri: occidi. Hęc enī omnia timendo: illa appetitōe suauitatis suę latebras quęrit: aucupatur ab-

sentiam martiti ipsum adiutorē flagicij sui timet inuenire: quia cōscio se formidat implicare: Et vidimus cū suauitate duci: sed suauitas illa nō est tanta vt vincat etiam timorem t dolorem timorēq; pēnarum. Da mihi pulchram iusticiā: da mihi fidei pulchitudinem. Procedat in mediū: ostēdat se oculis cordis: inspiret feruorem amatoribus suis. Jam tibi dicit: Frui me vis: contemne quicquid te aliud delectat: ꝓtemne
Ro.6. pro me. Ecce cōtempsisti: parum ē illi: humanum est hoc propter infirmitatē carnis vestrę. Parum est vt cōtemnas quicquid te delectabat: contemne quicquid te terrebat: cōtemne carcerem: contemne vincula: cōtemne aculeum: contemne tormenta: cōtemne mortē. Hęc vicisti: me inuenisti. In vtroq; gradu amatores iusticię vos proba-
¶ te. Inuenimus forsitan aliquos qui ꝓponant iusticię delectationē voluptatibus et delectatiōi corporis sui: Qui autē pro illa pęnas: dolores mortēq; contemnat: putas est aliquis in vobis? Saltem cogitem⁹ quod profiteri nō audemus. Quid cogitamus? Ubi cogitam⁹? Abilia martyrū adiacent oculis nostris: ipsi veri amatores p-
deficiamus: ⁊ vsq; in finē non deficiamus: sed pfeueremus donec qō seminauim⁹ metamus. Cum esī auersum esset genus humanū a deo ⁊ iaceret in delictis suis: sicut creatore opus habebamus vt essemus: sic saluatore vt reuiuisceremus. Justus damnauit hominē: misericors deus liberat hominē. Deus israel ipse dabit virtutē ⁊ fortitudinem plebi suę benedictus deus. Sed accipiunt credētes: nō accipiunt cōtemnentes. Nec de ipsa fide tamē ita gliandum est quasi aliquid nos possimus. Nō enī fides nihil est: sed magnū aliquid: quā si habes pfecto accepisti. Quid esī habes qō nō accepisti? Videte charissimi: vnde dño deo gratias agatis ne in aliq̄ dono eius ingrati maneatis: ⁊ ppter hoc qō ingrati estis: qō accepistis perdatis. Quo fidei explicari a me nullatenus pōt: sed a fidelibus cogitari pōt. Potes si ex aliqua pte vt dignū est cogitet: quis digne cogitet q̄ multis donis dei ipsi⁹ pferat? Et si minora dei dona in nobis debemus agnoscere: quātomagis illud quod ea superat debemus agnoscere? A deo debemus esse quod sumus? Quia nō nihil sumus: a quo nisi a deo habemus? Sed sunt ⁊ ligna: sunt ⁊ lapides: a q̄ nisi a deo? Hoc g̃ quid plus? Nō viuunt ligna ⁊ lapides: nos aūt viuimus. Sed ad hoc nobis idipsum viuere: cum arboribus frutectisq; cōmune est. Dicunt enī ⁊ vites viuere. Nam si nō viuerēt: nō scriptū esset: Occidit in grandine vineas eo⁹. Viuit cū viret: arescit cum moritur. Sz vita ista nō habet sensum. Quid nos amplius sentim⁹? Quinq; pertitus corpis notus est sensus: Videmus: audimus: olfacimus: gustam⁹: tactu etiā per totum corpus nr̄m mollia ⁊ iudicam⁹ ⁊ dura: aspera ⁊ lenia: calida ⁊ frigida. Est enī in nobis sensus quinq; pertitus: sed hunc habent ⁊ bestię. Habemus g̃ aliquid ampli⁹ nos. Et ista tū quę enumerauimus fratres mei: si cōsideremus in nobis: quantā de his gratiarū actionē: quantam creatori laudē debemus? Sed tū amplius quid habemus? Mentē: rationē: cōsilium: qō nō habent bestię: nō habent volucres: nō habent pisces: in eo facti sumus ad imaginē dei. Denię vbi scriptura narrat: q̄ facti sumus: ibi subiungit vt nos pecoribus nō solū anteponat: sed ⁊ pponat: id est vt ea nobis subiecta sint. Faciamus inquit hominē ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā: ⁊ habeat potestatē piscium mario ⁊ volatiliū cęli: ⁊ omniū pecor̄ ⁊ serpentiū q̄ repunt sup terram. Unde habeat ptātem? Propter imaginē dei. Unde quibusdā dicitur increpando: Nolite esse sicut equus ⁊ mulus in quibus nō est intellectus. Sed aliud est intellectus: aliud ratio. Nam rationē habemus: ⁊ anteq̄ intelligamus: sed intelligere nō valemus nisi rōnem habeamus. Est g̃ animal rōnis capax. Uerū melius ⁊ citius dicā: animal rōnale cui natura inest rōnalis: ⁊ anq̄ intelligat iam rōnem habet. Nā ideo vult intelligere: q̄ rōnem pręcedit. Hoc g̃ vnde bestias antecedimus maxime in nobis excolere debem⁹ ⁊ resculpere quodāmō ⁊ reformare. Sed quis poterit: nisi sit artifex q̄ formauit? Imaginē i nobis dei reformare possumus? Habemus g̃ vt cuncta breuiter reteramus: ipsum esse cū lignis ⁊ lapidibus: viuere cū arboribus: sentire cū bestijs: intelligere cum angelis. Dīgudicamus g̃ oculis colores: auribus sonores: naribus odores: gustu sapores: tactu calores: intellectu mores. Intellige. Omnis bō vult intelligere: nemo ē q̄ nolit. Credere nō oēs volunt. Dicit mihi bō: Intelligā vt credā: Rādeo: crede vt intelligas. Cum g̃ nata inter nos sit cōtrouersia talis quodāmō vt ille mihi dicat: intelligā vt credam: Ego ei respōdeam: imo crede vt intelligas. Cum hac cōtrouersia veniamus ad iudicem: neuter nr̄m pręsumat p̄ sua parte sententiā. Quem iudicē inuenturi sumus? Discussis oīb⁹ hominibus nescio vtrū meliorē iudicē inuenire possim⁹: q̄ hoiem p quē loquit deus. Nō eamus g̃ in hac re ⁊ in hac ꝯtrouersia ad litteras sęculares: nō inter nos iudicet poeta sī ꝓpheta. Beatus apl̄s petrus cū duobus alijs christi dñi discipulis iacobo ⁊ iohāne in mōte cum ipso dño ꝓstitutus: audiuit vocē delatā de cęlo: Hic est filius meus dilectus in q̄ mihi bene cōplacui: ipsum audite. Hō cōmēdās memoratus apl̄s in epla sua dixit: Hanc vocē audiuimus de cęlo delatam: cum essemus cū illo in mōte sancto. Et cū dixisset: Hanc vocē nos audiuim⁹ de cęlo delatā: subiunxit atq; ait: Et habemus certiorē ꝓphetică sermonē. Sonuit illa vox de cęlo: certior ē ꝓphetica sermo. Attēdite charissimi adiuuet dño ⁊ voluntatē meā ⁊ expectationē

Ps. 67.

Ps. 31.

Matth.

2. Petri

Ps. 77.

Gen. 1.

B

L

vestrā: vt dicam qđ volo: quō volo. Quis eīs nostrum nō miretur: Delata voce de cē lo certiorē ꝓpheticum sermonē ab apło dictum esse: Certiorē sanē dixit: certiorē: non meliorem: nō veriorē. Tam enim verus ille sermo de cēlo: q̄m sermo ꝓphet̄icus: tam bonus: tam vtilis. Quid est ḡ: Certiorē: nisi in quo magis cōfirmetur auditor? Quare hoc? Quonīā sunt homines infideles: qui sic detrahunt christo: vt dicant eum magicis artibus fecisse quę fecit. Possent ḡ infideles etiam istam vocē delatam de cēlo: p cōiecturas humanas t illicitas curiositates ad magicas artes referre. Sed ꝓphetę antea fuerunt: nō dico ante istam vocem: sed ante christi carnem. Nondum erat hō christus quādo multi ꝓphetas. Quisquis eum dicit magum fuisse: si ergo magicis artibus fecit vt coleretur t moreretur: nūquid magus erat anteq̄ natus? Ecce quare ait apłs petrus: Habemus certiorē ꝓpheticū sermonem. Vox de cēlo qua fideles admonentur: ꝓphet̄icus sermo quo infideles cōuincantur. Intellexerimus quantum mihi videtur charissimi quare dixerit apłs petrus: Habemus certiorē ꝓpheticū sermonem: post vocem de cēlo delatam. Et ipsa christi quanta dignatio. Petrus iste qui sic loquit piscator fuit: t modo magnam laudem habet orator si potuerit ab illo intelligi piscator. Propterea ꝑmis christianis lo- 1.Cor.1
quens apłs paulus ait: Videte vocationē vestram fratres: quia nō multi sapientes scōm carnem: nō multi potentes: nō multi nobiles: sed infirma mundi elegit deus vt cōfundat fortia: t stulta mundi elegit deus vt cōfundat sapientes: t ignobilia mundi t cōtemptibilia elegit de⁹: t ea quę nō sunt vt ea quę sunt euacuarentur. Si eīs eligeret christus primitus oratorem: diceret orator: Eloquentię meę merito electus sum. Si eligeret senatorem: diceret senator: Dignitatis meę merito electus sum. Postremo si primus eligeret imperatorem: diceret imperator: Potestatis meę merito electus sum. Quiescant t differantur isti: paululū quiescant: nō omittantur: nō contemnantur: sed aliquātulum differantur: quo possint gloriari de semetipsis i semetipsis. Da mihi inquit illum piscatorem: da mihi idiotam: da mihi imperitū: da mihi eum cum quo nō indignatur loqui senator: nec quādo emit piscē: ipsum inquit da. Hunc si impleuero manifestum erit qđ ego facio: Ḥḡ t senatorē t oratorē t imperatorē ego sum factur⁹: qlicunq̄ factur⁹ ego t senatorē: sed certius ego piscatorem. Potest senator gloriari de semetipso: potest orator: potest imperator: nō potest nisi de christo piscator. Veniat propter docendam humilitatē salubrem: primo veniat piscator: per seipsum melius adducitur imperator. Adhementote ergo piscatorē sanctum: iustum: bonū: christo plenum: ad cuius missa per mundū retia captendas cū cęteris etiā apostełis iste prinuit. Ergo memētote eum dixisse: Habemus certiorē ꝓpheticum sermonē. Da mihi ergo ad illā cōtrouersiam iudicē ꝓpheram. Quid inter nos agebatur? Tu oracebas: intelligam vt credam: ego dicebā: vt intelligas crede. Nata ē cōtrouersia: veniamus ad iudicē: videlicet ꝓpheta: imo vero deus iudicet per ꝓpheram. Ambo rogemus. Quid ambo dixerimus auditum D
est. Intelligā inquis vt credam: crede inq̄s vt intelligas. Respōdeat ꝓpheta: Nisi credideritis: nō intelligetis. Putatis aūt charissimi nihil dicere etiā illū q̄ dicit: Intelligam vt credam? Quid enī nunc agimus: nisi vt credant: nō qui nō credunt: sed qui adhuc parum credūt? Nam si nullo modo credidissent: hic nō essent. Fides eos adduxit vt audīrēt: fides eos fecit p̄sentes verbo dei: sed ipsa fides quę germinauit irriganda est: nutrienda est: roborāda est. Hoc Esa.7.
est qđ agimus. Ego inquit plantauit: apollo rigauit: sed deus incrementū dedit. Ita q̄ neq̄ qui plantat est aliquid: neq̄ qui rigat: sed qui incrementū dat deus. Loquendo: docendo: suadendo: hortando: plantare possumus t rigare: nō autē incrementū dare. Roueat aūt ille cum quo loquebatur: qui fidei suę germinantt t adhuc infirmę t ex magna parte titubanti: nō tamen nullę fidei sed alicui fidei adiutorē orabat: cui dicebat: Credo dñe. Modo cū euāgelium legeret auditio. Si potes credere ait domin⁹ iesus patri pueri: si potes credere omnia possibilia credenti. Et ille intuens semetipsum: et positus ante semetipsum: nō habens temerariā cōfidentiam: sed prius discutiens cōscientiā: vidit in se esse aliquam fidem: vidit t titubationē: vtrūq̄ vidit. Vnum habere se cōfessus est; t altero 1.Cor.3.
Marci.9.

adiutorium postulauit. Credo inquit domine. Quid sequebatur: nisi adiuua fidem meam? Non hoc dixit: Credo domine: video hic aliquid vnde non mentior: Credo: verum dico: sed video hic etiam nescio quid quod mihi displiceat. Starevolo: sed adhuc nuto. Stans loquor: nō cecidi quia credo: sed tamen adhuc nuto: adiuua mee dubitatē meam. Ergo charissimi ⁊ ille quē ꝓtra me cōstituī ⁊ ꝓpter cuius controuersiā inter nos natā ꝓphetā iudicem postulaui: nō nihil dicit: etiam ipse cū dicit: intelligam vt credam. Nam vtiq; modo qō loquor: ad hoc loquor: vt credāt qui nōdum credunt: ⁊ tamē nisi qō loquor intelligant: credere non possunt. Ergo et aliqua parte verum est qō ille dicit: intelligam vt credā: ⁊ ego qui dico sicut dicit ꝓpheta: immo credo vt intelligas: verum dicimus: cōcordemus. Ergo intellige vt credas: crede vt intelligas. Breuiter dico: quō vtrūq; sine cōtrouersia accipiamus. Intellige vt credas verbū meū: crede vt intelligas verbū dei.

Jacobi, 5. ¶ De verbis beati Jacobi: Ante oia nolite iurare: Sermo ¶ XXVIII

A PRima lectio quę nobis hodie recitata est: apostoli iacobi oblata nobis est ad disserēdum: ⁊ quodāmō indicta. Intentos eñ nos fecit: admonēs
Ubi s. ante oīa ne iuretis. Difficilis quęstio est. Hoc peccatum quem nō reum teneat: si iurare peccatum est? Nam periurium peccatum esse ⁊ grande peccatū nemo dubitat: sed nō ait apostolus ō cuius lectiōe tractamus: Ante oīa fratres mei nolite piurare: sed nolite iurare. Præcessit etiam ipsius domini iesu christi in euangelio similis admo-
Matth. 5. nitio. Audistis inq̄t qz dictū ē antiq̄s: Nō pirabis: ego autē dico vobis: Nolite iurare neq; p cęlū: qz sedes dei ē: neq; p terram: quia scabellum est pedum eius: neq; p caput tuum iurabis: quia nō tibi est potestas facere vnū capillum album aut nigrū. Sit autē sermo vester est est: nō nō: si quid amplius a malo est. Huic dominicę admonitiōi memorata apostoli lectio oīno sic cōgruit: vt nihil aliud insisse videat: quia
Jacobi. 5. nullus alius hoc dixit: q̄n ille qui p apostolum dixit: Ante omnia inquit fratres mei nolite iurare: neq; per cęlum: neq; per terram: neq; aliud qōcunq; iuramētum: Sit autē sermo vester est est: nō nō: nisi qō iste addidit: ante oīa: ex quo multuz fecit intentos: auxitq; difficultatē quęstiōi. Inuenimus eñ iurasse sanctos: iurasse primitus ipsum dominū in quo nō est oīno peccatum. Jurauit dominus ⁊ nō pęnitebit eū: Ps. 1. tu es sacerdos in ęternum scōm ordinē melchisedech. Eternitatem sacerdotij filio cum iuratiōe ꝓmisit. Habes etiā: Per memet- Gen. 22 ipsum iuro dicit dominus. Et illud iuratio est: Juro ego dicit dominus. Quomō homo per deum: sic deus per seipsum. Nō est ergo peccatum iurare: sed durum malū est hoc dicere. Et quoniā dixim⁹ deum iurasse: q̄ blasphemū est hoc dicere? Jurat deus qui peccatum nō habet. Non est q̄ peccatum iurare: sed magis peccatum ē peierare. Fortasse quis dicat nō esse proponen- B dum de domino deo iuratiōis exemplum. Deus eñ est ⁊ forte illi soli competit iurare qui non pōt peierare. Homines eñ falsum 22. q. 2. iurant: vel cum fallunt: vel cum fallūtur. 5. sen. 6. 37. dis. Aut putat homo verum esse quod falsum est ⁊ temere iurat: aut scit vel putat falsum esse: ⁊ tñ ꝓuero iurat: ⁊ nihilominus cū sce lere iurat. Distant aūt ista piuria q̄ duo cō memorauī. Fac illū iurare q̄ verū putat esse ꝓ q̄ iurat: verū putat esse ⁊ tñ falsū ē. Nō ex animo iste periurat: fallitur: hoc ꝓ vero habet qō falsum est: nō pro re falsa scięs iuratiōnē interponit. Da aliū: qō scit falsū esse ⁊ dicit verum esse: ⁊ iurat tanq̄ verū sit qō scit falsum esse: Videtis q̄ ista detestanda sit belua: ⁊ de rebus humanis exterminanda? Quis eñ hoc fieri velit? Oēs homines talia detestantur. Fac aliū: putat falsum esse ⁊ iurat tanq̄ verum sit: ⁊ forte verū est: Verbi gra vt intelligatis: Pluit in illo loco: interrogas hominē ⁊ putat nō pluisse: ⁊ ad negocium ipsius cōpetit vt dicat pluit: sed putat non pluisse: dicatur ei: Vere pluit? Vere ⁊ iurat: ⁊ tñ pluit ibi: sed ille nescit ⁊ putat nō pluisse: periurus est. Interest: quēadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguā nō facit: nisi mēs rea. Quis est aūt qui nō fallatur: ⁊ si noluit fallere? Quis homo est nō surrepat fallacia? Et tamē iuratio ab ore nō discedit: frequentatur: plura sunt plerūq; iuramēta q̄ verba. Si discutiat hō quotiēs iuret ꝓ totum diem: totiēs se vulneret: quotiēs gladio linguę feriat et trasfigat: quis in illo

locus inuenitur sanus? Quia ḡ graue peccatum ē peierare: cōpendium nōi dedit scriptura: Noli iurare. Quid nōi dicitur? sum homo: verum iura? Ecce verū iura nō peccas: si verū iuras nō peccas. Sū homo inter temptatiōes positus: carne inuolutus: calcāo terram sub terra: dum corpus quod corrumpitur aggrauat animā: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensū multa cogitantē: inter ista multa tua cogitata incerta: volatica: coniecturas humanas: fallacias humanas: quando nō subtrepit tibi qō falsum ēt posito in regiōe falsitatis? Dic ergo longe esse a periurio? Jurare noli. Qui enī iurat: aliquando verum iurare pōt: qui autē non iurat: mendacium iurare nunq̄ potest. Juret ergo deus qui iurat securus: quem nihil fallit: quē nihil latet: qui oīno fallere ignorat: quia nec falli potest. Cum enī iurat: se adhibet testem. Quomodo tu cum iuras deum adhibes testem: sic ipse cum iurat se testem adhibet. Tu quādo illum adhibes testem: forte supra mendacium tuum: accipis inuanū nomen domini dei tui. Ne mēdacium iureo: ergo noli iurare. Ipsa est angustia. Periurium præcipitium est. Qui iurat iurta est: qui nō iurat longe est. Peccat ⁊ grauiter qui falsum iurat: non peccat qui verum iurat: sed nec ille peccat qui oīno nō iurat. Sed qui nō iurat ⁊ nō peccat: lōge est a peccato: qui autē verum iurat non peccat: sed prope est ad peccatū. Fac te ambulare in alio loco vbi a parte dextera spaciosa sit terra: nec vsq̄ angustias patiaris: a sinistra præcepo locus est: vbi eligis ambulare? Super finem terre in labio præcipitij: an inde longe? Puto q̄ inde longe. Sic qui ⁊ iurat in fine ambulat: ⁊ ambulat pedibus infirmis quia humanis. Si offenderis deorsum io: si lapsus fueris deorsum io. Et quid te excipit? Periurij pena. Ergo volebas verum iurare: audi cōsilium dei: Noli iurare. Si peccatū esset iuratio: nec in veteri lege diceret: Nō periurabis: reddes autē domino iusiurandū tuum. Non enim peccatum præciperetur nobis. Sed ait tibi deus tuus: Si iurauerio non damnabo: si verū iurauerio nō damnabo: Sed nunq̄d si nō iurauerio damnabo? Duo sunt inquit quę nō damnabo vtiq̄: veram iurationē: ⁊ nullam iurationē: damno autē falsam iurationē. Falsa iuratio exitiosa est: vera iuratio periculosa est: nulla iuratio secura est. Scio esse difficilē quęstionē: ⁊ charitati vestrę fateor: semper illam vitauī: Nunc autē cum die dominico debito reddendi sermonis recitaretur eadēm lectio: diuinitus mihi inspiratum esse credidi vt inde tractarē. Dic me dicere deus voluit: hinc vos audire. Obsecro ne cōtemnatis: obsecro vt cor stabiliatis: linguę mobilitateo mutetis. Nō frustra est oīno: non vacat q̄ cum eam vt dixi quęstionē semper deuitare voluerim: imposita est necessitati meę: vt imponatur charitati vestrę. Vt noueritis verum iurare non esse peccatum: inuenimus ⁊ apostolum paulum iurasse: Quotidie morior per vestram gloriā fratres: quā habeo in christo iesu domino nostro. Per vestraz gloriā iuratio est. Non enim sic ait: Per vestram gloriaz morior: quasi vestra gloria me facit mori: quomō si diceret: per venenū mortuus est: per gladium mortuus est: per bestiam mortuus est: per inimicum mortuus est: id faciente inimico: faciēte gladio: faciente veneno ⁊ similia: non sic dixit p vestrā gloriā. Ambiguitatez grecus sermo dissoluit. Inspicitur in epistola greca: ⁊ inuenitur ibi iuratio quę nō ē ambigua. μὰ τὴν ὑγείαν ὑμῶν ἀδελφοί ἣν ἔχω ἐν ὑμῖν ἐν τῷ κυρίῳ ἡμῶν. Ubi dixerit grecus iurat. Quotidie audit grecos ⁊ q̄ greci nostis μὰ δόξην. Quādo dicit μὰ δόξην. Jurato est p deū μὰ δόξην. Ergo nemo dubitet iurasse apostolum paulū cum dixit: Per vestram gloriā fratres. Et ne putemus eum per humanā gloriam iurasse: quam habeo in christo iesu domio nostro. Et alio loco iuratio protulit certa ⁊ expressa: Testem deum inuoco super animā meam: quia parcens vobis nōdum veni corinthum. Et alio loco ad galatas: Quę autē scribo vobis: ecce coram deo quia non mentior. Intendite quęso ⁊ aduertite: ⁊ si nō tam plausibilis sermo vobis sit propter angustias quęstionis: vtilis tamen est si ad viscera vestra perueniat. Ecce iurauit apostolus. Non vos fallant qui nescio quomodo volentes ipsas iurationes discernere vel potius nō intelligere: dicūt nō esse iurationē quando dicat homo: Scit deus: testis est deus: inuoco deum super animā meam verum me dicere. Jnuocauit inquit deum: testem fecit deum. Nunquid iurauit? Qui hęc dicunt: nihil aliud volūt

nisi invocato deo teste mentiri. Ita ne vero quisquis eo praui cordis ⁊ peruersi cordis: si dicas per deum: iuras: si dicas testis est deus: nō iuras? Quid est ergo: per deū: nisi testis est deus? Aut quid est: testis est deus: nisi per deum? Quid est autē iurare: nisi ius reddere deo quando per deum iuras: ius saluti tuę reddere quando per salutem tuā iuras: tuo filio tuo reddere qđ per filios tuos iuras? Quod aūt ius debemus saluti nostrę: filio nostri: deo nostro: nisi charitatis: veritatis: ⁊ non falsitatis? Adhuc autē per deum cum sit: ipsa ē vera iuratio: quia ⁊ cum dicat quisq; per meā salutem: salutē suam deo obligat: quando dicit: per filios meos: opignerat deo filios suos: vt hoc veniat in caput eorum qđ exit de ore ipsius: si verum verum: si falsum falsum. Cum ergo filios suos: vel caput suū: vel salutem suam quisq; in iuratiōe nominās: quicquid nominat obligat deo: quātumcūq; quādo peierat per ipsum deum? Timet ergo falsum iurare per filium suum: ⁊ nō timet falsum iurare per deū suum: Fortassis hoc dicens in animo suo: Timeo per filium meū falsum iurare ne moriatur: deꝰ autē qui nō moritur: ⁊ si falsum per eum iuretur quid mali cōtingit? Bene quidem dicis: nihil mali cōtingit deo quando falsum iuras per deum: sed cōtingit mali multum tibi qui fallis proximū cui testem adhibes deum. Sed aliquid teste filio tuo faceres: ⁊ amico vel ꝓximo tuo vel cuilibet homini diceres: nō feci: ⁊ tangeres filio tuo caput: quo teste fecisti ⁊ diceres: per huius salutē quia nō feci: exclamaret forte filiꝰ tuus sub paterna manu tremens: nec tamen paternam manū: sed diuinam tremens: noli pater: nō tibi vilis sit saluus mea: deum super me invocasti: ego te vidi: fecisti: noli peierare: te quidem habeo genitorem: sed plus ⁊ tuū ⁊ meū timeo creatorē: Sed quia deus quādo per eum iuras: nō tibi dicit: Ego te vidi noli iurare: fecisti: ſ times ne te iste occidat: tu te ante occidis. Quia ḡ non dicit ego te vidi: putas quia nō vidit? Et vbi est qđ dicit: Tacui tacui: nunquid semper tacebo? Et tamē ꝓpriꝰq; dicit: Ego te vidi: ſ aliter quando vindicat in periurū: sed nō in officio vindicat: ideo homines educātur ad exemplum. Ego scio ille mihi falsum iurauit ⁊ viuit: ille tibi falsum iurauit ⁊ viuit: falsum iurauit ⁊ viuit: ille falsum iurauit tu falleris. Si ⁊ tu oculos haberes vnde mortem huius videres: si ⁊ tu in eo qđ est mori ⁊ non mori nō falleris: videres huius mortem. Et modo intende scripturam: ⁊ ibi inuenies iacentē quem putas viuentē. Quia pedibus ambulat: quia manibꝰ cōtrectat: quia oculis videt: ⁊ audit auribus: officijs ceteris membrorū satis vtitur: viuentē putas: Viuit sed corpus eius: mortua est aūt anima eius: mortuū est quod melius ē. Viuit habitaculū: mortuus habitator. Quomodo inquies cum viuebat corpꝰ mortua est anima: cum corpus nō viueret nisi vuificatum ab anima? Quomō ergo mortua ē anima de qua viuit corpus? Audi ergo ⁊ dice: Corpus hominis creatura dei est: ⁊ anima hominis creatura dei est. De anima deo viuificat carnem: ipsam item animā vuificat de seipso non de seipsa. Vita ḡ corporis anima est: vita animę deus est. Aboritur corpus cum recedit anima: moritur ḡ anima si recedit deus. Recedit anima cum corpus percutitur gladio: ⁊ putas quia nō recedit deus cum ipsa anima feritur periurio? Vis videre quia mortuus ē de quo loqueris? Lege scripturam: Qui quod mentitur occidit animā. Sed tu ꝓsentē deum vltorem putas: si ille qui te iuratione falsa deceperit cōtinuo expiret. Si expiret ante oculos tuos: expirauit caro ipsius. Quid est expirauit? Caro ipsius spiritū quo vuificabatur eiecit. Hoc ē expirauit exclusō spiritu quo viuebat caro. Peierauit: exclusit spiritū quo viuebat anima. Expirauit sed nescis: expirauit sed nō vides. Carnem enī iacentem sine anima vides: animā miserā sine deo videre nō potes. Crede ergo: adhibe oculos fidei. Nemo periurus impunitꝰ: prorsus nemo: cum illo est pęna sua. Si haberet in cubiculo suo tortorem carnis punitus esset: habet in secreto cordis sui tortorē cōscientię suę ⁊ impunitus vocatur? Et tamen quid dicis? Viuit: gaudet: luxurietur qui mihi mentiēdo iurauit. Quid est ꝙ me mittis ad inuisibilia? Quia ⁊ ipse deus per quem iurauit inuisibilis ē. Iurauit per inuisibilem: feritur pęna inuisibili. Sed viuit inquit et quodammodo ſcatet et bullit luxurijs. Si docta est ꝙ ſcatet luxurijs: ꝙ

s. sm. dof. 19. ca. dic qr iur

Psa. 8.

bullit iurator: vermes sūt animę mortuę. Deniq; omnis homo prudens qui talem iuratōr periurū arrēdit: sano cordis oculo auertit se: nō vult intueri: nō vult videre: non vult audire. Unde se ista sanitas auertit nisi quia putet animā mortuā? Ite iuuenes ergo audite fratres mei: cōcludam sermonem: figens in cordibus vestris curam salubrem: Ante omnia nolite iurare. Quare ante omnia? Si magnū est facinus peierare: nulla aūt culpa est verū iurare: quare ante omnia nolite iurare? Debuit enim dicere: ante omnia nolite peierare. Ante omnia inquit nolite iurare. Jurare enim peius est q̄ furari? Jurare peius est q̄ adulterare? Nō dico falsum iurare: iurare dico: iurare peius ē q̄ hominē occidere? Absit. Hominē occidere: adulterari: furari peccatum est. Jurare nō est peccatum: sed falsum iurare peccatū est. Quare ergo ante omnia? Jsto verbo qō ait: Ante oīa: cautos nos facit aduersus linguam nostram. Ante omnia ait: vt attendatis: pę cęterio: vt vigiletis ne surrepat vobis consuetudo iurandi. Tanquam in specula ita te posuit cōtra te: ante omnia leuauit te super cętera vnde te attendas. Cōsidera enim te iurare per deum: per christū occido illum: & hęc quotiēs per diem: quotiens per horam? Non aperis os: nisi a tali iuratione. Nolles vt diceret tibi ante omnia: vt te aduersus cōsuetudinem intentissimū redderet: vt omnia tua inspiceres: omnes motus linguę tuę diligentissime custodires: esses custos malę consuetudinis tuę? Ad eā restringēdā: audi ante oīa. Dormientibus pungo: ante omnia spinas admoueo. Quid est ante omnia? Ante omnia vigila: ante omnia intentus esto. Juraui⁹ & nos: passim habuimus istam deterrimā consuetudinem & mortiferam. Dico charitati vestrę: ex quo deo seruire cępimus: & quantū malam fit in periurio vidimus: timuimus vehementer: & veternosissimā consuetudinem timore frenauimus. Frenata restringitur: restricta languescit: languescens emoritur: & male consuetudini bona succedit.

Deniq; non vobis dicim⁹: nos nō iurare. Si enim hoc dicimus mentimur. Quantū ad me pertinet iuro: sed quantum mihi videtur magna necessitate compulsus. Cum videro non mihi credi nisi faciam: & ei qui mihi non credit nō expedire quod non creditur: hac perpensa ratione & consideratione libbata: cum magno timore dico: Loquam deo: aut testis est deus: aut scit christus sic esse in animo meo: & video quia plus est: id est quia amplius est q̄ est est: non non: sed hoc quod amplius est a malo ē: & si nō a malo iurantis: a malo est non credentis. Deniq; nō ait si amplius facit malus est: & sit in ore vestro est est: nō non: si quis amplius facit malus est: sed sit in ore vestro est est: nō non: quod aūt amplius est: a malo est: sed quęre cuius. Sed tamen aliud habet humana pessima consuetudo. Et cum tibi credat iurato: & cum nemo exigit iuras: & horrentibus hominibus iuras: nō tacens iurando: vt eo sanus non perierando. Vis si forte putatis fratres: quia si sciret apostolus paulus credere sibi galatas adderet iurationē & diceret: Quę aūt scribo vob ecce coram deo qa nō mentior. Videbat ibi eos q̄ credebāt: Videbat & alios q̄ nō credebāt: Ergo noli dicere ei iuro si forte exigit. A malo ē eū qō facit: p illū q̄ exigit. Nam tu quō te purgeo nō habeo: quō satisfaciao negocio qō instat nō inuenio. Sz aliud ē cū exigit iuratio: aliud cū offert: & hoc ipsū qō offertur: aliud cum offert non credenti: aliud cum ventilatur & creditur. Tene ergo linguam & consuetudinem quantum potes: non quomodo quidam quando illud dicit: verum dicis: non credo: non fecisti: nō credo: deus iudicet: iura mihi. Et ipse qui exigit iurationē multum interest si nesat illū falsum iuratum an sit. Si eū nesat: & ideo dicit: iura mihi vt fideo ei fiat: nō audeo dicere nō esse peccatum: tamē humana temptatio est. Si autem scit eum fecisse: & noluit fecisse: vidit fecisse: & cogit iurare: homicida est. Jlle enim suo periurio se perimit: sed iste manum interficientis & expęssit et pęssit. Cum vero aliquis sceleratus fur audit: iura si non tulisti: iura si non fecisti ab eo qui nesat an fecit: ille tunc christiano nō licet iurare: quando ab illo exigitur iusturandum: non licet iurare: christianus sum non mihi licet: Capta talem: auerte te ab illo: dissimula a negocio de q̄ loquebaris: misce alias fabulas & inuenies eū millies iurantem: qui semel iurare noluit. Jstā ergo consuetudinem quotidianā crebā sine causa

nullo erro: quęre: nullo de tuis vbis dubitante iurandi auertite a vobis: amputate a linguis vestris: circũcidite ab ore vestro. Sed ꝓsuetudo est: solet dici. Solet dici qñ nõ dico? hoc ẽ ante omnia. Quid est ante omnia? Pꝛę cęteris cautus esto: plus ad ℔ intentus esto qꝫ ad alia. Maior cõsuetudo maiorẽ intentionẽ flagitat: nõ rei leuis cõsuetudo. Si de manu aliquid facereo: facilius manu tua imperares ne faceret: si pedibus aliquo eundum esset pigricia retardãte: excitares te vt surgereo ꝛ ires: lingua facilitatẽ habet motus: in vdo posita ẽ: facile in lubrico labitur. Quãto illa citius ꝛ faciliꝰ mouetur: tanto tu aduersus illam firmus esto. Domabis si vigilabis: vigilabis si timebis: timebis si christianum te esse cogitaueris. Nam tantũ mali habet iuratio: vt q̃ lapideo colũt timeant falsum iurare ꝑ lapideo: tu nõ times deum ꝑsentẽ: deum viuentem: deum scientẽ: deum manentẽ: deum incõtemptorem vindicantẽ? Claudit ille templũ super lapidẽ: ꝛ it ad domuꝫ suam: ipse super deum suũ clausit: ꝛ tamen quando illi dicitur: iura per iouem: ꝑsentio oculos timet. Et ecce dico charitati vestrę: ꝛ qui per lapidẽ falsum iurat: periurus est. Unde hoc dico? Quia multi ꝛ in ℔ fallũtur: ꝛ putant quia nihil est per quod iurant: nõ se crimine teneri periurii. Prorsus periurus es: quia per idem quod sanctum putas: falsum iuras. Sed ego illum sanctũ nõ puto. Sanctum putat cui iuras. Non enim quando iuras tibi iuras: aut lapidi iuras: sed primo iuras. Hominꝰ iuras ante lapidem: sed nunquid nõ ante deum? Nõ te audit lapis loquentẽ: sed punit te deus fallentẽ. Ante omnia ergo fratres mei obsecro vos: ne sine causa me deus hęc loqui cõpulerit. Dico enĩ ante ipsum: quod dixi sępe me ista quęstionẽ deuitasse: timui ne monẽdo ꝛ ꝓpiciẽdo plus reos facerem nõ auditureo: hodie aũt plus timui ne loq̃ recusarẽ quod loqui iuberer. Quasi vero parꝰ sit fructus fudous huius mei si omes qui mihi acclameuerunt: clament ꝛ contra se ne falsum iurẽt aduersum se: si tot homines qui me attẽtissime audierunt: attenti sint aduersus cõsuetudinẽ suam: ꝛ admoneãt se hodie cũ ad domos suas venerint: cum cõsuetudinẽ suã: id est lapsum linguę repetuerint: admoneat ꝓximus ꝓximũ.

2 2.q.5.ecce dico. 5.seu dis.39. ea dic ẽpist.

hoc ẽ quod hodie audiuimus: hoc ẽ qõ obstricti sum⁹. Nõ fiat hodie: certe cum recẽs sermo ẽ expertus: loquar nõ fiat hodie: pigrius fit cras. Si ꝛ cras factum non fuerit: minus laborante qui custodit: adiuuatur enim cõsuetudine sapiẽtis dicẽ: triduo moritur pestis de qua laboramus: ꝛ gaudebimus de fructu vso: quia magno bono abũdatis: si tamẽ magno malo carebimo. Conuersi ad dominũ.

De verbis beati Johannis: Si diximus quia peccatum non habemus: nosipsos seducimus: ꝛ veritas i nobis nõ est: Sermo xxix

1.Joh.1

Beatissimus Johannes apostolus A
b salubriter ꝛ veraciter scribẽs inter cętera ait: Si dixerimus quia peccatum nõ habemus nosipsos seducimus ꝛ veritas in nobis nõ est: Si autẽ confessi fuerimus peccata nꝛa: fidelis ẽ ꝛ iustus qui dimittat nobis peccata: ꝛ mũdet nos ab oĩ iniquitate. His verbis docuit beatus iohãnes: imo ipse dominus ieſus nõ se tacẽs ꝑ iohannẽ neminẽ in ista carne: in isto corruptibili corpore: in ista terra: in isto maligno sęculo: in ista vita temptationibus plena: neminẽ hic viuere sine peccato. Absoluta sentẽtia est: nec expositore indiget: Si dixerimus quia peccatum nõ habemus. Quis eñ qui nõ habet peccatum? Sicut scriptura dicit: Nec infans cuiꝰ ẽ vita diei vnius sup terram. Talis paruulus peccatum nõ fecit: sed de parentibus traxit. Ergo nullo modo quisq̃ potest dicere non se habuisse peccatum: sed accessit ꝑ fidẽ ad lauacrum regeneratõis homo fidelis: ꝛ oĩa dimissa sunt ei. Jam sub gratia viuit: in fide viuit: membrum christi factus est: templum dei factus est: ꝛ tamẽ sic quomodo membrum christi ꝛ templum dei factus est: si dixerit se non habere peccatum: seipsum seducit: et veritas in eo non est: prorsus mentitur si dicat: iustus sum. Sunt autem quidam inflati vtres: spiritu elationis pleni: non magnitudine ingentes: sed superbię modo tumentes: vt dicere audeant inuenire hominẽ absq̃ peccato. Dicunt ergo iustos prorsus in hac vita nullum habere peccatum. Hęretici autem sunt pelagiani: idemq̃ cęlestiani: qui hoc dicũt. Et cum responsum illis fuerit: quid est quod dicitis: Er-

1.Joh.15

go viuit domo sine peccato: ⁊ nō habet omnino vllum peccatum nec facto nec verbo nec cogitatione? Respondēt de illo superbię vento quo pleni sunt: quē ventum vtinam finirent: reflarentur et tacerent: id est humiles fierēt nō elati: Respondēt inquā prorsus isti: homines sancti fideles dei: nec facto: nec verbo: nec cogitatiōe possunt vllum habere peccatum. Et cum eo dicitur: qui sunt isti iusti qui sine peccato sunt: re-
B spondent ⁊ dicunt: Tota ecclesia. Admirari potuissem: si inuenirem vnum: duos: tres:
Gen.18. decem: quot quęrebat abraam. Abraam enī a cnquagīta vsq; ad decē descendit: tu hęretice respondes ⁊ dicis mihi totam ecclesiā. Unde hoc probas? Probo inquis. Proba rogo te. Magnū enim mihi gaudium affers: si docere poteris totā prorsus ecclesiam in singulis quibusq; fidelibus sine nullum habere peccatū. Probo inquis. Die vnde. Apostolus loquitur. Quid loquitur apostolus? Christus inquit dilexit ecclesiam. Audio: ⁊ apostoli verba esse cog-
Ephe.5. nosco. Abundans eā lauacro aquę in verbo vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiā non habentē maculam aut rugam: aut aliquid huiusmodi. Audiuimus de nube magna tonitrua. Rubeo enī dei apostolus. Verba ista sonuerunt: ⁊ tremere nos fecerunt. Sed dicite nobis anteq; quęramus quomodo ista verba apostolus dixerit: dicite inquā nobis: vtrum vos iusti estis an nō? Respondent. Justi sumus. Ergo nō habetis peccatū? Per oīa dico: per oīa noctes nihil mali facitis: nihil mali dicitis: nihil mali cogitatis? Non audent dicere nihil. Sed quid respondent? Nos quidē peccatores sumus: sed de sanctis loquimur nō de nobis. Hoc vos interrogo: Christiani estis? Nō dico iusti estis. Christiani estis? Non audent negare. Christiani inquit sumus. Fideles ergo estis? Baptizati estis? Baptizati inquit sumus. Dimissa vobis cuncta peccata? Dimissa inquit. Quomodo ergo estis peccatores? Sufficit mihi vnde te repellā. Ideo christiani estis: baptizati estis: fideles estis: membra ecclesię estis: habetis maculas ⁊ rugas. Quomodo ergo est ecclesia isto tempore sine macula ⁊ ruga: cum vos sitis ruga eius ⁊ macula? Aut si nō vultis esse ecclesiam nisi eam quę sine macula ⁊ ruga est: cum rugis vestris ⁊ maculis precidite vos a membris eius: precidite vos a corpore eius. Sed quid adhuc dicam vt se ab ecclesia segregent: cū hoc iam fecerint? Hęretici enī sunt: iam foris sunt: cum tota mundicia sua foris remanserunt. Redite ⁊ audite: audite ⁊ credite. Forte dicturi estis in corde vestro tumido ⁊ inflato:
C Numquid potuimus dicere qz iusti sumus? Necesse vtiq; erat ꝓpter humilitatē: vt diceremus nos peccatores esse. Propter humilitatem ḡ mentiris? Justus es: sine peccato es: sed ꝓpter humilitatē dicis te peccatorem. Quō te accipiam tanq; christianum in alterū testem: quem cōtra teipsum testem falsum teneo? Justus es: sine peccato es: ⁊ dicis te habere peccatum? Testis ḡ falsus es cōtra te. Non accipit deus mēdacem humilitatē tuam. Inspice vitam tuā: vide cōscientiam tuam. Ergo iustus es: sed nō potes nisi dicere te peccatorē. Audi iohannē: ipse tibi repent qō etiam superius
1.Joh.1. veracter dixit: Si dixerimus inquit quia peccatū nō habemus: nosipsos seducim⁹: veritas in nobis nō est. Tu nō habes peccatum: ⁊ dicis te habere peccatum: veritas in te nō est. Quia nō dixit iohānes: Si dixerimus quia peccatum nō habemus: humilitas in nobis nō ē: ꝑ dixit: nosipsos seducim⁹ ⁊ veritas in nob nō est: Ergo mentimur si dixerimus nos nō habere peccatū. Si mendacium timuit iohannes: tu mendaciū non times: vt cum es iustus dicas te esse peccatorem? Quomō ergo te accipiam ad alienam causam testē: qui in causa tua mentiris? Sanctos reos cōstituis: dum cōtra te falsum testimoniū dicis. Quid faciet rus es alteri: q̄ te infamas? Quō alter tuā calumniā deuitabit qū te tuę linguę mendacio reum facis? Item te interrogo alio modo: Justus es aut peccator? Respondeo. Peccator. Mentiris: quia nō quod te esse corde credis hoc ore dicis. Ergo ⁊ si nō eras peccator: esse incipis dum mentiris. Dicis enī. Humilitatis causa nos dicimus peccatores esse: nam deus videt quia iusti sumus. Cum ergo humilitatis causa mentiris: si nō eras peccator anteq; mentireris: mentiendo efficeris quod exitaueras. Veritas in te nō est: nisi te ita dixeris peccatorem vt etiā esse cognoscas: veritas autem ipsa est: vt qō es dicas. Nam quō ē humilitas: vbi regnat falsitas? Postremo omit-

21.q.2.cū humiliatis 4.sen.dis.22. ca.sicut aūt.

Damus iohannis verba: Ecce in corpore ecclesię quam dicis nō habere maculam aut rugam: aut aliquid eiusmodi ⁊ esse sine peccato: ecce veniet hora oratiōis: oratura est tota ecclesia: ⁊ tu quidem fons es: veni ad orationē dñicā: veni ad trutinā: veni dic: Pater nr̄ q̄ es in cęlis. Seqre: Sanctificetur nomē tuū: Adueniat regnū tuum: Fiat voluntas: sicut in cęlo ⁊ in terra: Panem nr̄m quotidianū da nobis hodie. Sequere: ⁊ dic: Dimitte nobis debita nra. Rīde hęretice: quę sunt debita tua. An forte pecuniā mutuā a deo accepisti? Nō inquit. Nō te ḡ ampli⁹ interrogabo de ꝟ. Ipse eīm dñs exponit⁹ ē: quę sint debita quę nob petimus relaxari. Dicamus ḡ sequēcia. Sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Exponat ꝟ dominus. Si enim dimiseritis hominib⁹ peccata: Ergo debita vestra peccata fūt: Dimittet vobis ⁊ pater vester peccata vestra. Redi ḡ hęretice ad orationē: si obstruxisti cōtra verā fidei rationē. Dimitte nob debita nra dicis: an nō dicis? Si nō dicas: ⁊ si presens fuer̄ corpe: fons tū es ab ecclesia. Ecclesię enim oratio est: vox est de magisterio dñi veniēs. Ipse dixit: sic orate discipulis dixit: aplis dixit: ⁊ nob qualescunq; agniculi sumus dixit: arietibus gregis dixit: sic orate. Videte quis dixit: ⁊ q̄bus dixerit. Veritas discipulis: pastor pastorū arietib⁹: sic orate: Dimitte nobis debita nra: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nris. Rex militib⁹: dñs seruis: christus apostolis: veritas hominib⁹ loquebatur: sublimitas humilibus loquebatur. Scio quid in vobis agatur. Ego vos appendo: ego de trutina mea renuncio; plus dico quid in vobis agit. Hoc eīm ego plus q̄ vos scio: dicite: Dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nris. Interrogo te ꝟ iuste: sancte: ꝟ sine macula ⁊ ruga: interrogo te inquā: Oratio ista ex deo est: fidelium est: an catheciminorū? Certe vtiq; regeneratorū est: id est baptizatorū: Postremo q̄ totum fugat filios ē. Nam si nō ē filiorum: qua frōte dicitur: Pater nr̄ qui es in cęlis? Vbi ḡ estis o iusti ⁊ sancti? In mēbris ecclesię huius estis: an nō estis? Vbi oratio: sed iam nō estis ibi. Et vtinam iam pręcepta accepta rōne audiant ⁊ credāt. Ergo si tota ecclesia dicat: Dimitte nobis debita nra: reprob⁹ ē qui hoc nō dicit. Et nos quidē cum dicim⁹ debita nra: quouisq; id q̄ petimus accipiamus reprobi sumus quia petitores sum⁹? Sz q̄ vos nō facitis: nos faciendo: id est peccata nostra cōfitendo mundamur: si tamen faciamus q̄ dicimus: Sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Vbi es ḡ hęretice pelagiane: vel cęlestiane? Ecce tota ecclesia dicit: Dimitte nobis debita nostra. Habet ḡ maculas ⁊ rugas: sed cōfessiōe ruga extenditur: cōfessione macula abluitur. Stat ecclesia in oratione vt mundetur cōfessiōe: ⁊ q̄diu hic viuitur sic stat: ⁊ cum de corpe exierit vnusquisq; dimittuntur ei quę talia habebat vt dimitterētur debita: quia ⁊ quotidianis precibus dimittuntur ⁊ erit mundatus: ⁊ thesaurizat ecclesia in thesauros dñi aurū purum: ac per hoc in thesauros domini ecclesia est sine macula ⁊ ruga. Et si ibi sine macula ⁊ ruga est: hic quid orandum est? Ut venia percipiatur. Quid agit venia? Maculam extergit. Qui ignoscit: rugam extendit. Et vbi extenditur ruga nostra tanq̄ in tendicula magni fullonis? In cruce dñi. In ipsa enim cruce: id est in ipsa tendicula p̄ nobis sanguinem fudit: ⁊ nostis fideles quale testimoniū perhibeat sanguini quē accepistis. Certe enim dicitis: amē. Nostis quid sit sanguis: qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum. Ecce quomodo fit ecclesia sine macula ⁊ ruga: tanq̄ bene mundata in tendicula crucis extēditur: ꝟ hic omīno pōt id agi. Exhibet sibi ecclesiam gloriosam dominus: nō habentem maculam aut rugam. Agit hoc ⁊ hic: exhibet ibi. Hoc enim ait: vt non habeamus maculam aut rugam. Magnus est qui agit: bene curat: doctissimus artifex est. Extendit in ligno ⁊ facit nos sine ruga: quos abluendo fecerat sine macula. Ipse qui venit sine macula ⁊ sine ruga extensus est in tendicula: sed propter nos: non propter se: vt nos faceret sine macula ⁊ ruga. Rogemus ergo eū vt faciat: ⁊ postq̄ fecerit ad horrea nos ducat: ibiq; nos reponat vbi pressorū non erit. Tu ergo qui loquebaris sine macula ⁊ ruga eo? Quid hic facis i ecclesia quę dicit: Dimitte nob debita nostra? Debita se habere confitetur quę relaxentur. Qui non ꝟfitent nō ideo nō habēt: sed ideo eis nō relaxabunt. Cōfessio nos sanat ⁊ vita cauta: vita humilis: oratio cū fide: ꝟtritio cordis:

Ephe. 5.

Matth. 6.

Matth.

Ephe. 5.

lachrymę nō ficte de vena cordis profluentes vt dimittantur nobis peccata sine quibus esse nō possum*: Cōfessio inquā nos
1.Joh.1. sanat: dicente apostolo iohanne: Si cōfiteamur peccata nostra: fidelis est t iustus vt dimittat nobis peccata: t mundet nos ab omni iniquitate. Non autē quia dico q non possum* hic esse sine pctō: homicidia facere debemus: aut adulteria: vel cętera mortifera peccata quę vno ictu perimunt. Talia nō facit bonę fidei t bonę spei christianus: sed illa solā quę quotidiano oratiōis
Jac.5. periculo tergant. Humiles t devoti dicamus quotidie: Dimitte nobis debita nra: sed si faciamus qđ sequit: Sicut t nos dimittimus debitoribus nris. Sponsio hec cum deo vera sponsio t firma cōditio est. Tu homo es: t habes debitorē: t debitor etiā tu es. Accedis ad deum qui habet debitores: t debitor nō est: vt postules tibi debita relaxari. Sed hoc tibi dicit: Ego debita nō habeo: tu habes debita: debes esse mihi sed etiam frater tuus debet tibi. Debitor meus es: habeo t tu debitorē. Debitor meus es: quia peccasti in me: habeo debitorē fratrem quia peccauit in te. Quod fecerio cum debitore tuo: facio t ego cū meo: id est si dimittis dimitto: si teneo teneo. Tu contra te teneo: qui alteri nō dimittis. Nemo ergo dicat se esse sine peccato: sed nō tamē ideo debemus amare peccatū. Oderimus ea fratres t si nō sumus sine peccatis: oderimus tamē ea: t maxime a criminib* nos abstineamus: abstineamus ītum possumus a leuibus peccatis. Ego ait nescio qđ nō habeo peccata: seipsum decipit: t veritas in eo nō est. Protinus ozemus vt deus dimittat: sed faciamus qđ dicit: Dimittamus t nos debitoribus nris: tum dicatur t dimittetur nobis. Quotidie dicimus hoc: t quotidie facim*: t quotidie fit in nobis. Non hic sumus sine peccato: sed exibimus hinc sine peccato.

De verbis beati Johānis: Charissimi: nolite omi spiritui credere: sed probate spiritus si ex deo sunt Et confutatiōe manichęox: Sermo XXXI

1.Joh.4. Beando iohānes apls legebat: audiuim* loquentē p eū spīritūscūs t dicētē: Charissimi: nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex deo sunt. Repeto quia necessarium ē vt repetā t hoc mēbris vtilis: ītum dño adiuuante bemēter inculcem. Charissimi: nolite omni spiritui credere: ꝫ pbate spiritus si ex deo sunt. Quoniā multi pseudo ppbęq; pdierunt in hunc mundū: pręcipit spiritussanctus ne omi spiritui credam*: t causam cur pręceperit dixit. Quę illa causa est? Quoniam multi inquit pseudo ppbęq; pdierunt in hunc mundū. Quisquis ꝫ ista pręcepta cōtempserit: t omi spiritui credēdum putauerit: necesse ē incurrat i pseudo ppbetas: t qđ peius est blasphemet veros ppbetas. Hoc tam existimo pręcepto homo cautus effect* dicturus ē mihi: Audiui: teneo: obtemperare desidero: quia t ego in pseudo ppbetas nolo incurrere. Quis esse hoc velit: a mēdacibus decipi? Si quidē pseudo ppbeta ē mendax ppbeta: da mihi hominem religiosum: nō vult fallere: da mihi hominē impium: sacrilegū: fallere vult: falli nō vult. Cum ꝫ nolint fallere boni: falli aūt nec boni velint nec mali: quis ē qui in pseudo ppbetam velit incurrere? Verba dico ꝑsulētio me: ꝫ vtiq; in pseudo ppbetā nemo nisi inuitus incurrit. Audiui ꝑceptū iohānis: imo dñi p iohannē: Nolite omi spiritui credere. Ecce accipio: ita volo. Addidit t dīc: Sz pbate spūs si ex deo sūt. Unde pbo? Probare vellem: si errare nō possim. Certe nisi pbauero spiritus qui ex deo sūt: incurrā necesse ē in spūs qui ex deo nō sunt: t ex hoc seducar a pseudo prophetis. Quid agam? Quō obseruē? O si sanct* iohānes quō nobis dixit: Nolite omi spiritui credere: sed pbate spūs si ex deo sunt: dicere dignaret: quō pbentur spiritus qui ex deo sunt. Noli esse sollicitus: ex hoc audi. Hinc cognoscit spiritus dei: hoc certe expectabas audire: vt pbares spīt* qui ex deo sunt. Hinc cognoscitur spiritus dei. Johānes dixit: nō ego. Hoc sequitur in lectiōe quā tracto. Cum esset nos ꝓpterea faceret sollicitos t cautos: ne omi spiritui credam* sed pbemus spiritus qui ex deo sunt: quia multi pseudo prophetę pdierunt in hunc mundum: cōtinuo vidit quid desiderare mus: occurrit expectationi: iniecit oculam tacitę cogitatiōi. Gratias deo: quia t hoc p illū loqui dignat* est. Hinc cognoscit spirit* dei. Ea audite: audite: intelligite: discernite: inhęrete veritati: resistite falsitati.

hinc cognoscit spiritꝰ dei. Unde rogo te hoc ē qđ audire cupiebā. Omnis spiritꝰ qui cōfitet iesum christū in carne venisse ex deo ē: Et omnis q nō cōfitet iesum christū in carne venisse ex deo nō est. Interim ḡ charissimi repellite ab auribꝰ vrīs oēm disputatorē: ḡdicatorē: scriptorē: susurratorē: q negat iesū xp̃m i carne venisse. Ergo repellite manichęos a domibus: ab auribus: a cordibꝰ vrīs. Manichęi enī christū in carne venisse aptissime negāt. Spiritus ḡ illorū nō sunt ex deo. Hic video vnde venit lupus obrepere agno: ꝛ ꝑtum valeo deuitandum esse demonstro: Hinc in eo qđ dixi: vel potius ab
1.Joh.4. aplo dictum cōmemoraui: quia omnis spiritus qui negat iesum christū in carne venisse ex deo nō est: insidiat manichęus in hoc verbo ꝛ dicit mihi: Ecce spiritus qui negat iesum christum in carne venisse: ex deo nō est. Unde ē ergo? Si ex deo non ē inquit: vnde ē? Nunquid enim pōt esse nisi aliunde? Si ḡ inquit ex deo non ē: ꝛ aliunde ē: video esse duas naturas. Inuenim⁹ lupum: retia salubria tendamus: venemur: capiamus: captū trucidemus: Trucidemus plane: Moriat error: viuat homo. Ecce in eo qđ dixi capiamus: trucidemus: moriat error: viuat homo: ibi soluitur quęstio. Sed recolite qđ ꝓposui: ne obliti quęstionē nō intelligatis solutionē. Omnis spiritus qui nō confitetur iesum in carne venisse ex deo non ē. Et manichęus cōtinuo: Et vnde ē? Si ex deo non est: aliunde ē. Si aliunde ē: docui esse duas naturas. Hanc quęstionē tenete: ꝛ mēres ad illa mea verba reuocate vbi dixi: capiamus: trucidemus: moriatur error: viuat homo. Error non ē ex deo: homo ex deo ē. Redite ad quęstionē. Omnis spiritus qui nō cōfitetur iesum in carne ve-
Joh.1. nisse ex deo non ē. Dico ꝛ ego: Omnia per
Ps.150. ipsum facta sūt. Omnis spiritꝰ laudet dñm.
¶ Sed si omnis spiritus ex deo est: quō spiritus qui ex deo nō est laudat dominum? Prorsus oīs spūs laudet dñm. Utrūq; video: languidum intelligo: vitium sanetur: natura liberet. Utrūq; natura nō ē: ſ natura inimicam ē. Sana vnde langueo: remanet vnde laudes. Medicina vitia ꝓsequit
1.Joh.4. nō naturam. Omnis qui nō confitetur christum in carne venisse: ex deo nō ē. Inquātum nō confitetur christum in carne venisse: intantū ex deo nō est: quia iste error qui nō confitetur christum in carne venisse ex deo nō est. Fratres quid est q renascimur? Si bene nati sumus: quid ē q renascimur? Natura quę fuerat reparatur: natura quę lapsa fuerat erigitur: natura quę deformis iacebat gratia reformatur. Solus enim creator: solus creator pater: filius: spiritussanctus: sed trina vnitas: vna trinitas: sola illa natura īmutabilis: incōmunabilis: nec defectui: nec ꝓfectui obnoxia: nec cadit vt minꝰ sit: nec transcēdit vt plus sit: ꝓfecta: sempiterna: omnimodo immutabilis: sola illa natura. Creatura vero bona: sed creatori impar valde. Tuis adhęrere diabolo desertori: ſ equare cōtendis cōdita creatori. Agnoscat anima conditionē suam: non est deus. Cum se anima putat deum: offendit deum: nō inuenit saluatorē: inuenit damnatorē: quoniā deus quando animas malas damnat: nō se damnat: ſ autē anima hoc est qđ deus: se damnat. Demus bonorem deo nſo fratres: cui clamamus: Libe- Matt
ra nos a malo: ꝛ succurrer tibi vt in oratiōe inueniaꝫ temptationē: ꝛ dicat tibi: Quid ē qđ clamasti: libera nos a malo? Certe non est malum. Respōde illi: Ego sum malus. Et ſ liberauerit me a malo: ero de malo bonus: liberet me a me: ne incurrā in te: hoc dic manichęo. Si deꝰ liberauerit me a me: nō incurrā in te: quia deus liberauerit me a meo malo: ero bonus. Si bonus ero: sapiēs ero. Si sapiēs ero: nō errabo. Si non errabo: a te decipi nō potero. Liberet ḡ deꝰ me a me: ꝛ nō incurram in te. Adeū est cūvinū vt errē ꝛ credam tibi: quoniā anima Ps.37
mea impleta ē illusiōibus. Non sum mihi ipse lumē: nā ſ essem: nūqđ errassem. Ideo paro dei nō sum: quia substantia dei: natura dei errare nō pōt. Ego autē erro: nam ꝛ tuipse cōfiteris. Sapientē te dicis: ab errore me liberare conaris. Unde ergo erro: ſ natiuia dei sum? Erubesce: da honorē deo. Ego dico quia multū adhuc erras: ſ sicut tuipse cōfiteris errareras. Errauerat ergo natura dei? Ferat in immundiciam natura dei? Adulteria cōmittebat natura dei? Stupra illicita faciebat natura dei? Ceca nescie bat qua iret natura dei? Facinoribus ꝛ flagitijs obruebat natura dei? Erubesce: da honorem deo: lumen tibi esse non poteꝫ. Erat lumen verum. In comparatione iohannis dictum est: Erat lumē verū. Nun-

D quid non ꝛ iohannes lucerna? Ille erat lucerna ardens ꝛ lucens: domin⁹ dixit. Num quid lucerna lumen nō est? Sed erat lumē verum. Lucerna ꝛ accendi potest: ꝛ extingui pōt: lumen verum accendere pōt: extingui nō pōt. Erat ergo lumen verum: quod illuminat omnē hominē venientē in hunc mundum. Illuminādi sumus: nō lumē sumus. Expergiscere: clama meū: Domin⁹ illuminatio mea. Quid est quod dicis? Ergo non sunt mala? Sunt mala: sed mutantur: ꝛ ipsa erūt bona: quia ipsa mala: vitio sunt mala: nō natura. Quid est: libera nos a malo? Nōne possemus ꝛ possum⁹ hęc verba dicere: libera nos a tenebris? A quibus tenebris? A nobisipsis: si quę in nobis sūt reliquię tenebrarū: donec totum lux efficiamur: nihil habentes in nobis quod resistat charitati: quod repugnet veritati: qō subiaceat infirmitati: quod additiōe mortalitatis deficiat. Tunc totū videte qđ erit: quādo erit: Corruptibile hoc induet incorruptiōe: et mortale hoc induet immortalitate. Tunc fiet sermo qui scriptꝰ est: Absorpta ē mors in victoria. Ubi ē mors aculeus tuus? Aculeꝰ autem mortis ē peccatū. Ubi malū modo? Mala hominū quę? Error: ꝛ infirmitas. Aut nescis quid agas: ꝛ errando laberis: aut scis quid agi debeat ꝛ infirmitate superari. Ergo omne malū hominis error: ꝛ infirmitas. Contra errorē clama: Domin⁹ illuminatio mea: Cōtra infirmitatē adde: Et salus mea. Crede: bonus esto: tu eo malus: tu eris bonus. Noli dividere. Natura in te sanāda ē: nō separanda. Vis nosse quid es? Tenebrę. Quare tenebrę? Homo qui dicis corrumpit deus: aliquid vis tenebris potest esse profundi⁹? Crede: agnosce christum in carne venisse: accepisse quod nō erat: non amisisse quod erat: hominē in se mutasse: nō in hominē fuisse mutatū. Agnosce: ꝛ tu ipse ex malo eris bonꝰ: ex tenebris eris lux.

Ps.6. Ps.6. Ps.17. 2.Cor.2. Ephe.5.

verterū positis dicet: Venite benedicti patris mei percipite regnū. Videbūt: sed formam serui: Formam dei non videbunt. Quare? Quia impij sunt. Et ipse dominus dicit: Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Ergo visuri sumus quandā visionem fratres: quā nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Visionem quandam: visionem excellentem omnes pulchritudines terrenas: auri: argēti: nemorum atq; camporum: pulchritudinem maris et aeris: pulchritudinem solis et lunę: stellarū: angelorum: omnia superantem: quia ex ipso pulchra sunt omnia. Quid ergo nos erimus quando videbimus quod nobis promissum est? Similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Quomodo potuit: lingua sonuit: cętera corde cogitentur. Quid enim et ipse Iohannes dixit: ad comparationem rei quę est: vel a nobis dici potest hominibus longe imparibus meritis ipsius? Redeamus ergo ad illam vnctionem: quę intus docet: et loqui non possumus. Et quia modo videre non potestis: officium vestrū in desiderio sit. Tota vita christiani boni: sanctum desiderium est. Quod autem desideras nondum vides: sed desiderando capax efficeris: vt cū venerit quod videas implearis. Sicuti cū si velles implere aliquem sinū: et nosti q̄ magnū est qđ dabit: extēdis sinū vel sacci vel vtris vel alicuius rei. Nosti quantū missurus es: et video quia angustus est sinus: extendēdo facis capaciorem. Sic deus differendo extendit desiderium: desiderando extendit animū: extendendo facit capacē. Desideremus ergo fratres: quia implendi sumus. Videte paulum extēdentē sinum: vt posset capere quod venturū est: Ait: Non q̄ iam acceperim: aut iā perfectus sim: Fratres ego me non abitror cōprehendisse. Quid ergo agis in hac vita si nōdum apprehendisti? Vnum autem: quę retro obliuiscor: in ea quę ante sūt extentus: scōm intentionem sequor: ad palmam supernę vocationis. Extentum se dixit: et scōm intentionem sequi se dixit: Adhuc enim se sentiebat ad capiendū quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Hęc est vita nostra: vt desiderando exerceamur. Tantum autem nos exercet sanctum desiderium: quantum desideria nostra amputauerimus ab amore seculi. Jam diximus aliquando ex inani: quod implendū est: Bono implendus es: funde malū: Puta quia melle te vult implere deus: si acetо plenus es: vbi mel ponis? Fundendū est quod portat vas: mundandum est ipsum vas. Abstrahendū est: et si cum labore cum tritura vt fiat aptum cuidā rei. Abel dicamus: aurum dicamus: vinum dicamus: quicquid dicamus quod dici non potest: quicquid volumus dicere: deus vocatur. Et quid diximus deus: quid diximus? Duę iste syllabę sunt totum qđ expectamus. Quicquid ergo dicere valuimus infra est. Extendamus nos in eum: vt cum venerit impleat. Similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. **Et omnis qui habet spem hanc in ipso est.** Videte quia in spe nos posuit. Videtis quēadmodum nos cōgruit apostolo paulo: coapostolo suo. Spe salui facti sumus. Spes autem quę videtur non est spes. Quod enim videt quis: quid sperat? Si enim quod non videmus speramus: per patientiam expectamus. Ipsa patientia exercet desiderium. Mane tu: Nam manet ille. Et perseuera in ambulādo: vt peruenias: quia quo tendis non migrabit. Videte. **Et omnis qui habet spem hāc in ipso: castificat semetipsum: sicut et ipse castus est.** Videte quemadmodum non abstulit liberum arbitrium: vt diceret castificat semetipsum. Quis nos castificat nisi deus? Sed deus te nolentem non castificat. Ergo qđ adiungis voluntatem tuam: deo castificas teipsum. Castificas te: nō de te: sed de illo qui venit vt habitet in te. Tamen quia agis ibi aliquid voluntate: ideo et tibi aliqđ tributum est. Ideo autem tibi tributum est: vt dicas sicut i psalmo: Adiuto: meus esto ne derelinquas me. Si dicis: adiutor: meus esto: aliquid agis. Nam si nihil agis: quomodo ille adiuuat? **Omnis enim qui facit peccatum: et iniquitatem facit.** Nemo enim dicat: Ali-

Matth. 5.

1. Cor. 2.

Phil. 3.

Ro. 8.

Ps. 26

ud est peccatū: atq; aliud iniqtas. Nemo dicat: Ego peccato: homo sum: sed iniquus non sum. Omnis qui facit peccatum: t iniquitatem facit. Peccatū iniquitas est. Quid ergo facimus de peccatis nostris et iniquitatibus? Audi qd dicat. Et scitis quia ille manifestatus est: vt peccata auferat: et peccatum in ipso non est. In quo non est peccatum: ipse venit auferre peccatū. Nam si esset in illo peccatum: auferendū esset illi: nō ipse auferret. Omnis qui in ipso manet non peccat. Inquātum in ipso manet: intantum non peccat. Omnis qui peccat non vidit eum neq; cognouit eum. Non est mirum. Non cum videmus: sed visum sumus. Non cum cognouimus: sed cognituri sumus. Credimus in eum quem nō cognouimus? An forte ex fide cognouimus t specie non cognouimus? Magna est ista quæstio. Dis qui peccat non vidit eum: nec cognouit eum. Nōdum cognouimus: sed in fide et videmus et cognoscamus. Si enim nondum videt fideo: quare dicimur illuminati? Est illuminatio per fidem: est illuminatio per speciez. 2.Cor.5. Modo cum peregrinamur: per fidē ambulamus: nondum per speciem. Ergo et iustitia nostra per fidem est: et non p speciem. Erit perfecta nostra iustitia cum videbimus per speciem. Modo non relinquamus eam iustitiam quę est ex fide: Ro.1. quoniā iustus ex fide vivit: sicut ait apostol'. Dis qui manet in ipso non peccat. Nam omnis qui peccat non vidit eum: neq; cognouit eum. Non credidit iste q peccat? Si autem credidit quantum ad fidem eius pertinet non peccat. 5 Filioli nemo vos seducat. Qui facit iustitiam iustus est: sicut et ille iustus est. Nunquid quando audimus: da iusti sumus: sicut equales nos debemus putare deo? Debemus scire quid est: Sicut. Jamdudū enim dixit: Castificat semetipsum: sicut ipse castus est. Jam ergo paret: Equalis est castitas nostra castitati dei: et iustitia nostra iustitię dei? Quis hoc dicat? Sed: sicut: non semper in equalitate dici solet. Quomodo? Vbi grana: Tilia basilica ista ampla: si velit facere aliquis minorem: sed tamen proportione ad mēsuras eius: vt verbi gratia: si lata est simplum: et longa duplum faciat: et ille latā simplum: et longaz duplum: videtur sic fecisse sicut est ista. Sz ista habet: verbi gratia: cētum cubitoo: illa triginta: et sicut est: et impar est. Videtis quia non semper: sicut: ad parilitatem et equalitatem refertur. Verbi gratia: Videte quantum sit inter faciem hominis et imaginem de speculo. Facies in imagine: facies in corpore. Imago in imitatione: corp' in veritate. Et qd dicim': Nō sicut hic oculi: ita t ibi. Sicut hic aureo: ita et ibi. Dispar est res: sed: sicut: ad similitudinem dicitur. Habemus ergo et nos imaginem dei: sed non illam quam habet filius equalis patri: Tamē et nos p̄o modo nostro: si nō sicut ille essem': ex nulla pte similes diceremur. Ergo castificat nos sicut t ipse cast' est. Sed ille castus eternitate: nos casti fide. Justi sumus sicut et ipse iustus est. Sed ipe in ipsa incōmutabili ppetuitate: nos iusti credendo in quem non videmus: vt aliquando videamus. Et cum perfecta fuerit iustitia nostra: cum facti equales angelis fuerim': nec tūc illi equabimur. Quāto ergo modo ab illo longe est: qñ nec tunc par erit? Qui facit peccatū de diabolo ē: quia ab initio diabol' peccat. De diabolo ē. Hostis qd dicat? Imitando diabolum: Nam nemi nem fecit diabolus: neminez genuit: neminem creauit. Sed quicūq; fuerit imitatus diabolū: quasi de illo nat' sit filiꝰ diaboli imitādo nō, ppie nascēdo. Quomodo es filius abrae? Nunquid abrā te genuit? Quomodo iudei filij abrae? Nō imitantes fidem abrae facti sunt filij diaboli. De carne abraam nati sunt: t fidem abrae non sunt imitati. Si ergo qui inde nati sunt: exheredati sunt: quia non fūt imitati: tu qui non de illo natus es efficeris filius: t sic eris filius imitando. Et si diabolum fueris imitatus: quia ille superbus extitit t impius aduersus deum: eris filius diaboli: diabolum imitando: nō quia ipse creauit te aut genuit te. In 6 hoc manifestatus est filius dei. Ideo fratres: omnes peccatores ex diabo

lo nati sunt inquantū peccatores. Adam a deo factus est: sed quando cōsensit diabolo: ex diabolo natus est. Et tales omnes genuit ḡlis erat. Cū ipsa concupiscentia nati sumus: Et antequā nos de vita nostra addamus: de illa damnatione nascamur. Nam si cum illo peccato non nascamur: quid est q̄ cum infantibus ad baptismum curritur vt soluantur? Ergo duas natiuitates attendite fratres: adā t christum. Duo sunt homines: sed vnus ipsorum homo homo: alter homo deus. Per hoiem hominē peccatores sumus: p hominē deum iustificamur. Natiuitas illa deiecit ad mortem: ista natiuitas erexit ad vitam. Natiuitas illa trahit secum peccatum: natiuitas ista liberat a peccato. Ideo enim venit christus homo: vt solueret peccata hominū. **In hoc manifestatus est filius dei: vt soluat opera diabolo.** Cętera cōmendo charitati vestrę: ne vos grauem. Ipsa enim quęstio est: in qua soluenda laboramus: quia peccatores nos dicimus. Si enim quis dixerit se esse sine peccato: mendax est. Et in ipsius epistola iohānis inuenimus: Si dixerimus quia peccatum non habemus: nosipsos seducimus. Abhemisse enim debetis priorum: Si dixerim⁹ quia peccatum non habemus: nosipsos seducimus: et veritas in nobis non est. Et rursus in consequētibus audio: Qui natus est ex deo non peccat: quia qui facit peccatum non videt eum: neq̄ cognouit eum. Omnis qui facit peccatum de diabolo est. Et deo non est peccatuz. Iterum terret nos: quomodo nati sum⁹ ex deo: et quomō nos fatemur peccatores? An dicturi sumus: quia de deo nati non sumus? Et quid faciunt ista sacramenta in infantibus? Quid dixit iohannes: Qui nat⁹ est ex deo nō peccat: Ipse iohannes iterum dixit: Si dixerimus quia peccatum nō habemus: nosmetipsos seducimus: et veritas in nobis non est? Magna ḡstio t augusta. Et ad hanc solucēdam vtinam ntentam fecerim charitatem vestram: In nomie domini cras q̄ inde dederit disseremus.

De eo quod Johannes dicit:

Omnis qui natus est ex deo non facit peccatum: quia semen eius in ipso manet. Et non potest peccare quia ex deo natus est: vsq; ad id: Filioli non diligamus verbo tātum et lingua: sed opere t veritate: Tractat⁹ IV.

Ptente audite obsecro vos: q: res nō minima versat in medio. Et nō dubito q̄ hesterno die intēti affuistis: q̄ō t hodie intēt⁹ cōuenist̄. Est eñ nō parua ḡstio: quō dicat i ista epla: Qui natus est ex deo non peccat: Et quō in eadez epistola supius dixit: Si dixerim⁹ quia peccatū non habemus: nosipsos seducimus: t veritas in nobis nō est. Quid factur⁹ ē quē vterq; sermo ex eadē epistola in medio coartauit? Si se confessus fuerit peccatorē: timet ne dicat illi: Non ergo ex deo nat⁹ es: q: scriptū est: Qui nat⁹ est ex deo: non peccat. Si autē dixerit se iustum: t non habere peccatū: accipit ex alia pte plagam ex ipsa epistola: Si dixerimus q: peccatū non habemus: nosipsos seducim⁹: t veritas in nobis nō est. Positus ergo i medio q̄d dicat: t quid confiteat: aut quid ꝓfiteatur nō inuenit. Ꝓfiteri se eē sine peccato periculosum est. Et non solum piculosū: sed etiā mē dosum. Nosipsos inq̄t seducim⁹: t veritas in nobis non est. Si dixerimus quia peccatum non habemus: sed vtinā non haberes t diceres: Verum eñ diceres. Nec in veritate ꝓmenda: vllū iniquitatis vel vestigiū formidares. Sed ideo malefacis si dicis: q: mēdaciū dicis. Veritas inquit in nobis nō est: si dixerim⁹ q: peccatū nō habem⁹. Non ait: Nō habuimus: ne forte de ꝓterita vita dictū videret: Habuit peccatū homo iste: ꝑ ex quo natus est ex deo cepit nō habere. Si ita eēt: nulla nos angustaret quęstio. Dicerem⁹ eñ: Fuimus peccatores: ꝑ mō iustificati sumus. Habuimus peccatū: sed modo non habem⁹. Non hoc ait. Sz quid ait? Si dixerim⁹ quia peccatū non habem⁹: nosipsos seducim⁹: t veritas in nobis nō ē. Post aliquātū rursus: Qui nat⁹ est ex deo inq̄t: nō peccat. Rūq̄d iohānes ipe nō erat nat⁹ ex deo? Si iohānes nō erat nat⁹ ex deo: ō q̄ audistis: quia supꝰ pectus dñi recubuit: aliquis sibi audet ꝓmittere generationē factā in se: quā ille habere non meruit: q̄ supꝰ

1 Joh. 13

pcet⁹ dñi recumbere meruit: quē dñs plus ꝯ cteros diligebat: ipsum de spiritu nō ge nuerat? Attendite nūc vba ista. Adhuc an gustias nostras cōmendo: vt p intentionē vestram quę oratio est ꝛ p nobis ꝛ p vobis dilatet deus: et det eis nō aliquo in ver bo cuis inueniat occasionē petitionis sug. Quod verbū non est ꝑdictum ꝛ conscriptū nisi ad medicinā ꝛ salutem? Omnis inquit q facit peccatū ꝛ iniq̄tatē facit: Ne forte dis cernas: peccatū iniquitas ē. Ne dicas pec cator sum: sed iniquus non sum: peccatum iniquitas est. Et factis quia in hoc ille ma nifestatus est: vt peccata auferat: et pecca tum in illo non est. Et quid ꝓdest nobis qi venit sine peccato? Omnis qui nō peccat in ipso manet. Et omnis q peccat nō vidit eū neq; cognouit eum. Filioli nemo vos sedu cat: Qui facit iustitiā iustus est: sicut et ille iustus est. Jam ista diximus: quia sm quā dam similitudinē nō sm ꝙualitatē dici so let. Qui facit peccatū de diabolo est: q ab initio diabol⁹ peccat. Et ℔ dixim⁹: qi nemi nē creauit diabol⁹ neq; genuit: sī imitatores eius ex illo nascūt. In ℔ manifestat⁹ est filⁱ dei: vt soluat opa diabeli. Ergo vt soluat pcā venit ille q nō habet pcm. Deinde se quitur. Omnis q̄ nat⁹ est ex deo nō facit peccatū: quia semen ei⁹ in ipso manet. Et nō pōt peccare ꝙa ex deo nat⁹ est. Forster instringit. Fortassis sm quoddā peccatum dicit: non peccat: nō sm omne peccatum. Et quid ait: Qui natus est ex deo nō peccat? Certum quoddā pec catum intelligas: qō non potest admitte re homo qui ex deo nat⁹ est. Et tale pecca tum est illud: vt si quisq; illud admiserit cō firmet cętera: si quis autē hoc non admise rit: soluet cętera. Quod ē hoc peccatū? Fa cere contra mandatū. Quod est mandatū? Mandatū nouū do vobis: vt vos inuicez diligatis. Intendite: Hoc mandatū christi dilectio vocat. Per hanc dilectionē pecca ta soluunt. Hęc si non teneatur: ꝛ graue pec catū ē: ꝛ radix oīm peccatoꝝ. Intēdite fra tres: postulim⁹ aliquid in quo bene intelli gentibus soluta est quęstio. Sed nunqd cū celeribus tantū ambulamus viaꝝ? Et q tardis ambulāt nō sūt relinquēdi. Versem⁹ ℔ quid⁹ possum⁹ verbis: vt ad oēs ꝑueniat. Puto enī fratres: q: olo homo sollicitus est pio anima sua: qui non sine causa intrat ec clesiā: qui non ꝓpterea intrat vt transigat negocia secularia: sed ideo intrat vt aliquid sibi ęternuz promissū teneat quo ꝑueniat. Ne cesse est ergo cogitet quēadmodum ambu let in via: ne remaneat: ne retro eat: ne ab erret: ne claudicādo nō ꝑueniat. Qui ergo sollicitus est: tardus non sit: velox sit: non recedat de via. Hoc ergo dixi: quia q natus est ex deo nō peccat. Fortassis sm quoddā peccatum voluit intelligi. Alā erit aliter cō trarium illi loco: Si dixerim⁹ quia peccatū nō habem⁹: nosipsos seducim⁹ ꝛ veritas in nobis nō est. Sic ergo forte potest solui q̄ stio. Est quoddā peccatuz qō nō potest ad mittere ille qui natus est ex deo: ꝛ quo non admisso soluunt cętera: quo admisso cōfir mant cętera. Quod est hoc peccatū? Facere cōtra mandatū christi: vetus testamentuz nouū. Quod est mandatū nouum? Mādā tum nouū do vobis: vt vos inuicē diligatis. Qui facit contra charitatē ꝛ cōtra dile ctionem fraternā: nō audet gloriari ꝛ dice re natū se eē ex deo. Qui aūt i dilectiōe fra terna constitutus est: certa sūt peccata quę nō potest admittere: ꝛ hoc maxime ne oderit fratrem. Et quid de cęteris peccatis fa cit: vnde dictum est: Si dixerimus ꝙa pec catum non habemus: nosipsos seducim⁹: ꝛ veritas in nobis non est? Audiat securita tem de alio loco scripturę. Charitas coope rit multitudinē peccatorū. Charitatē ergo cōmendam⁹: charitatem cōmendat hęc epi stola. Post resurrectionē dñs ꝙd aliud in terrogauit petrū: Amas me? Et paruz fuit semel interrogare: ꝛ iterū nihil aliud: et ter tio nihil aliud. Cū iam tertio ille tedio affi ceretur: quasi non sibi crediderit: quō qui nescaret quid in illo ageret: tamen ꝛ primo et secūdo ꝛ tertio hoc interrogauit. Ter ne gauit timor: ter confessus est amor. Et ecce amat petrus oēm. Quid prestatur⁹ dño? Nō esn ꝛ ipse nō turbat⁹ est in ipso psalmo: Quid retribuā dño ꝓ omnib⁹ quę retribu it mihi? Qui esn dicebat hęc psalmo: attē debat ꝗta sibi essent ꝑstita a dño: ꝛ ꝗrebat quid retribueret domino: ꝛ nō inueniebat. Quicquid enim retribuere voluerit: ab ipso accepisti qō reddas. Et ꝙd inuenit quod retribuat? Quod: vt dixim⁹ fratres: ab ipso acceperat: hoc inuenit quod retribueret. Calicē salutaris accipiā et nomē dñi inuo-

1. Petri. 4.

Psal. 115.

cabo. Quis eñ illi dederat calicē salutarē: nisi ille cui volebat retribuere? Accipere aūt calicem salutarē: t invocare nomē dñi: hoc est sanari charitate: et ita sanari vt non solum nō oderis fratrem: pfecta charitas est: ꝙ vt paratus sis mori ꝓ fratre. Hāc ipse dominus in se exhibuit: moriturus ꝓ omnib⁹: etiam ꝓ eis a quib⁹ crucifigebat: t dicens:
Luc.23. Pater ignosce illis quia nescīūt quid faciunt. Sed si sol⁹ hoc fecit: nō erat magister: si discipulos nō habebat. Secuti discipuli hoc fecerunt: Lapidabat Stephan⁹ et genu
Act.7. flexo ait: Domine ne statuas illis hoc delictum. Amabat a quibus occidebatur: quia
2.Cor.12. t ꝓ ipsis moriebat. Audio apm paulū: Et ipse inquit impendar ꝓ animab⁹ vestris. Inter illos eñ erat ꝓ quib⁹ Stephanus deprecabat: quādo eorū manibus moriebat.

L Perfecta ergo charitas hec est. Si quis tām habuerit charitatem: vt paratus sit ꝓ fratribus etiam mori: pfecta est in illo charitas. Sed nūquid mox vt nascat: iā ꝓfius pfecta est? Ut pficiat nascat: cū fuerit nata nutrit: cū fuerit nutrita roborat: cum fuerit roborata pficit: Cū ad perfectionem ve-
Phil.1. nerit: quid dicit? Mihi vivere christus est: t mori lucrū. Optabā dissolui t esse cū xpo multo magis optimū: manere in carne necessariū propter vos. Propter eos volebat vivere ꝓ quibus paratus erat mori. Et vt noueritis qr ipa est pfecta charitas: quā nō violat t in qua nō peccat q̄ nat⁹ est ex deo:
*Joh.21. ꝙ dñs dicit petro: Petre amas me? Et ille: Amo. Nō dixit: si amas me: obsequere mihi. Qui eñ erat dñs in carne mortali: esuriuit: sitiuit. Eo tempore quo esuriebat t sitiebat suscepti⁹ est hospitio: ministrarūt illi q̄ habuerūt de substātia sua: Sicut legim⁹
Luc.19. in euāgelio: Suscepit eū zachē: salu⁹ fact⁹ est a morbo suscepto medico. Quo morbo? Auaricie. Erat eñ ditissim⁹ t princeps publicanorū. Attendite sanatū a morbo auaricie. Dimidiū inquit bonorū meor̄ do pauperibus: etsi cui aliquid tuli quadruplum reddā. Ideo seruauit alterum dimidiū: nō quo frueret: sed vnde debita solueret. Suscepit ergo tunc medicū hospitio: qr erat infirmitas carnis in dño: cui hoc obsequiū ꝓberent homines. Et hoc q̄ voluit prestare obsequentib⁹. Obsequētib⁹ eñ ꝓderat: nō illi. Cui eñ angeli ministrabant botū obse-
3.Reg.17. quiū requireret? Nec bestias seru⁹ illi⁹ ꝙ necessarium habebat aliquando: cui panem t carnem per coruum mittebat: t tamen vt vidua religiosa benediceret: mittitur seru⁹ dei. Pascitur a vidua quez deus in secreto pascebat. Veruntamen quanquam de bis seruis dei sibi prestent: qui eorum indigentiā considerent: ꝓpter illā mercedem a dño in euangelio positam manifestissime: Qui suscipit iustū in nomine iusti: mercedē iusti accipiet. Qui suscipit ꝓphetā in nomine Mat.
ꝓphe: mercedem ꝓphetę accipiet. Et qui dederit calicem aquę frigidę vni ex bis minimis tantū in nomine discipuli: amen dico vobis non pdet mercedem suam. Quis ergo sibi ꝓstēt qui hec facit: tū nec hoc poterat ꝓberi ascēsuro in cēlū. Quid illi poterat retribuere petrus qui amabat illū? Audi: Pasce oues meas: id est fac ꝓ fratribus qō ꝓ te feci. Oues sanguine meo redemi: nolite dubitare mori ꝓ veritatis cōfessiōe: vt ceteri vos imitent. Sz hec vt dixim⁹ fratres pfecta charitas est: qui nat⁹ est ex deo habet illam. Intendat charitas vestra: Ui D
dete quid dicam. Ecce accipit sacramentū natiuitatis homo. Baptizat⁹ sacrām: habet: et magnū sacramentū: diuinū: sanctum: ineffabile. Considera quale: vt nouū hominem faciat: dimissionē oīm peccator̄. Attendat tamē in cor: si pfectū est ibi qō factum est in corpore. Videat si habeat charitatem: t tunc dicat: natus sū ex deo. Si aūt nō habet: characterē q̄dē impositū habet: ꝙ desertor: vagat. Habeat charitatē: aliter nō se dicat natū ex deo. Sed habeo inquit sacramētū. Audi apm: Si sciam oia sacra- 1.Cor.
menta: t habeam omnē fidem ita vt montes transferam: charitatē aūt nō habeā: nihil sum. Hoc si meminisset cōmendauim⁹: cum istam epistolā inciperemus: nihil in ea nobis sic cōmendari: quomodo charitatē. Et si videt alia t alia dicere: illo fac reditum: et ad ipsam charitatē oīa vult referre q̄cūq̄ dicerit. Videamus si t hic hoc facit: Attendite. Omnis qui nat⁹ est ex deo: non facit peccatū. Querim⁹ quod peccatū: qr si omne intelligeres: contrarius eris illi loco: Si dixerimus quia peccatum non habem⁹: nosmetipsos seducimus t veritas in nobis nō est. Ergo dicat qō peccatū: doceat nos: ne forte ego temere dixi pcm̄ hoc esse violationem charitatis. Quia sicut supra dixit: Qui odit fratrē suum in tenebris est: t in te-

nebrio ambulat: ⁊ nescit quo eat: quia tene
bre excecauerunt oculos eius. Sz forte ali-
quid dixit in posteriorib⁹ ⁊ non nominauit
charitatem: videte ꝙ circuitus ille vbiq;
hunc habet finem: hūc habet exitū. ¶Dis
qui natus est ex deo: nō peccat: qꝛ
semen ei⁹ in ipso manet. Semē dei: id
1.Ioh.3. est verbum dei. Unde dicit apostol⁹: Per
euangeliū ego vos genui. Et nō potest
peccare: qꝛ ex deo natus est. Dic ad-
huc. Videamus in quo nō potest peccare.
¶In hoc manifestati sūt filij dei ⁊ fi-
lij diaboli. ¶Dis qui nō est iust⁹: nō
est ex deo: ⁊ qui nō diligit fratrē su-
um. Certe iā manifestū est vnde dicat: Et
qui nō diligit fratrem suū. Dilectio ergo so
la discernit inter filios dei ⁊ filios diaboli.
Signent se omnes signo crucis christi: Re
spondeant omnes: Amen. Cantēt omnes
alleluia: Baptizētur oēs: Intrent omnes
ecclesias: Faciāt parietes basilicarū: Non
discernunt filij dei a filijs diaboli nisi i cha
ritate. Qui būt charitatē: nati sūt ex deo:
qui nō: nō sūt nati ex deo. Magnū iudici-
um: magna discretio. Quicqd vis habe: ꝺ
solū nō habeas: nihil tibi ꝓdest. Alia si nō
habeas: hoc habe ⁊ implesti legē. Qui enī
Ro.13. diligit alterum: legem impleuit: ait apos-
tolus. Et plenitudo legis charitas. Puto istā
Matth.13 margaritam esse illam. Homo negociator:
descripsit in euangelio: qui inuenit vnā mar-
garitā: ⁊ vēdidit omnia ꝙ habebat et emit
eā. Hec est margarita ꝑciosa charitas: sine
ꝙ nihil tibi ꝓdest qcūq; habueri'. Qui si
solam habeas: sufficiat tibi. Modo cum fi-
de videa: tūc cū specie videbis. Si enī ama
mus cū nō videmus: quō amplectemur cū
viderimus? Sed vbi nos debemus exerce-
re? In amore fraterno. Potes mihi dicere:
Non vidi deū. Quid potes mihi dicere
nō vidi dominē? Dilige fratrē. Si enī frēm
quē vides dilexeris: simul videbis et deū:
quia videa ipsam charitatē: ⁊ intus inhabi
tat deus. Qui nō est iust⁹: non est ex deo: et
qui non diligit fratrem suū. ¶Quia hec ē
anūciatio. Vide quō confirmat. ¶Quia
hec est anunciatio quā audiuimus
ab initio vt diligam⁹ inuicē. Mani-
festauit nob inde se dicere: Cōtra b̄ mādā-
tum quisqs facit: in peccato illo est sceleratꝰ:
in quod incidunt qui nō nascūt ex deo.
Gen.4. ¶Non sicut chain: qꝛ ex maligno erat
occidit fratrem suum. Et cuius rei
gratia occidit? ¶Quia opera ei⁹ ma
ligna fuerunt: fratris vero eius iu
sta. Ergo vbi est inuidia: amor: fratern⁹ eē
nō potest. Intendat charitas vestra: Qui
inuidet nō amat. Peccatū diaboli est in il
lo: qꝛ ⁊ diabol⁹ inuidendo deiecit. Cecidit
enī: ⁊ inuidit stanti. Non ideo voluit dei-
cere vt ipse staret: sed ne solus caderet. Te
nete in animo ex hoc qō subieci: Inuidia
non posse esse in charitate. Habes agte cū
laudaret ipsa charitas: Charitas nō ęmula 1.Cor.13.
tur. Non fuit charitas in chain. Et nisi eēt
charitas in abel: non acciperet deus sacrifi-
cium eius. Cum enī ambo obtulissent: ille
de fructib⁹ terre: ille de ſcnib⁹ ouium: Quid
putatis fratres: quia deus fructus terre ne-
glexit: ⁊ ſcz⁹ ouū dilexit? Nō intendit de⁹
ad munus: sed in corde vidit. Et quē vidit
cum charitate offerre: ipsius sacrificium re-
spexit. Quē vidit cū inuidia offerre: ab ip-
sius sacrificio oculos auertit. Opa ergo bo-
na abel: nō dicit nisi charitatē. Opa vō ma
la chain: non dicit nisi odiū fraternū. Pax
est: qꝛ odit fratrē suū et inuidit opib⁹ bonis:
quia imitari noluit: necare voluit. Et hinc
apparuit ꝺa filius erat diaboli: Et ille hinc
apparuit iustus dei. Hinc ꝙ discernūt bonos
fratres mei. Nemo attēdat linguas: sed fa-
cta. Cor si non bene faciat ꝓ fratribus suis:
ostendit quid in se habeat. Temptatiōib⁹
ꝓbantur homines. ¶Nolite mirari frēs
si mund⁹ vos odit. Quid sępe vob
dicēdū est ꝺd est mundus? Nō celū: nō ter-
ra: nec ista opa ꝙ fecit: sed dilectores mū
di. Ista sępe dicendo ꝺbusdā onerosus sū.
Sed vsqꝙ adeo nō frustra dico: vt aliqui in-
terrogentur an dixerim: ⁊ non respondeāt.
Ergo vel inculcando hꝫeat aliquid in cor-
dibus audientiū. Quid est mundus? Mū-
dus est: qī in malo ponit: dilectores mun-
di. Mundus: qī in laude ponit: celū ⁊ ter-
ra est: ⁊ quę in bis opera dei. Unde dicit:
Et mūd⁹ ꝑ eum factus est. Item mūd⁹ ple Ioh.1.
nitudo terre: sic dixit ipse iohānes. Nō solū
autem nostrorū ꝓpitiatio peccatorū est: sed
⁊ totius mundi. Mundi dicit: omniū fide-
lium p orbem sparsorū. Mūd⁹ aūt in malo:
amatores mundi sunt. Qui amant mun-
dum: fratres amare non possunt. Si odit
nos mūd⁹: Nos scim⁹. Quid nos scim⁹?
Quia transiuim⁹ de morte aduitā

Unde scitis? Quia diligim⁹ fratres. Nemo interroget hominem: Redeat in nos unusquisq; ad cor suum: si ibi inuenerit charitatem fraternā: securus sit: q; transiit a morte ad vitā: Jā in dextera ē. Non attendat q̄a modo gloria eius occulta est: cum venerit dñs tunc apparebit gloria. Uiget enī sed adhuc in hyeme. Uiget radix: ſ quasi aridi sunt rami. Intus est medulla q̄ viget: int⁹ sunt folia arboris: intus fructus: sed ēstatē expectant. Ergo nos scimus q; transiuim⁹ de morte ad vitam: quia diligim⁹ fratres. Qui nō diligit manet in morte. Ne putet fratres leue esse odisse. Odisse: an diligere. Audi quid sequit. ℣ Qis qui odit fratem suū: homicida est. Jam ergo si cōtemnebat quisq; odiū fraternū: nunqd & homicidium in corde suo contemptur⁹ ē? Non mouit manū ad occidendū hominē: homicida iam tenet a domino. Uuit ille: & iste iam interfector iudicat. Qis qui odit fratrem suū homicida est. Et scitis quia ois homicida nō habet vitaz eternam in semetipso manētez. In hoc cognoscamus dilectione. Perfectionem dilectionis dicat pfectionē illam quaz cōmendauimus. In hoc cognoscimus dilectionē: q̄a ille ꝓ nobis animā suaz posuit: & nos debem⁹ aiam ꝓ fratrib⁹ ponere. Ecce vnde veniebat: Petre amas me: Pasce oues meas. Jō. 21. Jā vt noueritis frēs: q; sic ab eo pasci volebat oues suas: vt alam suam ꝓ ouibus poneret: hoc illi continuo dixit: Cum iuuenis esses ꝯcingebas te: et ibas quo volebas: cū aūt fueris senior: ali⁹ te ꝯcinget: & tollet te q̄ tu nō vis. Hoc autē dixit: ait euangelista: significans qua morte clarificatur⁹ esset deū: Et cui dixerat: Pasce oues meas: doceret eum ponere alaz ꝓ ouib⁹ suis. Unde incipit charitas frēs? Qodicū attendite quo pficiat. Audistis ipsū finem & modum: Ipsū et dominus in euangelio commēdauit. Maiorem charitatem nemo habet ait: q̄ vt alam suā ponat q̄s ꝓ amicis suis. Perfectionē ḡ eius ostendit in euangelio: & dic cōmendata est eius pfectio. Sed interrogatio vos: & dicitis nobis: Quādo possū habere istam charitatem? Noli ato de te desperare: forte nata est: sed nondū pfecta est: nutri eam ne offocet. Sed dicturus es mihi: Et vnde noui? Quod cū pficiat audiuimus: vnde incipiat audiamus. Sequit & dicit: Qui aūt habuerit facultates mundi & viderit fratrem suū esurientē & clauserit viscera sua ab eo: quō poterit dilectio dei manere i eo? Ecce vnde incipit charitas. Si nōdū es idonē⁹ mori ꝓ fratre: iam idoneus esto dare de tuis facultatib⁹ fratri. Jā pcutiat viscera tua charitas: vt non de tactantia facias: ſ de intimo adipe misericordię: vt considereas illū in egestate positum. Si ēm supflua nō potes dare fratri tuo: animā tuā poteo dare ꝓ fratre? Jacet pecunia in sinu tuo: quā tibi fures possūt auferre. Et si illā nō auferēt fures: moriendo illam deseres: etiā si te illa viuentē non deserat. Quid inde facturus es? Esurit frater tuus: in necessitate positus est: forte tassio suspendetur: a creditore angustatur: Non habet ipse: habes tu: frater est: simul empti estis: vnū est pciū vestrum: ambo sanguine christi redempti estis: Uide si misereris: si habes facultates mundi. Quid ad me ptinet: forte dicis? Ego datur⁹ sum pecuniā meam: ne ille molestiā patiat? Si hoc tibi respondent cor tuū: dilectio patris non in te manet. Si dilectio patris non in te manet: non es natus ex deo: quō te gloriaris esse christianum? Nomē habes & factum non habes. Si autē nomen secutum fuerit opus: dicat te quisq; paganum: tu factis ostende christianū. Nam si factis non ostendis christianum: omnes te christianū vocent: quid tibi ꝓdest nomē vbi res non inuenit? Qui aūt habuerit facultates mūdi: & viderit fratrem suū egentem: & clauserit viscera sua ab eo: quomodo potest dilectio dei manere in eo? Et sequitur. Filioli non diligam⁹ verbo tantū & lingua: sed opere & veritate. Puto manifestum esse vobis magnū & necessariū secretum & sacramētū: fratres mei. Quid valet charitas? Qis scriptura cōmendat: Sz nescio si alicubi amplius q̄ in ista epistola cōmendatur. Rogamus vos & obsecram⁹ in domino: vt & illa quę audistis: memoria teneatis: & ad ea quę dicenda sūt donec finiatur ipsa epistola: intenti veniatis: intēti audiatis. Aperite autem corda ad semina bona: Extirpate spinas ne offocetur in vobis q̄s seminat: sed potius crescat segetes: et gaudeat agricola: & horreū vobis pręparet tanq̄ frumētis: nō igne tanq̄ palea.

De eo qđ Johānes dicit: Et in hoc cognoscimus qꝝ ex veritate sumus ⁊ coram ipso ꝑsuademꝰ cordi nostro: quia si male senserit cor nostrū: maior est deꝰ corde nostro ⁊ nouit omnia: vsqꝫ ad id: In hoc cognoscit spūs dei: Omis spūs qđ confitet iesū christum in carne venisse ex deo est: Et omnis spūs qui non confitet iesū christuꝫ in carne venisse nō est ex deo: Et hic est anti christꝰ de quo audistis qꝝ vēturꝰ sit ⁊ nūc in ipso mūdo est. Trac. VI

SI meministis fratres: hesterno nos clausisse sermonē ad istā sententiā qđ sine dubio manere debuit et debet in corde vestro: qꝝ ipsā nouissimā audistis: Filioli non diligamꝰ verbo tantū ⁊ lingua: ꝙ opere et veritate. Deinde sequitur. Et in hoc cognoscamꝰ quia ex veritate sumꝰ ⁊ coram ipso ꝑsuademꝰ cordi nostro: quia si male senserit cor nostrū: maior ē deꝰ corde nr̄o: et nouit omnia. Dixerat: Non diligamus verbo nec lingua: sed opere ⁊ veritate: Quērit a nobis: in quo opere et in qua veritate agnoscātur qui diligit deū vel qui diligit fratrem suū. Jam superi⁹ dixerat quousqꝫ charitas ꝑficiat: qđ ⁊ dns in euāgelio ait: Maiorē hac nemo habet charitatē: qđ vt animā suā ponat ꝑ amicis suis. Et iste hoc dixerat: Sicut ille animā suā ꝑ nobis posuit: debemꝰ ⁊ nos animā ꝑ fratrꝫ ponere. Hyc est ꝑfectio charitatis: ⁊ maior omnino nō poterit inuenir. Sed quia non in omnib⁹ ꝑfecta est: ⁊ desperare nō debet ⁊ in quo ꝑfecta non est si iam nata est qua ꝑficiatur: ⁊ vtiqꝫ si nata est nutrēda est ⁊ quibusdam suis nutrimentis ad ꝑfectionē ꝑpriam ꝑducenda. Quęsiuim⁹ inchoationē charitatis vnde inciꝑat: ⁊ idi cōtinuo inuenimus: Si quis habet facultatē mundi: et viderit fratrē suū egentem ⁊ clauserit viscera sua aduersus eū: quō dilectio patris manet i eo? Ergo incipit ista charitas fratres: vt de suis supfluis tribuat egenti in angustijs aliquib⁹ constituto: Et eo qđ sibi abūdat ꝑ tēp⁹ a tribulatiōe temporali liberet fratrē. Hinc exordiū est charitatis. Hāc ita cęptā si verbo dei ⁊ spe futurę vitę nutrieris: ꝑuenies ad illā ꝑfectionē: vt paratus sis animā tuā ponere ꝑ fratrib⁹ tuis. Sz qꝝ multa talia fiunt ab his qui alia quērūt ⁊ qđ fratres nō amant: renocemur ad testimonium conscientię. Unde ꝓbam⁹ qꝝ talia multa fiunt ab his qui fratres non amant? Quidam multi se in hęresib⁹ et scismatib⁹ martyres dicunt? Vident sibi animā ponere ꝑ fratribus suis: Si ꝑ fratribus animā ponerent: non se ab vniuersa fraternitate separarēt. Item quidam multi sūt qđ iactantię causa multa tribuūt: multa donant: ⁊ nō ibi quērūt nisi laudem humanā ⁊ gloriā populārē: plenā ventis: nulla stabilitate solidatā. Quia ꝙ sunt tales: vbi ꝓbāda erit charitas fraterna? Quia voluit illā ꝓbare: ⁊ ait admonēs: Filioli non diligamꝰ verbo tantū ⁊ lingua: sed opere ⁊ veritate. Quērim⁹ in quo opere in qua veritate? Potest esse manifestꝰ opꝰ qđ tribuere pauperib⁹? Multi hoc iactātia facūt: nō dilectione. Potest esse maꝰ opꝰ qđ mori ꝑ fratribus? Et hoc multi volūt putari facere iactantia nois cōpandi: non visceribus dilectionis. Restat vt ille diligat fratrem: qui ante deū vbi solus videt cordi suo ꝑsuadet: et interrogat cor suū an vere ꝓpter fratrū dilectionē ꝙ facit: ⁊ perhibet illi testimoniū oculus qđ penetrat cor: qđ homo attendere nō potest. Jdeo paulꝰ apūs: quia parat⁹ erat mori ꝑ fratribus dicebat: Ipse impendar ꝑ animab⁹ vestris: Tū qꝝ deus videbat in corde ipsius: nō homines quibus loquebat: ait illis: Abidi aūt minimū est: vt a vobis iudicer aut ab humano die. Et ostendit etiā ipse quodā loco qꝝ solent ista fieri inani iactantia: nō firmamēto charitatis. Ait enī cum de ipsā charitate commendatiōe loqueret: Si distribuero omnia mea pauperibus: ⁊ tradidero corpus meū vt ardeā: charitatē aūt non habeā: nihil mihi ꝓdest. Potest enī quisqꝫ ꝙ facere sine charitate? Potest. Nam qui non habēt charitatē diuiserūt vnitatē. Quērite idi ⁊ videbitis multos multa tribuere pauperib⁹: Videbitis alios paratos ad suscipiendā mortem ita vt desistente ꝑsecutore: seipsos ꝑcipient. Isti sine dubio sine charitate hoc faciunt. Renocemur ergo ad cōscientiā: de qđ dicit apostol⁹: Raꝫ gloria nostra hyc est: testimoniū cōscientię nostrę. Renocemur ad cōscientiā: de qua item dicit: Opus aūt suum ꝓbet vnusquisqꝫ: ⁊ tūc in semetipso tantum gloriam habebit: ⁊ non in altero. Opꝰ ergo suū ꝓbet vnusquisqꝫ nostrū: vtrū de

Joh. 15.

1. Cor. 12.

1. Cor. 4.

1. Cor. 13.

2. Cor. 1.

Gal. 6.

c

vena charitatis emaneat: vtrū de radice dilectionis rami bonoꝝ operū pullulēt. Opꝰ aūt suū ꝓbet vnusqsq: ait: & tunc in semetipso gloriā habebit: & nō in altero. Non qā illi ꝓhibet testimoniū lingua aliena: sed qā ꝓhibet conscientia ꝓpria. Hoc ergo hic commēdat: In hoc cognoscamus qꝝ ex veritate sumus: qā ope & veritate: non verbis nēc & lingua diligim⁹: Et coram ipso ꝑsuademꝰ cordi nostro. Quid est coram ipso? Vbi ipe videt. Vnde ipse dns in euangelio: Cauete inqt facere iusticiam vestrā coram hominib⁹ vt videamini ab eis: Alioquin mercedē nō habebitis apud patrē vestrū q̄ in cęlis est. Et q̄d ē: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: nisi qꝝ dextera tua pura ꝓscientia est: sinistra munda cupiditas? Multi p cupiditatē mundi multa mira faciūt: sinistra opaꝫ nō dextera. Dextera debet operari: et nesciente sinistra: vt nec misceat se cupiditas sęculi: qā aliquid boni de dilectiōe operamur. Et vbi hoc cognoscam⁹? Ante deū es: interroga cor tuum: vide quid fecisti: et q̄d ibi agnoscis: salutē tuā an laudē humanam ventosā. Intus vide: Nam homo iudicare non potest: quē videre nō potest. Si ꝑsuademus cordi nostro: coram illo ꝑsuademꝰ: Quia si male sentiat cor nostrū: id est accusat nos intus: qꝝ nō eo animo facimus quo faciendū sit: Maior est deus corde nostro: & nouit omnia. Cor tuū abscōdis ab homine: a deo absconde si potes. Quō abscōdis ab eo cui dictū est a peccatore quodā timente & confitente: Quo ibo a spiritu tuo: & a facie tua quo fugā? Quęrebat qua fugeret & euaderet iudiciū dei: et nō inueniebat. Vbi eīm nō est deus? Si ascēdero inqt in cęlū ibi es: si descendero ad infernū adeo. Quo iturꝰ es? Quo fugiet? Vis audire consiliū: si vis ab illo fugere: ad ipsū fuge. Ad ipsū fuge confitendo: nō ab ipso latendo. Latere eīm non potes: ꝑfiteri potes. Dic illi: Refugiū meū tu es: Et nutriat in te dilectio ꝙ sola ꝓducit ad vitam: ꝓhibeat tibi testimoniū cōscientia tua: quia ex deo est. Si ex deo est: noli illā velle ante homines ponere: qꝝ nec laudes hominū te leuant in cęlum: nec vituperationes inde te deponūt. Ille videat qui coronat: ille sit testis quo vidente coronaris. Maior est deus corde tuo: & nouit omnia. Dilectissimi & si cor male nō senserit: fiduciā habemus ad deū. Quid est: cor nō male senserit? Verū nobis responderit qꝝ diligim⁹? & germana dilectio est in nobis: non ficta: sed sincera: salutem fraternā ꝙrens: nullū emolumentū expectans a fratre: nisi salutē ipsius. Fiduciā habem⁹ ad deū: et quicqd postulauerim⁹ accipiemus ab eo: quia mādata ei⁹ seruam⁹. Jō non in conspectu hominū: sed vbi ipse deꝰ videt in corde. Fiduciā ergo habemꝰ ad deum: & quicqd postulauerimꝰ ab eo accipiemus. Sed qui? Qui mandata eiꝰ seruantꝰ. Quę sūt mandata eius? Nūqd semp repetendum est? Mandatū nouū do vobis: vt vos inuicē diligatis. Ipsā charitatē loquit: ipsam cōmendat. Quisqs ḡ habuerit charitatem fraternā: & coram deo habuerit: vbi deus videt: cor qꝝ eius interrogans⁊ sub iusto examine: nō ei aliud responderit: q̄ germanā ibi esse radicē charitatis vnde boni fructus existāt: habet fiduciā apud deum: & quicqd postulauerit ab eo accipiet: qꝝ mādata eius seruat. Incurrit ḡstio quędaꝫ: qꝝ nō ille aut ille homo: aut tu aut ego: q̄ si petiero aliquid a dño deo nostro: & nō accepero: facile de me potest dicere vnusqsq: Nō habet charitatē: & de quolibet homine hui⁹ temporis facile dici potest: Et sentiat quis qō vult homo de homine: maiorē ḡstionē non faciunt: nisi illi viri quos sanctos ꝓstat fuisse cū scriberent: & mō esse cū deo: Quis habet charitatē si eam paulus nō habebat qui dicebat: Os nostrū patet ad vos: o corinthi: cor nostrū dilatatū est: Nō angustamini i nobis: Qui dicebat: Impēdar ꝓ animabus vestris: Et tanta gratia in illo erat vt manifestaret eū habere charitatē: Inuenimus eum tū petisse & nō accepisse? Quid dicamus fratres? Quęstio est: Intēti estote ad deū: magna & ista ḡstio est: quō de pctō vbi dictū ē: Qui natꝰ est ex deo nō peccat. Inuenimꝰ hoc esse peccatū violare charitatem: & hoc ꝓprie designatū esse in hoc loco. Sic & nūc ḡrimꝰ q̄d dicerent. Si eīm vba attēdis: plane videt. Si exēpla: obscurū ē. Verbis his nihil ē plani⁹. Et quicqd postulauerimus accipiemus ab eo: qꝝ mādata eiꝰ seruamus. Et que placēt illi in cōspectu eiꝰ facimꝰ. Quicqd postulauerimꝰ aut: accipiemus ab eo. Angustant vehemēter: qꝝ et ibi angustaret si diceret: oīne pctm. Sed ideo inuenimꝰ locū exponendi: qꝝ de certo

Matth. 6.

Ps. 138.

Ps. 31.

Joh. 13.

1. Cor. 1

2. Cor. 1

peccato dixit: nō de oīi: sed de quodā pec
cato: qō omnio qui ex deo nat' est nō facit.
Et inuenimus ipsū quoddā peccatū viola-
tionē esse charitatis. Et habem' exemplu3
Joh.15. de euangelio manifestū: qā ait dñs: Si nō
venissem peccatū nō haberēt. Quid ergo?
Ad innocentes iudeos venerat quia sic lo-
quit? Ergo si ipse nō veniret peccatū nō ha
berent? Pīsentia ergo medici facit ęgrum:
febrē nō abstulit? Quid hoc vel demēs di-
cat: Ille nō venit nisi curare t sanare ęgro-
tos. Quare ꝙ dixit: Si non venirē peccatū
non haberēt: nisi q: certū quoddā peccatū
voluit intelligi? Quoddā em̄ peccatū non
haberent iudei. Quod peccatū? Q in eum
non crediderant: q' pīsentē contemplerūt.
Sicut ergo ibi peccatū dixit: t nō est conse-
quens vt omne peccatū intelligam': ꝙ cer-
tū peccatū: Sic t hic: nō oīe peccū: ne con-
trarius sit ille loco: vbi ait: Si dixerimus q
peccatū nō habem' nosmetipos seducim': t
veritas in nobis nō est: ꝙ certū quoddam
peccatū: id est violationē charitat'. Ibic au-
tem plus nos constrinxit. Si dixerimus di
pit: ꝙ nos non accusauerit cor nostrū t renū
ciauerit in cōspectu dei q: vera dilectio est
in nobis: quicqd postulauerim' ab eo acci
piem'. Jam ergo dixi charitati vīę fratres:
nemo attēdat ad nos. Quid em̄ sum' nos?
Aut qd estis vos? Quid nisi ecclesia dei: ꝙ
nota est omnib'? Et si illi placet: in illa fu-
mus. Et qui dilectione in illa manemus:
ibi pfecerimus si volumus ostendere dile-
ctionē quā habemus: Verūtamen de apo-
stolo paulo quid mali scīm sum'? Ipse nō
diligebat fratres? Apud ipsū nō erat testi-
monū conscientię ei' in cōspectu dei? Non
erat in paulo radix illa charitat': vnde om-
nes boni fructus pcedebant? Quis hoc ni
si demēs diceret? Vbi ergo inuenim' petis-
se apostolū t nō accepisse? Aut ipse: In ma-
2.Cor.12. gnitudine reuelationū ne extollar: dat' est
mihi stimulus carnis angel' satbanę ꝙ me
colaphizet: ppter qō ter dñm rogaui vt au
ferretur a me: t dixit mihi: Sufficit tibi gra
mea: Nā virt' in infirmitate pficit. Rogasti: damasti: ter clama-
sti: ipsū semel qō clamasti audiui: nō auerti
aures meas a te: Noui qd facā. Tu vis au
ferre medicamentū ꝙ vteris: ego noui infir
mitatē qua grauaris. Ergo iste ad salutem
exauditus est: ad voluntatē non est exaudi
tus. Quos inuenim' exauditos ad voluta-
tē: nō exauditos ad salutē? Inuenim' puta
mus aliquē: neq; aliquē impiū exauditū a
deo ad voluntatē non exauditū ad salutē?
Si alicuius hominis exēplū posuero: forte
dicturus eo mihi: Tu illū dicis iniquū: nā
iustus erat. Si iustus nō esset: a deo nō ex-
audiret. Talem ꝓpositurus sum de cuius
iniquitate t impietate nemo dubitet. Dia- Job.1.
bolus ipse petijt Iob: t accepit. Nōne t hoc
de diabolo audisti? Quia qui facit peccatū
ex diabolo est? Non q: ille creauit: ꝙ q: iste
imitatur. Nōne de illo dictū est: Jn verita- Joā.8.
te non stetit? Nōne ipse est antiqn' ille ser- Gen.3.
pens: qui p fęminā venenū primo homini
ꝓpinauit? Qui ad ipsum Iob fęminā ppte-
rea seruauit: ꝙ quā maritus non consolare-
tur: sed temptaret. Jpse diabol' petijt san-
ctum virum temptandū: t accepit. Petijt
apostol' vt auferret ab eo stimulus carnis:
t non accepit. Sed apostol' magis exaudi-
tus est ꝙ diabolus. Apls em̄ exauditus est
ad salutē: t si non ad voluntatē: Diabolus
exauditus est ad volūtatē: sed ad dānatio-
nem. Jdeo em̄ pcessus est iste tēptandus:
vt eo ꝓbato esset ille cruciandus. Sed hęc
fratres non tm̄ in veteribus libris inueni-
mus: t in euangelio inuenim'. Petierunt Matth.8.
dęmones a dño cū eos excluderet ab homi
ne: vt ire pmitterētur in porcos. Nōne hic
posset dicē dñs: vt nec illuc accederēt? Nō
em̄ si noller rebellaturi erāt cōtra regem cę-
li t terrę. Certi tamē mysterij gratia: t certa
dispensatione dimisit dęmones in porcos:

vt ostenderet diabolum in eis dominari q̄ vitam porcor̄ gerūt. Dyemones ergo exaudi sunt: apostolus nō exaudit. An potius q̄ venus est dicimus: immo apostolus exaudit⁹ est: dyemones nō sūt exauditi. Illor̄ voluntas facta est: huius sanitas p̄fecta est. Scōm hoc intelligere debem⁹ q̄ deus etsi voluntati nostrę non dat: salutī dat. Quid si enī hoc petieris q̄ tibi obest: t medicus nouit q̄ obest tibi: si enī te exaudit medic⁹: q̄ forte tu frigidā aquā peris. Et si p̄dest: statim dat: si nō p̄dest nō dat. Nō exaudiuit: An potius ad sanitatē exaudiuit: quia volūtatī cōtradixit. Sit ergo in vobis charitas fratres: sit in vobis: t securi estote. Et quādo nō vobis datur q̄ petitis: exauditmini: sed non statim. Multi dati sūt in manus suas malo suo: de quibus dicit apostolus: Tradidit eos deus in desideria cordis 1Re.1. eorum. Perit aliquis magnā pecuniā: accipit malo suo. Quando illam nō habebat: parū timebat. Habere illam cēpit: p̄da factus est potentiori. Nonne malo suo exauditus est qui voluit habere vnde a latrone quęreret: quē pauperē nemo quęrebat? Di sate rogare deū: vt medico cōmittatis: q̄ ipse nouit faciat. Tu morbū confitearis: ille medicamentū adhibeat. Tu tantū charitatem tene. Nam si ille secare te vult: viere te vult: Tu si clamas t nō exaudiris in vstione t tribulatione: nouit ille quousq̄ putre est. Tu tā vis reuocet man⁹: et ille vulneris sinū attendit: scit quousq̄ p̄ueniat: non te exaudit ad voluntatē: sed exaudit ad salutem. Certi estote fratres mei q̄ q̄ ait apo- 1Re.2. stolus verū est. Quid enī oīem⁹ sicut oportet nescimus: sed ipse spūs interpellat pro nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹: q̄ ipse interpellat p̄ sanctis. Quid est: ipse spirit⁹ interpellat p̄ sanctis: nisi ipsa charitas quę in te p̄ spiritū facta est? Ideo enī dicit idē apo- 1Re.5. stolus: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p̄ spiritum sanctū qui datus est nobis. Charitas ipa gemit: charitas ipa orat. Contra hāc aures claudere nō nouit qui illam dedit. Secur⁹ esto: charitatē roget. Et ibi sunt aures dei: non fit q̄ vis: sed fit q̄ tibi expedit. Ergo quicq̄d postulauerimus: nūquid accipiem⁹ ab eo? Iam dixi: Si ad salutē intelligas: nulla ḡstio est. Si non ad salutē: ḡstio est magna: quę te calumniatorem facit paulo aplo. Quicq̄d postulauerimus accipiemus ab eo: quia mādata eius seruamus: t quę placent illi in cōspectu ei⁹ facimus. In conspectu eius: intus vbi videt. Et quę illa mādata sūt: Hoc est inquit mādatū illi⁹: vt credam⁹ in nomine filii ei⁹ iesu christi: Et diligamus inuicem. Videtis quia hoc est mā- E datū. Videtis q̄ contra hoc mandatū qui facit: peccatū facit: quo caret omnis q̄ nat⁹ est ex deo. Sicut dedit nobis mādatū vt diligam⁹ inuicē: t q̄ seruauerit mandatū ei⁹. Videtis q̄ nihil aliud nobis p̄cipit nisi vt diligam⁹ inuicē. Et q̄ seruauerit mandatū ei⁹: in ipso manebit: et ipse in eo. Et in hoc cognoscam⁹ quia manet in nobis de spū quē dedit nobis. Nōne manifestū est: quia hoc agit spiritus sanctus in homine vt sit in illo dilectio t charitas? Nōne manifestum est q̄ ait apostol⁹: Charitas dei diffu- 1Re.5. sa est in cordib⁹ nostris p̄ spiritū sanctū qui datus est nobis? De charitate enī loquebatur et dicebat: quia in cōspectu dei debem⁹ interrogare cor nostrū: Q̄ si non male senserit cor nostrū: id est si confiteat q̄ de dilectione fratris sit: q̄cq̄d fit in bono opere fit. Accessit etiā q̄ de mādato cui⁹ diceret hoc ait: Hoc ē mādatū ei⁹: vt credam⁹ in nole filii ei⁹ iesu xp̄i: t diligam⁹ inuicē. Et q̄ facit mādatū ei⁹ in ipso manet: t ille in eo. In hoc cognoscim⁹ q̄ manet in nobis: de spū quē dedit nobis. Si enī laueneris te habere charitatem: habes spiritū dei ad intelligendū. Valde enī necessaria res est. Primis tēporibus cadebat sup̄ credentes spūs sanct⁹: et Act.2. loquebant linguis quas nō didicerāt: quō spūs dabat eis p̄nunciare. Signa erant tē pore opportuno. Oportebat enī ita significari in omnib⁹ linguis spiritū sanctū: q̄ euangelii dei p̄ omnes linguas cursurū erat toto orbe terrar. Significatū est illud t transit. Nūquid mō quib⁹ imponit manus vt accipiant spiritū scī: hoc expectat vt linguis loquant? Aut q̄ si imposuim⁹ manum istis infantib⁹: attendit vnusquisq̄ vestrū vtrū linguis loquerent? Et cū videret eos linguis nō loqui: ita puerso corde aliq̄s vestrū fuit: vt diceret: Non acceperūt isti spūs sanctū. Nā si accepissent linguis loquerēt quēadmodū tunc factum est. Si ergo p̄ hęc miracula nō fiat modo testimoniū fidei spūs sancti: vnde fit: vnde cognoscit q̄s ac

cepisse spm̄ sanctū ? Interroget cor suū: Si diligit fratrē: manet spūs dei in illo. Videat: ꝓbet seipsū cor suū oculis dei. Videat si ē illo dilectio pacis vnitat': dilectio ecclie toto terrarū orbe diffusę. Nō attēdat eū solū diligere fratrē quē attēdit ante se. Multos eñ nō videmus fratres nostros: ? in vnitate spīritus illius copulamur. Quid mirū q̄ nobiscū non sunt? In vno corpore sumus: vnū caput habemus in cęlo. Fratres oculi nostri non se vident quasi nō se norūt: An in charitate compaginis corporalis norūt se? Nam vt noueritis quia in coniunctiōe charitatis se nouerunt: quando ambo patent: nō licet vt aliquid attendat dexter: qđ non attendat sinister. Dirige radiū dextrū sine altero si potes? Simul coeūt: simul dirigūt: intentio vna est: loca diuersa sūt. Si ergo omnis qui tecū diligit deum: vnā intentionem tecum habet: noli attēdere quia corpore in loco separatus est: acies cordis simul fixistis in lumie veritat'. Ergo si vis nosse quia accepisti spiritum sanctū: interroga cor tuum: ne forte sacramentū habeas: ? virtutē sacramēti non habeas. Interroga cor tuū: si est ibi dilectio fratris: secur' esto.

Non pōt esse dilectio sine spīritu dei: quia
Ro.5. paulus clamat: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris ꝑ spīritū sanctū qui datus
Co 4. est nobis. Dilectissimi: nolite oī spi
ꝟ ritui credere. Quia dixerat: In h cognoscimus quia manet in nobis: de spū quem dedit nobis. Vnde autē cognoscāt ipse spīritus: Attēdite. Dilectissimi: nolite oi spiritui credere: sed ꝓbate spūs si ex deo sunt. Quis est qui ꝓbat spūs? Difficilē rem nobis proposuit fratres mei. Bonum est nobis vt dicat ipse vnde discernamus. Dicturus est: ne formideris: Sed primo videte: attendite. Videte hinc experimi illud vnde vani heretici calumniantur. Attendite: videte qđ ait: Dilectissimi: nolite omni spiritui credere: sed ꝓbate spīritus si ex deo sunt. Spīritus ꝑ actus nomine aquę appellatus est in euāgelio: dño clamāte ? dicente: Si quis sitit veniat ad me ? bi
Ioh.7. bat. Qui credit in me: flumia aquę viuę fluent de ventre ei⁹. Euangelista aūt exposuit vnde diceret. Secutus eñ ait: Hoc autem dicebat de spīritu quem accepturi erant: q̄ in eum erant credituri. Quare non multos baptizabat dñs? Sed qđ sequit attēdite: Spīritus autē nondū erat datus: quia iesus nōdū fuerat glorificat⁹. Quia ergo illi baptismū habebāt ? spīritum sanctū nōdū acceperant: quē die pentecostes misit dñs de cęlo: vt daretur spīrit⁹: expectabat glorificatio domini. Et anteq̄ clarificaret: ? ascēdo mitteret eum: inuitabat tamen homines vt se pparārent ad accipiendā aquam de qua dixit: Qui sitit veniat ? bibat: ? q̄ credit in me flumina aquę viuę fluent de ventre eius. Quid est illa aqua? Nemo me interroget: Euangeliū interroga. Hoc aūt dicebat ait de spīritu quē accepturi erant hi qui in eum erant credituri. Aliud est ergo aqua sacramenti: aliud aqua quę significat spīritū dei. Aqua sacramenti visibilis est: aqua spīrit⁹ inuisibilis est. Ista abluit corpus: et significat qđ fit in anima: ꝓ illā spīritum ipsa anima mundat ? saginat. Ipse est spīritus dei: quē nō possunt habere hęretici: ? quicūq̄ se ab ecclia ꝓcidūt. Et quicūq̄ nō apte ꝓcedunt: ꝓ iniq̄tatē ꝓsiliūt: et intus tanq̄ palea volumntur ? grana nō sunt: non habent istum spīritū. Iste spīrit⁹ nomine aquę a dño significatus est: ? audiuimus ab hac epistola: Nolite omni spīritui credere: Attestant' verba illa salomōis:
Pro.5. Ab aqua aliena abstinere. Quid est aqua? Pouer.5.
Spīritus. Nunquid semp aqua spīritū ſ significat? Nō semp. Quibusdā locis spīritū ſ significat: quibusdam locis baptismū significat: quibusdam locis populos significat: quibusdam locis cōsiliū significat. Habes quodam loco dictū: Fons vitę cōsiliū pos- Pouer.16.
sidentibus eū. Ergo ꝓ diuersa loca scripturarum nomen aquę diuersa significat. Hic tamen in nole aquę spīritū sanctū audistis: non ex interpretatione nostra: sed ex euāge
lica: vbi ait: Hoc aūt dicebat de spīritu quē Ioh.7.
erant acceptur hi qui in eū erant credituri. Si ergo aquę nomine significat spīritū sanctus: et dicit nobis epistola ista: Nolite omni spūi credere: ꝓbate spūs si ex deo sunt: intelligam⁹ inde dictū est: Ab aq̄ aliena ab- Pouer.5.
stinete: ? de fonte alieno ne biberis. Quid est de fonte alieno ne biberis? Spīritui alieno ne crediderīs. Restat ergo examen vt de ꝓbet qi spīritus dei est. Posuit quidem signum ? hoc fortasse difficile. Videamus tamē ad illam charitatem reduxi sumus. Ipsa est q̄ nos docet: quia ipsa est vnctio. Ut dic quid ait: Probate spīritus si ex deo

sūt. Quia multi pseudo ꝓphete exierunt in istū mundū. Jam ibi sunt omnes hereticī ⁊ omnes scismatici: Quomodo ergo ꝓphabo spiritū? Sequit. In hoc cognoscitur spiritus dei. Erigite aures cordis. Laborabamus ⁊ dicebam⁹: Quis nouit? quis discernit? Ecce dicturus est signū. In hoc cognoscit spiritus dei: Omnis spūs q̄ cōfitet ihesū christū in carne uenisse ex deo ē: Et omnis spiritus qui non cōfitet ihesū christū in carne uenisse non est ex deo: Et hic est antichr̄ist⁹: de quo audistis ꝙ uenturus sit: ⁊ nūc in isto mūdo est. Quasi erigunt aures ad discernēdos spiritus: ⁊ tale quiddā audiuimus unde nihilominus nō discernamus. Quid enī ait: Omnis spiritus qui confitet ihesum christū in carne uenisse ex deo est? Quia confitent ihesum christū in carne uenisse. Jam hic erigunt se forte aduersum nos ⁊ dicunt: uos non habetis spiritū ex deo: sed ⁊ nos cōfitemur ihesum christū in carne uenisse: Iste aūt illos negauit spiritū dei habere: qui non cōfitent ihesū xp̄m in carne uenisse. Quęre ab arrianis: cōfitent ihesū xp̄m in carne uenisse. Quęre ab eunomianis: cōfitent ihesum christum in carne uenisse. Quęre a macedonianis: cōfitent ihesum christū in carne uenisse. Interroga cataphrygas: cōfitent ihesum christum in carne uenisse. Interroga nouatianos: confitent ihesum christum in carne uenisse. Omnes ergo isti hereses spiritū dei habent: Non ē pseudo ꝓphetę sunt? Nulla est ergo ibi deceptio: nulla seductio? Certe antichristi sunt: qui ex nobis exierunt: sed nō erant ex nobis. Quid ergo facimus: ut discernamus? Intēdite. Eam⁹ simul corde ⁊ pulsemus: Vigilat ipsa charitas: quia ipsa pulsatura est: ipsa aptura. Modo intelligentes in nomine dñi nostri ihesu xp̄i. Jā fugitus audistī: quia dictū est: Qui negat ihesum christū in carne uenisse: hic est antichristus. Et ibi quęsiuim⁹: quis neget: quia nec nos negamus: nec illi negant: Et inuenim⁹ quosdam factis negare: ⁊ adhibuim⁹ testimoniū de apostolo qui ait: Cōfitent enī se nosse deum: factis aūt negant. Sic ergo et modo quęram⁹ in factis: nō lingua quis est spiritus qui non est ex deo: qui negat ihesum christum in carne uenisse: ⁊ quis est spir⁹ q̄ est ex deo: qui cōfitet ihesum christū in carne

Tit. 1.

uenisse? Veia fratres: opera attendam⁹ nō strepitū linguę. Quęram⁹ quare uenerit in carne christus: ⁊ inuenietis qui eū negāt in carne uenisse. Nam si linguis attendas: multas hereses auditur⁹ eos confitēteo christum in carne uenisse: Sz cōuincit illos ueritas. Quare uenit christ⁹ in carne? Nōne deus erat? Nōne de illo dictū est: In principio erat uerbū ⁊ uerbum erat apud deū ⁊ deus erat uerbū? Nōne pascebat angelos: ⁊ ipse pascit angelos? Nōne sic uenit ut inde non discederet? Nōne sic ascēdit ut nos nō dimitteret? Quare uenit ergo in carne? Quia oportebat nobis ostendi spem resurrectionis. Deus erat: ⁊ in carne uenit. Deus enī mori nō poterat: caro poterat. Ideo ergo uenit i carne: ut moreret ꝓ nobis. Quēadmodum aūt moritur⁹ est ꝓ nobis? Maiorem hac charitatē nemo habet q̄m ut alam suam ponat ꝓ amicis suis. Charitas ergo illū duxit ad carnē. Quisquis ergo non habet charitatē: negat christū i carne uenisse. Nūc iam interroga omnes hereticos: Christus uenit in carne? Uenit: hoc credo: hoc ꝓfiteor. Immo hoc negas. Unde nego? Audis quia hoc dico: immo ego conuinco quia negas. Dicis uoce: negas corde: dicis uerbo: negas factis. Quomodo inde nego factis? Quia ideo uenit in carne christ⁹ ut moreret ꝓ nobis. Ideo mortuus est pro nobis qz charitatem multā docuit. Maiorem hac charitatē nemo habet: q̄m ut animā suam ponat ꝓ amicis suis. Tu non habes charitatē: qz ꝓ honore tuo diuidis unitatē. Ergo hunc intelligite spiritum ex deo: pulsate: tāgite uasa fictilia: ne forte crepuerint ⁊ male resonent. Videte si integre sonant: Videte si ibi ē charitas. Tollis te ab unitate orbis terrę: diuidis ecclīā ꝓ scismata: dilanias corpus christi. Ille uenit in carne ut colligat: tu ideo clamas ut spargas. Ergo ipse est spiritus dei qui dicit ihesum in carne uenisse. Qui dicit non lingua sed factis: qui dicit non sonando sed amando. Ille autem non est spiritus dei qui negat ihesum in carne uenisse: Negat ⁊ ipse non lingua sed uita: nō uerbis sed facto. Manifestū ergo unde agnoscamus fratres: Multi int⁹ q̄s intus: nemo aūt foris: nisi uere foris: adeo ut nouerit⁹ qz ad sacra retulit. Et ois spiritus ait qui soluit christū nō est ex deo. Soluere factis intelligit. Quid tibi

Joh. 1.

Joh. 15.

ostendit q̄ negat q: dixit: soluit? Ille venit colligere: tu venis soluere. Distringere vis membra christi. Quō nō negas christū in carne venisse: qui dirupis ecclesiā quā ille cōgregauit? Contra christū ergo venis: antichristus es. Int' sic: forsō sic: antichristus es. Sed q̄ intus es lateo: q̄ foris es manifestaris. Soluis iesū t negas eū in carne venisse: nō es ex deo. Jdeo dicit in euāgelio: Qui soluerit vnū de mādatis istis minimis: t docuerit sic: minim' vocabit in regno celoz. Quid est soluit? Quid est docuit? Soluit facit: t docetur quasi verbio. Qui ḡdicas nō furandū: furaris? Soluit ergo in facto qui furatur: t quasi docet sic: minimus vocabit in regno celeū: id est in ecclesia hui' tēporis. De illo dictū ē: Quę dicunt facite: quę autez faciunt: facere nolite. Qui aūt fecerit: t sic docuerit: magnus vocabit in regno celoz. Et eo q̄ dixit hic: Fecerit: cōtra hoc ibi dixit: Soluerit: id est nō fecerit: t docuerit sic. Ille ergo soluit q̄ non facit. Quid nos docet: nisi vt facta interrogemus nō verba credam'? Obscuritas rez multa nos cogit dicere: maxime vt illud q̄ dño remedare dignat: etiā ad tardiores fratres pueniat: q: omnes christi sanguine cōparati sunt. Et vereor ne ipsa epistola istis diēb' sicut p̄miseram nō finiatur. Sed q̄ dño placet: melius est seruare reliquias q̄ onerare corda nimio cibo.

De eo q̄ Johānes dixit: Jāvos ex deo estis filioli t vicistis eūz: q: maioz est qui est in vobis: q̄ qui in hoc mundo: vsq̄ ad id: Ita de' dilexit nos: debemus t nos inuicem diligere. Tractat' VII

Audiuus iste omnib' fidelib' quęrēntibus patrā sic est: quomō fuit deremus pplo israel. Errabant quidē adhuc: t patriā quęrebant: sed duce dño errare nō poterāt: via illius fuit visio dei. Mā vbi p quadraginta annos circūiērūt: paucissimis mansionib' cōficitur iter ipsum et notū est omnib'. Tardabant: q: exercebantur: nō quia deserebant. Q̄ ergo nobis p mittit de': ineffabilis dulcedo ē: Et bonū: sicut scriptura dicit: t sępe nobis cōmemorauit' audistis: q̄ oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit. Laborib' aūt tēporalibus exercemur: t tēptationibus vitę ḡsentis eruditmur. Sed si nō vultis in ista deremo siti mori: bibite charitatem: fons est quem voluit dño hic ponere ne deficiamus in via: et abundātius eū bibemus eū ad patriā venerim'. Addo euāgeliū lectū est: vt de ipsis verbis quibus lectio terminata est dicā: qd aliud nisi de charitate audistis? Quādoquidē pactū fecim' eū dño nostro in oratiōe: vt si volumus dimittat nobis peccata nostra: dimittamus t nos ptā quę i nobis fuerint cōmissa. Nō aūt dimittit nisi charitas. Tolle charitatez de corde: odium tenet: ignoscere nō nouit. Sit tibi charitas: secura ignoscit quę nō angustatur. Epistola autē ista tota quā suscepimus tractādā vobiscū: videte si aliud ali quid cōmendat q̄ ipsā vnā charitatē. Nec timendū est: ne sępe dicēdo in odiū veniat. Quid eñ amatur si charitas in odiū venit? Quia charitate fit: vt cętera bene amētur. Ipsa quomō amāda est? Res ergo quę nūquā debet de corde discedere: nec ab ore discedat. **Jam vos inquit ex deo estis filioli: t vicistis eum.** Quē: nisi antichristum? Superi' eñ dixerat: Omnis qui soluit iesum christū: t negat eū in carne venisse: nō est ex deo. Expositum' aūt si meministis: q: omnes negāt iesum christū in carne venisse qui violant charitatē. Jesus eñ nō opus erat vt veniret nisi ꝓpter charitatez. Charitas eñ nobis illa cōmendat: quam t ipse in euāgelio cōmendat: Adalotē hac dilectionē nemo habet q̄ vt animā suam ponat p amicis suis. Quomō poterat filius dei alam suā ponere p nobis: nisi carne indueretur vbi mori posset? Quisquis violat charitatez quodlibet dicat de lingua: vita ipsi' negat christū in carne venisse: t iste est antichrist': vbicūq̄ fuerit: quocunq̄ intrauerit. Sed quid dicit eis qui clueo sunt illi' patrię cui suspiram'? Vicistis eū. Et vnde vicerūt? **Quia maioz est q̄ est in vobis q̄ qui in hoc mundo.** De victoriā suis vinbus tribuerēt: t arrogantia superbię vincerent. Quōcūq̄ eñ diabolus superbū fecerit: vincit. Volens eos seruare humilitatē: quid ait? Vicistis eū. Jam omnis homo q̄ audit: vicistis: erigit caput: erigit cervicem: laudari se vult: Nolite extolli. Te de quo in reviat. Quare vicisti? Quia maior est qui est in nobis: q̄ in hoc mundo. Ergo humilis ponta dñm tuū: esto iamentum

sessoris tui. Bonum tibi est vt ipse regat: et ipse ducat. Nam si ipsum sessorem non habueris: cerucē erigere poteo: calceos poteo mittere: sed vę tibi sine rectore: quia libertas ista l desitas te mittet comedēdū ¶ Vi de mūdo sūt. Qui? Antichristi. Jam audistio qui sint. Et si nō estio: cognoscitio eos. Quisco aūt hoc est: nō cognoscat. Vi de mūdo sūt: ideo de mūdo loquūt: t mundus eos audit. Qui sunt qui de mundo loquunt? Attendite contra charitatem. Ecce audistis dīm dicentem: Si dimiseritis peccata hominibus: dimittet vobis t pater vester cęlestis peccata vestra. Si aūt nō dimiseritis: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Sententia est veritat'. Aut si non veritas loquit: cōtradic. Si christian° es: t in christū credis: ipse dixit: Ego sum veritas. Sententia est ista: vera est: firma est. Jam audi homines de mūdo loquēteo: et non te vindicaturus es: t dicturus est ille: quia fecit tibi: imo sentiat quia cum viro habet. Quotidie dicunt ista: de mundo loquūtur qui ista dicunt: et mūdus eos audit: nec dicunt ista nisi qui diligunt mūdum: nec audiuntur ista nisi ab his qui diligunt mūdum. Et qui diligit mundū t negligit charitatem: audistis q: negat iesum in carne venisse. Aut si fecit illud in carne ipse dīs? Si cum expalmaret voluit se vindicari? Si cum in cruce penderet non dixit: Pater ignosce illis q: nescūt quid faciūt? Si aūt ista qui potestatē habebat: tu quid miraris: quid fusticas in potestate aliena cōstitutus? Ille quia voluit mortuus est: t nō minabat: tu nescis quando morias t minaris? Nos ex deo sumus. Videam° quare. Videte si propter aliud q̄ propter charitatem. Hoc ex deo sumus. Qui non audit deum audit nos: Qui non est ex deo: nō nos audit. Et hoc cognoscim° spm veritat' t erroris. Quia q: audit nos: spiritū habet veritatis: Qui nō nos audit: spm habet erroris. Videam° quid monet: t audiam° eum potius in spiritu veritatis monentē: nō antichristos: nō amatores mundi: non mundum. Si ex deo nati sum°. Sequit supra: videte quid. Nos ex deo sum°. Qui nouit deum audit nos: qui nō est ex deo: non nos audit. Et hoc cognoscitur spiritus veritatis t erroris. Jam ergo intētos nos fecit: quia qui nouit deū ipse audit: Qui aūt non nouit: nō audit. Et hęc discretio est spiritus veritatis t erroris. Videamus quid monitur° est: in quo illum audire debeamus. Dilectissimi diligamus inuicez. Quare? Quia homo monet. Et dilectio ex deo est. Multū cōmendauit dilectionem: quia dixit ex deo est. Plus dictur° est: Intendite: Audiam°. Modo dixit: Dilectio ex deo est. Et ois q̄ diligit ex deo nat° ē: t cognouit deum: Qui non diligit non nouit deū. Quare? Quia deus dilectio est. Quid amplius dici potuit fratres? Si nihil de laude dilectionis diceret per oēs istas paginas hui° epistolę: si nihil oīno p cęteras paginas scripturarū: t hoc solum vnū audiremus de voce spiritus dei: quia deus dilectio est. Jam videte: q: facere contra dilectionē: facere contra deum est. Nemo dicat in hominē pecco: q̄ non diligo fratrem meum. Intendite t facile est peccatū in hominē: in deum solum nō peccē. Quō non peccas in deum q̄ in dilectionem peccas? Deus dilectio est. Nunquid nos dicim°? Si nos dicerem°: deus dilectio est: forte scandalizaretur aliquis ex nobis t diceret: Quid dixit? Quid voluit dicere: quia deus dilectio est? Dedit dilectionem deus: donauit dilectionē de°. Et deo est dilectio: deus dilectio est. Ecce habetis fratres scripturas dei. Canonica est ista epla: per oēs gentes recitatur orbio terrę: auctoritate tenet: Orbem terrarum ipsa ędificauit. Audis hic ab spiritu dei: deus dilectio est. Jā si audes: fac contra deū: et noli diligere fratrem tuum? Quomodo ergo iandudum dilectio ex deo est: et modo ergo dilectio de° est? Eteīs de° pater t filius t spūssanctus. Filius de° ex deo: spūssanct° deus ex deo: Et hi tres vnus deus: non tres dij. Si filius deus t spūssanctus de°: t ille diligit in quo habitat spūssanct°: Ergo dilectio deus est. Si de° q: ex deo: vtrūq; eiī habes in epla: Et dilectio ex deo est: t dilectio de° est: De solo patre scriptura non nouit dicere: q: ex deo: cum autem audis ex deo: aut filius intelligitur: aut spūssanctus. Quia vero dicit apostol°: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris: p spūssanctū qui dat° est nobis: intelligamus in dilectione spiritū sanctum esse. Ipse eīi spūssanctus quē nō possunt accipere mali: ipse est ille fons de quo

Matth. 6.

Joh. 14.

Luc. 23.

1. Jo. 4.

uer.5. dicat scriptura: Fons aquę tuę sit tibi ppriꝰ: ⁊ nemo alienus cōmunicet tibi. Omnes enī qui non diligunt deum: alieni sūt: antichristi sunt. Et ꝙ intrent basilicas: non possūt numerāri int filios dei. Nō ad illos pinet fons ille vitę. Et habere baptismū ⁊ malus esse potest: habere ppheciam ⁊ malꝰ esse potest. Inuenimꝰ saulē regē habuisse ppheciam: plequebat sanctū dauid: et impletus est spiritu ppheticę: ⁊ prophetare cepit. Accipere sacramentū corporis ⁊ sanguinis dñi: ⁊ malus esse potest. Nam de talibꝰ Cor.11. dictū est: Qui mānducat ⁊ bibit indigne: iudicium sibi mānducat ⁊ bibit. Habere nomē christi ⁊ malꝰ esse potest: id est christianꝰ vocari: et malus esse potest. De quibꝰ dictum est: Polluebāt nomen dei sui. Ergo habere sacramenta ista omnia ⁊ malus esse potest: habere autē charitatem ⁊ malꝰ esse non potest. Hoc est ergo ꝓprium bonum. Ipse est singularis fons. Ad hūc bibendū voc hortatur spiritus dei: ad se bibendū voc hortat spiritꝰ dei. **In hoc manifestata est dilectio dei in nobis.** Ecce vt diligam⁹ deū: hortationē habem⁹. Possemus illum diligere: nisi prior ille diligeret? Si pigri eramus ad amandum: non simus pigri ad redamandū. Prior amauit nos: nec sic nos amam⁹. Iniquos amauit: sed iniquitates soluit. Iniquos amauit: ⁊ nō ad iniquitates cōgregauit. Egrotos amauit: sed sanādos visitauit. Dē ergo dilectio est. In hoc manifestata ē dilectio dei in nobis. **Quia filium suum vnigenitū misit in hūc mundum: vt viuamus p ipsum.** Quō Joh.15. ipse dixit: Maiorē dilectionē nemo potest habere: q̄ vt animam suam ponat pro amicis suis. Et ibi ꝓbata est dilectio christi in nos: quia mortuꝰ est ꝓ nobis. Dilectio patris vnde ꝓbata est in nobis? Quia filium suum vnicum misit mori ꝓ nobis. Sic Ro.8. ⁊ paulus apostolus dicit: Qui filio ꝓprio nō pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit eum. Quō non ⁊ cum illo omnia nobis donauit? Ecce christū tradidit pr̄: et tradidit iudas: Nunquid non quasi simile factū videt? Traditor iudas: Ergo traditor est et deꝰ pat̄? Absit inq̄s. Nō dico: ꝙ apls dicit: Qui filio ꝓprio nō pepercit: ꝙ ꝓ nob⁹ oīb⁹ tradidit eū. Et pater illū tradidit: ⁊ ipse se tradidit. Ait idē apostolus: Qui me dilexit et Gal.2. tradidit semetipsum ꝓ me. Si pater tradidit filiū: ⁊ tradidit seipsum filius: iudas qd fecit? Facta est traditio a patre: facta est traditio a filio: facta est traditio a iuda: Una res facta est. Sed quę res discernit patrem tradentē filium: seipsum filiū tradentē: ⁊ iudam discipulū tradentē magistrum suum? Quia hoc fecit pater ⁊ filius in charitate: fecit autē hoc iudas in ꝓditione. Videtis: q̄ non: quid faciat homo cōsiderandū est: sed quo animo et volūtate faciat. In eodē facto: inuenimus deum patrē in quo inuentimus iudam: patrē benedicimus: iudā detestamur. Quare patrē benedicimus: iudā detestamur? Benedicimus charitatē: detestamur iniquitatē. Quantū enī pręstitum est generi humano tradito christo: nūquid hoc cogitauit iudas vt traderet? Deus cogitauit salutē nostrā: qua redempti sumus: Judas cogitauit pretium quo vendidit dominū. Filius ipe cogitauit preciū qō dedit ꝓ nobis: Judas cogitauit preciū quod accepit vt venderet. Diuersa ergo intētio: diuersa facta fecit. Cuꝫ sit vna res: et diuersis eam intentionib⁹ si metiamur: vnū amandum: alterum damnandū: vnum glorificandum: alterū detestandū inuenimus. Tantū valet charitas. Videte quia sola discernit: videte quia facta hominū sola distinguit. Hoc dirim⁹ in similibus factis. In diuersis factis: inuenimus ſcientem hominem factū de charitate: ⁊ blandū factuꝫ de iniquitate. Puerum cędit pater: et mango blanditur. Si duas res ꝓponas: plagas et blandimenta: quis nō eligat blandimenta et fugiat plagas? Si ꝓponas attēdas: charitas cędit: blāditur iniquitas. Videte qd cōmendamus: quia non discernūtur facta hominū: nisi de radice charitatis. Nā multa fieri possunt: quę speciē habent bonam: ⁊ non ꝓcedunt de radice charitatis. Habēt enim ⁊ spinę flores. Quędā vero videntur aspera: videntur truculenta: sed fiunt ad disciplinam dictante charitate. Semel ergo breue ꝓceptum tibi pręcipitur: Dilige: et quod vis fac. Siue taceas: dilectiōe taceas: siue clamas: dilectione clames: siue emendes: dilectione emendes: siue parcas: dilectione parcas: Radix sit intus dilectionis: non potest de illa radice nisi bonū existere. In hoc est dilectio: In hoc manifestata est dilectio dei in nobis: quia deꝰ filiū suū misit vnigenitū in hunc mūdum:

D vt viuamus per ipsum. In hoc est dilectio: non quia nos dilerimus: sed quia ipse dilexit nos. Non illum diligimus prius. Nam ad hoc nos dilexit: vt diligamus eum. Et misit filium suū hostiā̄ p̄ peccatis nostris. Hostiā̄: sacrificatio. Sacrificauit p̄ peccatis nr̄is. Vbi inuenit hostias? Vbi inuenit victimā quā̄ pura volebat offerre? Alibi nō inuenit: seipm̄ obtulit. Ita d⁹ dilexit nos: debemus & nos inuicē diligere. Petre amas me? Joh.21. Et ille dixit: Amo. Pasce oues meas. Deū nemo vidit vnquā̄. Reo est inuisibilis: non oculo sed corde quærendus est. Sed quēad modū si solem istum videre vellem⁹: oculū corporis purgaremus vnde videri lux potest: volentes videre deū: oculū quo deus videri potest purgemus. Et vbi est iste oculus? Matth.5. Audi euangeliū: Beati mundo corde quoniā̄ ipsi deū videbunt. Sed nemo sibi p̄ cōcupiscentia oculoꝝ cogitet deū: Facit em̄ sibi aut ingētem formā̄ aut magnitudinem aliquam inestimabilē: distendit p̄ loca velut lucem istam quā̄ videt his oculis: auget p̄ campos quantuꝫ potest: aut facit sibi aliquē quasi venerabilis formę senē. Nihil horū cogites. Est qđ cogites: si vis videre deū: Dei⁹ dilectio est. Qualē facē habet dilectio? Qualē formā̄ habet? Qualē staturā̄ habet? Quales pedes habet? Quales manus habet? Nemo pōt dicere. Habet tñ pedes: nā ipi ducūt ad ecclesiā̄. Habet man⁹: nam ipse pauperi porrigūt. Nā habet oculos: naim inde intelligit ille qui eget. Beatus qui intelligit sup egenū & pauperē. Habet aures: de quib⁹ dixit dominus: Qui habet aures audiēdi audiat. Nō sunt em̄ mēbra distincta p̄ loca: sed intellectu totum sit videt. Qui habes charitatē: habita & in habitaberis. Adhane & manebitur in te. Quid em̄ fratres mei? Quis amat qđ non videt? Quare aūt quādo laudatur charitas: erigimini: acclamat⁹: laudat⁹? Quid vobis ostēdi? Aliquos colores ꝓtuli? Aurū & argentū ꝓposui? Gēmas de thesauris effudi? Quid tale ostendi oculis vestris? Nūquid facies mea mutata est cum loquor? Carnem gero: in ipsa forma sum in qua ꝓcessi. In ipsa forma estis in qua venistis: Laudatur charitas & clamat⁹. Certe nihil videtis. Sz quō vobis placet quādo laudat⁹: sic vobis placeat vt in corde seruetis. Intendite em̄ qđ dicā fratres. Exhortor vos quantū dat dominus: ad magnū thesaurū. Si vobis ostēderet aliqđ vasculū anaglyphū inauratuz: operose factū: & illiceret oculos vfos: & duceret in se intentionē cordis vestri: & placeret vobis manus artificis: & pondus argēti: & splendor metalli: Nōne vnusquisqꝫ vestrū diceret: O si habere vasculū istud? Et sine causa diceretis: In potestate em̄ vestra nō erat. Aut si quisqꝫ vellet habere cogitaret illud ō domo aliena furari? Laudatur charitas vobis: habete: possidete: non opus est vt furtū alicui faciatis: nō op⁹ est vt emere cogitetis. Gratis cōstat: tenete eam: ampleximini eam: Dulcius illa nihil est. Si cum cōmemoratā talis ē: cū habeā qualis est. Si qui forte vultis seruare charitatem fratres: ante omnia ne putetis abiectam & desidiosam: nec quadā mansuetudine: immo non mansuetudine sed remissione & negligētia seruari charitatē. Nō sic seruat. Nō putes tunc te amare seruū tuum: quando eū non cędis: aut tunc te amare filiū tuū quādo ei non dās disciplinā: aut tūc te amare vicinū tuum: qñ eū non corripis. Non est ista charitas: sed languor. Feruear charitas ad corripiēdū: ad emēdandū. Sz sūt boni mores: delectēt. Sunt mali: emendent: corrigant. Noli in homine amare errorē: sed hominē. Holez em̄ deus fecit: errorē ipsius hō fecit. Ama illō qđ de⁹ fecit: noli amare qđ ipe hō fecit. Cū illud amas: illud tollis. Cū illud diligis: illud emendas. Sed & si quis aliqñ ꝓpter correctionē dilectionis: ꝓpterea de columba demonstrata est charitas: q̄ venit sup̄ dñm: Species illa columbę in q̄ venit spiritus sanctus: quo nobis charitas infunderet. Quare hoc? Fel columba nō habet: tamen rostro & pennis ꝓ nido pugnat: sine amaritudine sęuit. Hoc facit & pater quando filiū castigat: sed ad disciplinā castigat: sicut dixi. Seductor vt vendat cum amaritudine blandit: pater vt corrigat sine felle castigat. Tales estote ad omnēs. Videte fratres: magnum documentum: magna regula. Vnusquisqꝫ habet filios aut habere vult: aut si omnino decreuit filios nō habere carnaliter: vel spiritaliter cupit habere: quis est qui non corrigat filium suū? Quis est cui non det disciplinam pater? Et tamē seuire videt: Amor sęuit: charitas sęuit. Sęuit. Quō? Sine felle more columbino: non

Matth.3.

25.q.1.ni putes.

comuno. Unde venit in mentē fratres mei dicere vobis: quia illi violatores charitatis falsma fecerunt. Quomodo oderant ipsam charitatē: sic oderūt t columbā. Sed quia cit illos columba: pcedit de cēlo: aperiuntur cēli: t manet sup caput domini. Et qd
Joh.1. dicit. Et audiat: hic ē qui baptizat. Recedite prędones: recedite inuasores possessionis christi: in possessionib' vestris. Ibi dominari vultis: tituloq; potenti' aufl estis infringere: Cognoscat ille titulos suos: vendicat sibi possessionē suā. Nō delet titulos sed intrat t possidet. Sic ad catholicam venient: non delet baptismus: ne titulus imperator' deleat. Sed quid fit in catholica? Agnoscat titul' intrat possessor: sub titulis suis: quo intrabat ꝑdo sub titulis alienis.

De eo qđ Johannes dicit: Deū nemo vidit vnq;. Videte dilectissimi si diligam⁹ inuicē: de⁹ in nobis manebit: t dilectio eius erit pfecta in nobis: vsq; ad id: Deus dilectio est: Et q̄ manet in dilectione in deo manet t de⁹ in eo: Tractat' VIII.

Dilectio dulce verbum est: sed dulcius factum. Semp de illa loq̄ non possumus. Multa enī agim⁹: t diuersę actiones distendunt nos: vt nō vacet lingue nostre semp de dilectione loqui: Nā nihil melius ageret lingua nostra. Sed de qua semp loqui nō licet: semp eam custodire licet: Sicut nūc qđ cantauim⁹: Alleluia. Numquid semp hoc facimus? Vix vnus⁹ quisq; non toto spacio: sed parua particula cantamus alleluia: t vacam⁹ ad aliud. Est aūt alleluia: sicut tā nostis: Laudate dominū. Qui deum laudat lingua: nō semp potest: qui mult⁹ deum laudat: semp pōt. Opera misericordię: affectus charitatis: sanctitas pactatio: incorruptio castitatis: modestia sobrietatis: semp hęc tenēda sūt: illue cū in publico fum⁹: siue cū in domo: siue ante homines: siue in cubiculo: siue loquentes: siue tacētes: siue aliquid agētes: siue cantātes: semp hęc tenēda sunt: q: intuo sunt oēs istę virtutes quas nominaui. Quis aūt sufficiat oēs nolare? Quasi exercit' est imperatoris qui sedet int' in mēte tua. Quō enī imperator ꝑ exercitū suum agit qđ ei placet: sic dīus
Epł.3. iesus christus incipiēs habitare in interiore bole nostro: id est in mente p fidē: virtutib' quasi ministris suis. Et p has virtutes quę videri oculis nō possunt: t tamē qđ nominant laudant. Nō aūt laudarent nisi amarent: nō amarent nisi viderent. Et si vnq; nō amarent nisi viderent: alio oculo viderent: id est in interiore cordis aspectu. Per has virtutes inuisibiles mouēt mēbra visibilia: Pedes ad ambulādū. Sed quod Quo mouerit bona voluntas: quę militat bono imperatori. Manus ad operandū. Sz quid? Qđ iusserit charitas quę inspirata ē int' a spūsancto. Mēbra ergo vident cum moueant: qui iubet intus non videt: t quos int' iubeat: ꝓpe ipe solus nouit qui iubet: t ille intus qui iubet. Rāq; fratres mei audisti cū euangeliū legeret: certe si aurē ibi non tantū corporis sed t cordis habuistis.
Quid ait? Cauete facere iusticiā vestrā coram hoibus vt videamini ab eis. Rūquid hoc voluit dicere: vt quęcūq; bona facim⁹ abscondam⁹ ab oculis hominū: t timeam⁹ videri? Si times spectatores: non habebis imitatores. Debes ergo videri: sed non ad hoc debes facere vt videaris. Nō ibi debet esse finis gaudij tui: non ibi termin⁹ lętitię tuę: vt putes te totū fructū cōsecutum esse boni operis tui. Cum visus fueris atq; laudatus: nihil est hoc: contemne te cū laudaris. Ille in te laudet: qui p te operat. Moli ergo ad laudē tuā operari q̄ bonū agis: sed ad laudē illius a quo habes vt bonū agas. Abs te habes male agere: a deo habes bene agere. Cōtra: quorū hoies videte: ꝙ pręposteri sint. Qđ faciūt dū: volūt sibi tribuere: si male faciant: deū volūt accusare. Cōuerte hoc distortū nescio quid t ꝓposteru: fac illud quod ā mō caput deo: sunt: qđ susū facias usum: quod deorsuz facias sursum. Iusum vis facere deū: te susum: Capitaris: non eleuaris. Ille enī semp sursum est. Quid ergo? Tu bene: t deus male? Immo hoc dic si vis veri⁹ dicere: Ego male: ille bene. Et qđ ego bene: ab illo bene. Nam a me quicqđ ego: male. Ista cōfessio firmat cor: t facit dilectionis fundamenta. Nā si opera B
nostra abscondere debemus bona: ne videantur ab hominib': vbi est illa sententia dñi: in eo sermone quem habuit in monte: vbi hoc dixit: ibi et illud pauloante dixit:
Matth.5. Luceant opera vestra bona coram hominibus: Et non ibi cessauit: nō ibi finem fecit: sed addidit: Et glorificent patrem vestrum

Gal.1. qui l cęlis est. Et paul⁹ quid ait? Eram aũt ignotus facie ecclię iudeę q̃ in christo sũt: Tantũ aũt audientes erant: q; qui nos aliquando pſequebat: nũc euangelizat fidem quã aliquãdo vastabat: ⁊ in me magnificabant deũ. Videre quẽadmodũ ⁊ ipse q; se innotuit: finẽ nõ posuerit in laudẽ suã: sed in laudem dei. At quãtũ ad ipsũ pinet vastator ecclesię: pſecutor: iudeus: malignus: ipse confitek: non nos conuitiamur. Amat paulus dici a nobis peccata sua: vt glorificetur ille qui talẽ morbũ sanauit. Magnitudinem eni vulneris man⁹ medici fecuit ⁊
Act.9. sanauit. Vor illa de cęlo ꝓstrauit pſecutorem: ⁊ erexit ꝓdicatorẽ. Occidit saulũ: ⁊ vtuificauit paulũ. Saul eñ pſecutor erat sancti viri: inde nomẽ habebat iste qñ pſequebak xp̃ianos. Postea de saulo fact⁹ est paulus. Quid est paulus? Modic⁹. Ergo quãdo saulus: supbus elatus: quãdo paulus: humilis: modicus. Ideo sic loqmur: paulo post videbo te: id est post modicũ. Audi q;
1.Cor.15. modic⁹ factus est: Ego eñ sũ minim⁹ apo-
Eph.3. stolor̃. Et mihi minimo omniũ sanctor̃: dicit alio loco. Sic erat inter apłos tanq̃ fimbria vestimenti. Sed tetigit ecclesia gentiũ tanq̃ fluxũ patiens: ⁊ sanata est. Ergo frẽs hoc dixerim: hoc dico: hoc si possem nõ tacerem. Opera illa modo illa sint in nobis: modo illa ꝑ tempora: ꝑ bona: ꝑ dieb⁹. Nũ quid semp loqui? Nunquid semper tacere? Nũqd semp reficere corpus? Nũquid semp ieunare? Nũquid semp panẽ dare egenti? Nũqd semp nudũ vestire? Nunquid semp ęgrotũ visitare? Nũquid semp discordãtes cõcordare? Nũqd semp mortuos sepelire? Modo illud: modo illud. Inchoank ista ⁊ cessant: ille aũt imperator: nec inchoak: nec cessare debet. Charitas intus nõ intermittatur. Officia charitatis ꝑ tẽpora exhibe-
Deu.23. antur. Charitas q̃ sicut scriptũ est fraterna
L permaneat. Fortassis aũt mouerit aliquos vestrũ et quo istã epłam beati iohãnis tractamus vobis: quare non commendauerit maxime nisi fraternã charitatem? Qui diligit fratrem dicit: Et ꝓceptum nobis est datum: vt diligamus inuicem. Assidue nominauit charitatẽ fraternã: Dei charitatem: id est qua debemus diligere deũ: non tam assidue nominauit: sed tamẽ nõ omnino tacuit. De inimici vero dilectione prorsus tacuit: ppe q totam istã epistolam. Cum vehementer nobis ꝓdicet: cõmendetq; charitatem: non nobis dicit vt diligam⁹ inimicos: sed dicit nobis vt fratres diligamus. Modo vero cum euangeliũ legeret audiui
Matth.5. mus: Si eñ diligitis eos qui vos diligunt quã mercedẽ habebitis? Nõne ⁊ publicani hoc faciunt? Quid est igit q̃ ꝑ magno nobis ad pfectionẽ quandã fraternã dilectionem cõmendat iohãnes apłs: dño aũt dicit: nõ nobis sufficere vt fratres diligam⁹: sed debere nos extendere ipsam dilectionem vt pueniamus ad inimicos? Quisq; ad inimicos puenit: nõ trãsibit fratres: Necesse est: sicut ignis prius occupet ꝓxima: ⁊ sic se in longinquiora distendat. Propinq; est tibi frater q̃ nescio quis homo. Rursus tibi magis adheret ille: quẽ non noueras: qui tibi tamen nõ aduersak: q̃ inimic⁹ qui etiam aduersatur. Extende dilectionez in ꝓximos: nec voces illã extensionẽ. Prope eñ te diligis: qui eos diligis qui tibi adherent. Extende ad incognitos: qui tibi nihil mali fecerunt. Transcende ⁊ ipsos: pueni: vt diligas inimicos: Hoc certe dominus iubet. Quare iste tacuit de dilectiõe inimici? Omnis dilectio siue quę carnalis dicit: quę no dilectio sed magis amor dici solet. Dilectionis eñ nomẽ magis solet in melioribus rebus dici: in melioribus rebus accipi: tamẽ omnis dilectio frẽs charissimi vtiq; benuolentiã quandã habet erga eos q̃ diliguntur. Non eñ sic debemus diligere homines aut sic possum⁹ diligere vel amare. Hoc eñ etiã verbo vsus est dñs cũ diceret:
Joh.21. Petre amas me? Non sic debemus amare homines: quõ audim⁹ gulosos dicere: amo turdos. Augres quare? Vt occidat ⁊ cõsumat: et amare se dicit. Ad hoc illos amat vt non sint: ad hoc amat vt perimat: et q̃quid ad cibandum amamus vt illud cõsumatur ⁊ nos reficiamur. Nunquid sic amãdi sunt homines tanq̃ consumẽdi? Sz amicitia quadam benuolentię: vt aliquãdo ꝑstemus quos amamus. Quid si non sit qõ ꝑstemus? Sola benuolentia sufficat amanti. Non eñ optare debemus esse miseros: vt possim⁹ exercere opa misericordię. Das panem esurienti: sed melius nemo esuriret ⁊ nulli dares. Vestis nudum: vtinã omnes vestiti eẽnt: ⁊ nõ esset ista necessitas. Sepelio mortuũ: vtinã veniat aliq̃n illa vita vbi nemo moriak. Cõcordas litigãtes: vtinam

aliqñ fit pax illa eterna hierusalē vbi nemo discordat: hec ēt omnia officia necessitatū sunt. Tolle miseros: cessabunt opera misericordie. Opera misericordie cessabunt: nunquid ardor charitatis extinguit? Germanus amabis fratrē dominē cui non dabes qñ ꝓsteo: pueros: ille amor erit: multoꝫ sinceriorē. Mā si ꝓsteris misero: fortassis extollere te cupis aduersus eum: t cū tibi vis esse subiectū: qz auctor est tuus beneficij. Ille indiguit: tu imperat' es. Quasi maior videar qz tu ꝓsturis qñ ille cui ꝓsituꝰ est: opta ꝙlē: vt ambo sub vno sitis: cui nihil ꝓstari pōt.

Iam in hoc excessit modū supba anima: t quodāmō auara fuit: Quia radix omnium malorꝫ auaricia est. Et item dictū est: Initiū omnis peccati superba. Et ꝓrim' aliquando quō sibi cōcordēt iste duę sententie: Radix omniū malorꝫ auaricia: et Initiū omnis peccati superba. Si initiū omnis peccati superbia: radix omniū malorꝫ superbia est. Certe si radix olim malorꝫ auaricia est: inuentus' t in superbia auaricia esse. Excessit ēt modū hō. Quid est auarū esse? Progredi vltra qꝫ sufficit. Adam superbia cecidit: Initiū oīs peccati superbia inqt: Rūquid auaricia? Quid auarius illo cui deus sufficere non potuit? Ergo fratres legim' quēadmodū factus sit homo ad imaginē t similitudinē dei. Et qd de illo dixit de': Et habeat potestatē piscium maris: t volatiliū celi: t olim pecorum qꝫ repunt sup terram. Rūquid dixit: Habeat potestatē boim: habeat potestatē: ait: vedixit potestatē naturalē. Quotū habeat potestatez? Piscū maris: volatiliū celi: t omniū repentiū quę repunt sup terrā. Quare hec est naturalis potestas dominis in istā? Quia homo ex eo habet potestatē: ex quo factus est ad imaginē dei: in intellectu: in mēte: in interiore homine. In eo qō intelligit veritatē: diiudicat iusticiā t iniusticiaz: nouit a qꝫ fact' ē: pōt intelligere creatorē suū: laudare creatorē suū. Habet hāc intelligētiā qꝫ habet prudentiā. Jō multi cū p cupiditates malas detererēt in se imaginē dei: t ipsam quodāmodo flāmā intelligētie puersitate mouū extinguerēt: dicunt illis scripturā: Nolite fieri sicut equꝰ t mulus: quibus nō est intellect'. Hoc est dicere: ꝓpositi te equo t mulo: te ad imaginē meam feci: potestatē tibi sup ista dedi. Quare? Quia nō habent ferꝫ rationalē mentē: tu autē rationali mēte capis veritatē: intelligis qō supra te est: subdere ei qꝫ sup te est: et infra te erūt illa quib' ꝓposit' es. Quia vero ꝓ peccatū homo deseruit eū sub quo esse debuit: subditus est eis supra quę esse debuit. Intēde te qd dicā: De': homo: pecora. Verbi gratia. Supra te de': infra te pecora. Agnosce eū qui supra te est: vt agnoscāt te quę infra te sunt. Jdeoꝫ cū daniel agnouisset supra se deū: agnouerunt illū supra se leones. Si autē nō agnoscis illū qui supra te est: superiorē ptēnis: subderis inferiori. Propterea supbia ęgyptioꝝ vnde domata est? De ranis t muscis. Poterat deus t leones mittere: sed aliquis magnus leone terrēdus est. Quanto illi erant supbiores: tanto de reb' contēptibilib' t abiectis: fracta est eoꝝ ceruix mala. Sed danielem agnouerunt leones: quia ille subdit' deo erat. Quid martyres qui ad bestias pugnauerūt: t ferarū morsib' laniati sūt: nō erant sub deo? Sed dei tres viri: t serui dei machabęi. Agnouit ignis seruos dei tres viros quos nō vsſit: quoꝝ nec vestimēta corrupit: nō agnouit machabęos? Agnouit t machabęos fratres: agnouit t istos. Sed op' erat quodā flagello ꝑmittēte ꝺño qui dixit in scīptura: Flagellat omnē filiū quē recipit. Putatis eū fratres qz ferrū transuerberaret viscera dei: nisi ipe ꝑmitteret: aut bēreret in ligno: nisi ipse voluisset? Non eū agnouit creatura? In exemplum patientię ꝓposuit fidelibus suis? Jdeo deus quosdā liberauit visibiliter: quosdam non liberauit visibiliter: omnes tamen spiritaliter liberauit: spiritaliter neminē deseruit. Visibiliter quosdam visus est deseruisse: quosdā visus est eripuisse. Jdeo quosdam eripuit: ne putes illum non potuisse eripere. Testimoniū dedit qz potest. Et vbi nō facit: secretiorē intelligas voluntatē: ne suspiceris difficultatem. Sz quid fratres? Cū euaserim' oēs istos mortalitatis laqueos: cū trāslerint tempora tēptationis: cuz sęculū hoc decurrerit: t receperimus illam stolam primā: immortalitatem illam quā peccando ꝑdidim': cum corruptibile ille induerit incorruptionē: id est ea caro ista induerit incorruptionē: t mortale hoc induerit immortalitatē: tūc esse ꝑfectos filios dei: vbi nō op' est tēptari nec flagellari. Aspice ēt oīa creatura: subdita nobis erūt oīa: si nos ſic sum' ſubditi deo. Sic ꝙ de-

Gen.1. Ecclī.10. Psō.31. Daniel.6. Exo.8. Daniel.3. 2.Macha Deu.12. 1.Cor.15.

bet esse christian⁹: vt non gloriet sup alios
Bell.1. homines. Dedit eñ tibi deus esse sup bestias:id est melioꝛē esse q̄ bestias. Hoc natura habes: Semper melioꝛ eris q̄ bestia. Si vis melioꝛ esse q̄ alius homo:inuidebis ei quādo tibi esse videbis ęqualē. Debes velle omnes homines ęquales tibi. Et si viceris aliquē p prudentiā: optare debes vt sit et ipse prudens. Quia tard⁹ est discat a te: q̄dia indoctus est indiget te: et tu videris doctoꝛ? ille autē discens. Tu ergo superioꝛ quia doctoꝛ es: ille inferioꝛ q̄ discens: nisi illum optes ęqualē:semp vis habere discētem. Si aūt vis semp habere discentē:inuidus eris doctoꝛ. Si inuidus doctoꝛ: quō erit doctoꝛ? Rogo te noli docere ipsam inuidē tiam tuam: Audi aplm dicentē de viscerib⁹ charitatis: Vellem oēs homines esse
1.Cor.7. sicut meipsum. Quō volebat omnes ęquales? Ideo erat olim⁹ supioꝛ:q̄ charitate optabat oēs ęquales. Excessit ergo modū homo:dū auariꝛ voluit vt sup̄ homines esset: qui supra pecora factus est: Et ipsa est sup-
✠ bia. Et videte quāta opa faciat supbia. Ponite in corde q̄ illa faciat t q̄si parua charitati. Pascit esurientē charitas: pascat et supbia. Charitas vt deus laudet: supbia vt ipsa laudet. Vestit nudū charitas:vestit et supbia. Ieiunat charitas:ieiunat et superbia. Sepelit mortuū charitas:sepelit t supbia. Omnia opa bona quę vult facere charitas t facit:cogitat cōtra supbia t quasi docet equos suos. Sed interioꝛ charitas tollit locū malę agitatę supbię: non male agitant:sed male agitatę. Ille hominꝭ cui⁹ auriga supbia est: Necesse ē eñ vt q̄cepo cat. Vt aūt non sit supbię q̄ agitat facta bona: quis nouit:quis videt:vbi est hoc? Opa videm⁹. Pascit misericordia:pascit t supbia. Hospitē suscipit misericordia:hospitem suscipit t supbia. Intercedit p paupere misericordia:intercedit t supbia. Quid est hoc? In operib⁹ non discernimus. Audeo aliq̄d dicere:q̄ nō ego: Paulus dixit: Habuit charitas:id est homo habens charitatē: confitetur nomē christi:ducit martyriū:Cōfitet t supbia:ducit martyriū. Ille habet charitatē:ille non habet charitatē. Sed audiat
1.Cor.13. ab aplo ille q̄ nō habet charitatē: Si distribuero oīa mea paupib⁹:t si tradidero corpus meum vt ardeā:charitatē aūt non habuero:nihil mihi p̄dest. Ergo scriptura diuina intro nos reuocat a iactatione huius faciei forinsec⁹:et ab ista superficie q̄ iactatur ante homines reuocat nos intro. Redi ad conscientiā tuā:ipsā interroga. Noli attendere q̄ floret foris:q̄ quę radix est interna. Radicata est cupiditas: species potest esse bonoꝝ factoꝝ: vere opa bona esse non possūt. Radicata est charitas:secur⁹ esto:nihil De pe. di 3. radices 5. sen. ca 31. ca. 1. mali p̄cedere potest. Blandit supbia:suadet amor. Illa vestit:iste cedit. Illa enim vestit vt placeat hominibus:iste cedit vt corrigat disciplina. Accipit magis plaga charitatē: q̄ elemosyna supbię. Redite ergo intro fratres: t in omnibus q̄cūq̄ facitis: intuemini testem deū. Videre si ille videt:quo alio faciatis. Si coꝛ vestrum nō vos accusat q̄ iactantię causa facitis: bene securi estote. Nolite aūt timere quādo facitis bene: ne videat alter. Time ne p̄pterea facias vt tu laudaris: nam videat alter vt deus laudetur. Si eñ abscondis ab oculis hoīs:absconde ab imitatione hominis. Duo sunt:elemosynā facis:duo esuriunt:vnus panē:alter iusticiam. Inter duos istos famelicos: q̄ dictū est: Beati q̄ esuriūt t sitiūt iusticiā: Matth.5 qm̄ ipsi saturabūt. Inter duos istos famelicos:bonus opatoꝛ p̄stitutus est. Si charitas de illo operat: ambos miserat: ambobus vult subuenire. Ille eñ ḡnit quod māducet:ille ḡnit q̄ imitetur. Pascit illū:ḡbe te isti: ambobus dedisti elemosynā. Illum fecisti gratulatorē de fame interfecta:hunc fecisti imitatorē de exēplo p̄posito. Misereamini ergo tāq̄ misericordes: q̄ in eo etiā q̄ diligitis inimicos:fratres diligitis. Ne putetis iohannē nihil de dilectione inimici ḡcepisse:q̄ de fraterna charitate nō tacuit:frēs diligite. Quō inquis fratres diligi- 6
mus:quęro quare diligas inimicū? Quare illū diligis? Vt san⁹ sit in hac vita. Quid si nō illi expedit? Vt dues sit. Quid si ipsio diuinꝰ exęcabit. Vt vtorē ducat. Quid si amarā vitā inde patiet? Vt filios habeat. Quid si mali erūt? Incerta sunt ergo ista q̄ videris optare inimico tuo:q̄ diligis eum: incerta sunt. Opta illi vt habeat tecū vitā ętnā:opta illi vt sit frater tu⁹: Si ḡ hoc optas diligēdo inimicū vt sit frat tu⁹: t cū diligis frēm diligis. Nō eñ amas i illo q̄ ē: q̄ vis vt sit. Dixerā aliq̄s charitati vsq; nusquā fallo:: Robur ē ligni positū aī oculos. Faber oprim⁹ videt lignū nō dolatū: de filia p̄ci-

sum adamauit: nescio qd inde vult facere. Nō est ad hoc amauit: vt semp sic maneat. In arte vidit qō futurū est: nō in amore qō est. Et amauit qō inde factur' est: non illud qō est. Sic nos ⁊ deus amauit peccatores. Nam dicim' qz de' amauit peccatores. Aut Matth. 9. est: Nō est op' sanis medic': sed male habē tibus. Vnqd ad hoc amauit peccatores: vt peccatores remanerem'? Quasi lignum de silua vidit nos faber: ⁊ cogitauit q̄dificium quod inde factur' est: non siluā qō erat. Sic ⁊ tu respicio inimicū tuū aduersantez: sequentem: mordentē verbis: exasperantez contumeliosum: infectantem odijo: Attendis ibi qz homo est: videos ista omnia q̄ aduersa sūt ab homine facta: ⁊ videos in illo qō a deo factus est. Qz autez homo factus est: a deo factus est: Qz aūt te odit: ipse fecit. Et quid dicis in animo tuo? Domine ꝓpitius illi esto: dimitte illi peccata: incute illi terrorem: muta illū: Nō amas in illo qō est: ꝑ qō vis vt sit. Ergo cū inimicū amas: fratrē amas. Qua ꝓpter perfecta dilectio est in dilectione inimica: quia perfecta dilectio est in dilectione fraterna. Et nemo dicat qz aliqd minus nos monuit iohānes aplo: ⁊ pl' nos monuit dñs christ'. Johānes nos monuit vt fratres diligam': Dñs tus nos monuit: Matth. 5. vt etiam inimicos diligam'. Attēde quare te monuit christ' vt diligas inimicos. Nūquid vt semp remanear inimicus? Si ad hoc te monuit vt inimici remanear: odisti non diligis. Attēde quō ipse dilexit: id est quia nolebat vt sic remanerēt sui ꝑsecutores: aut: Luc. 23. Pater ignosce illis: qz nesciūt quid faciūt. Quib' voluit ignosce: mutari illos voluit. Quos voluit mutari: ex inimicis fratres facere dignat' est: ⁊ vere sic fecit. Occisus est: sepultus est: resurrexit: in celū ascendit: spiritū sanctū misit discipulis: cepit in fiducia ꝓdicari nomen ipsius: miracula faciebāt in nomine crucifixi ⁊ occisi. Viderūt illi interfectores dñi: ⁊ q̄ sanguinē eius sequendo fuderāt credendo biberūt. Hec dixi fratres ⁊ longiuscule: quia vehementi' comēdanda fuit charitati vestre ipsa charitas: id est cōmēdanda sibi erat. Si ergo charitas nulla ē in vobis: nihil diximus. Si autē est in vobis: tanq̄ oleū in flāma adiecimus. Et quo non erat: forte verbis accensus est. In alio creuit qō erat: in alio cepit esse qō nō erat. Ad hoc ergo ista dixim': ne pigri sitis diligere inimicos. Sequit in te dō. Ille sequit: tu deprecare. Ille odit: tu miserere. Febris aliq ipsi' te odit: sanus erit: ⁊ gratias tibi agit. Quō medici diligūt egrotos? Nūqd egrotos diligūt? Si egrotos diligunt: volūt vt semp egrotent: Ad hoc diligūt egrotos ne egroti ꝑmanēt: ꝑ vt ex egrotis sani fiant. Et quanta ꝑtiūq̄ patiunt a phrenetico: qualeo contumelias verbo' ꝑtiūq̄ ⁊ ꝑpatiunt: ꝑsequit ille febrem: ignoscat homini. Et quid dicam fratres? Amat inimicū suū: immo odit inimicū suū: mor̄bū. Ipsum enī odit: ⁊ amat dominē a quo ꝑpatiunt: Odit febrem. A quo enī ꝑpatiūt? A morbo: ab egrotatione: a febre. Illud tollit qō illi aduersatur: vt remaneat illud vnde gratulet. Sic ⁊ tu. Si odit te inimic' tu': ⁊ iniuste te odit: nouerto quia cupiditas seculi i illo regnat: ꝓpterea te odit. Si odisti illum ⁊ tu: contra reddis malū ꝑ bono. Vnum egrotū flebā qui te oderat: nā duos plango: si ⁊ tu odisti. Sz ꝑsequit rem tuam: tollat tibi nescio q̄s habes in terra: Ideo illum odisti: quia angustias tibi facit in terra: noli pati angustias: migra in celum: sursum cor ibi habebis vbi latitudo est: vt nullas angustias patiaris in spe vite eterne. Attende quę tibi tollit: nec ipa tibi tolleret: nisi ille ꝑmitteret: q̄ Deu. 12. flagellat omnē filium quē recipit. Quodā modo ferramēta dei est quo saneris ipse inimicus tuus. Si nouit de' vtile tibi esse vt expoliet te: ꝑmittit illā. Si nouit tibi vtile esse vt vapules: ꝑmittit ille vt cedaris. De illo curat: opta vt ille sanet. **Deū nemo** b **vidit vnqā. Videte dilectissimi: Si diligamus inuicem: de' in nobis manebit ⁊ dilectio eius erit ꝑfecta in nobis.** Incipe diligere: ꝑficies. Cepisti diligere: cepit i te de' habitare. Ama eū q̄ in te cepit habitare vt ꝑfect' inhabitādo faciat te ꝑfectū. **In hoc cognoscimus qz i ipso manem' et ipse in nobis: qa de spiritu suo dedit nobis.** Dō. Deo gratias. Cognoscim' qz habitat in nobis. Et hoc vñ cognoscim' qz cognoscimus qz habitat in nobis? Quia hoc ipse iohannes dixit: qz de spū suo dedit nobis. Unde scimus: qz de spū suo dedit nobis? Hoc ipsum: qz de spiritu suo dedit nbi. Unde cognoscis? Interroga viscera tua. Si plena sūt charitate: habes spū dei. Unde cognoscimus: qz inde cognoscis habitare i te spiritū

Ro.5. dei? Paulū introga aplm. Qñ charitas dei diffusa ē i cordib⁹ nr̄is p spīm scīm q̄ dat⁹ est nob. **Et nos vidim⁹; ⁊ testes sum⁹: q⁹ pater misit filiū suū saluatorem mundi.** Securi estote qui ęgrotatis: talis medicus venit. Desperabatis: magni erāt morbi: insanabilia erāt vulnera: desperata erat ęgritudo. Magnitudinez mali tui attēdis: oipotētiā medici nō attēdis. Tu desperatus es: sed ille oīpotens est. Cui⁹ testes illi sūt qui primo sanati: ⁊ ānunciātes medicū: ⁊ ipsi tū plus spe sanati q̄ re. Nam
Ro.8. sicut dicit aplus: Spe enī salui facti sum⁹. Lepimus ergo sanari in fide: pficiet aūt sa-
1.Cor.15. luus nostra: Lū corruptibile hoc induerit incorruptionē: ⁊ mortale hoc induerit imortalitatē. Hęc spes est: nōdū res. Sz q̄ gaudet in spe: tenebit ⁊ rem. Qui aūt spem nō habet: ad rem non poterit puenire. **Quicūq; cōfessus fuerit q̄ iesus sit filius dei: de⁹ in ipso manet: ⁊ ipse i deo.** Jam a multis cōfessus fuerit: nō dicamus verbo sed facto: non lingua ꝑ facta: Nam multi confitent verbis: sed factis negant. **Et cognouim⁹ et credim⁹ quia dilectionē habet de⁹ in nobis.** Et iterū vnde cognouisti? **Deus dilectio ē.** Jā dixit supius: ecce iterū dicat. Amplius tibi non potuit dilectio commendari: q̄ vt diceret de⁹. Forte mun⁹ dei cōtemptur⁹ eras: ⁊ deū contemnis. Deus dilectio est. **Et q̄ manet in dilectione in deo manet: ⁊ deus in eo.** Vicissim se habitant: qui continet ⁊ qui cōtinet. Habitas in deo: sed vt continearis. Habitat in te deus: ꝑ vt cōtineat ne cadas. Me forte sic te putes domū dei fieri: quomō domus tua portat carnem tuā. Si subtrahat se dom⁹ in qua es: cadis: si aūt tu te subtrahas nō cadet. De⁹ integer est cū eum deseris: integer cū ad illū redieris. Tu sanaris: nō illi aliquid ꝓfita bis: tu mundaris: tu reficeris: tu corrigeris. Ille medicamentum est non sano: regula est prauo: lux est tenebrato: habitatio ē deserto. Omnia ergo tibi cōferunt. Unde ne putes deo aliquid ꝓferre q̄si venis ad deū: nec mancipiū saltē. Ergo non habebit de⁹ seruos: si tu nolueris ⁊ oēs noluerint? De⁹ non indiget seruis: ꝑ serui deo. Jdeo dicit
Ps.15. psalmus: Dixi dño deus me⁹ es tu. Ipse ē verus dño. Et quid ait? Quoniam bonoꝝ meorum nō eges. Tu eges bono serui tui: eget seruus bono tuo vt pascas illū. Eges ⁊ tu bono fui tui vt adiuuet te. Nō tibi potest aquā implere: nō tibi potes coquere: nō tibi potes ante equū currere: iumentū tuū non potes curare. Videos q̄ indiges bono serui tui? Obsequio illius indiges. Nō es ergo verus dño: q̄si indiges inferiore. Ille est verus dño: q̄ nihil a nobis ḡrit: ⁊ vę nobis si eum nō ḡram⁹. Nihil a nobis quęrit: ⁊ quęsiuit nos: cū eū non quęrerem⁹. Quis Luc.15.
vna errauerat: inuenit eam gaudens in humeris suis reportauit. Et nunq̄d ouis erat pastori necessaria: ⁊ non ouī potius pastor necessarius erat? Quanto libenti⁹ de charitate loquor: tanto mun⁹ volo finiri epistolā istam. Nulla est ardentior ad cōmēdandaz charitatē. Nihil vobis dulci⁹ ꝓdicat: nihil salubrius bibat: sed si bene viuendo confirmet in vobis munus dei. Ne sitis ingrati tantę gratię illius: qui cū haberet vnicum: voluit illum esse vnum: Sed vt fratres haberet adoptauit illi: qui cum illo possideret vitam ęternam.

¶ De eo quod Johānes dicit: In hoc pfecta est dilectio in nobis vt fiduciaz habeamus in die iudicij: quia sicut ille est ⁊ nos sum⁹ in hoc mundo: vsq̄ ad id: Et hoc mandatum habem⁹ ab ipso: vt qui diligit deū: diligat ⁊ frēz suū: Trac. ¶ IX

¶ Eminit charitas vestra ex epla Johannis apostoli: vltimā ętem restituisse nobis tractandā ⁊ exponēdā vobis q̄tū deus donat. Huius ergo debiti nos memores sum⁹: Exactionis aūt vos memores esse debetis. Eadem quippe charitas quę in ipsa epistola maxime ⁊ ꝓpe sola cōmēdat: et nos facit fidelissimos debitores: et vos dulcissimos exactores. Jō dixi dulcissimos exactores: q⁹ vbi charitas non est: amarus exactor est: vbi autem charitas est: et q̄ exigit dulcis est ⁊ a quo exigit. Et si aliquē laborem suscipit: facit eundē laborē ꝓpe nullum ⁊ leuem ipsa charitas. Nōnne videm⁹ etiā in mutis animātibus ⁊ irrationalib⁹: vbi nō spiritalis charitas: ꝑ carnalis ⁊ naturalis est: exigi tamē magno affectu de vberibus matris lac a parvulis. Et q̄uis fugēs impetū faciat in vbera: melius est tū matri q̄ si nō fugat nec exigat q̄ charitate debetur. Sępe videmus vbera vaccaꝝ etiā grā-

vt fideles essent. Deniq̄ postea q̄ saulꝰ iste D
conuersus est: vna voce elisus ꝛ leuatus est.
Elisus ꝓsecutor: leuatꝰ ꝓdicator: Postea q̄
cępit euāgelizare fidez quā aliq̄n vastabat:
q̄d ō se dixit? Erā aūt ignotꝰ facie ecclīe iu- Gal.1.
dęę q̄ sunt in christo: tantū aūt audiebāt q̄a
is qui aliq̄n nos ꝓsequebat: nūc euāgelizat De xpto ca
fidē quā aliq̄n vastabat: ꝛ in me magnifica- 18.L.
bant deū. Nūquid dixit: Et in me magnifi-
cabāt me? ꝛ in me q̄ euāgelizabā fidē quam
aliq̄n vastabā: ſi me magnificauerūt ꝙ desē?
Ergo ipse fecit vt saulꝰ deposita tunica ve-
teris peccati pannosa: cędib⁹ sanguinea vt
deposita ista tunica: acciperet tunicā būili-
tatis: ꝛ fieret de saulo paulus. Quid ē pau-
lus? Adminꝰ. Ego enī sum minimꝰ apl̄oꝝ.
Ecce quid est paulus? Paulū enī latine mo-
dicū est. Sic loquimur qñ dicimꝰ: Post pau
lum video te: Paulo post facio illud. Quid
est paulo post? Modico post. Post paulum
post modicū. Quid est paulus? Quia mo-
dicus: modicus: qꝛ nouissimꝰ. Ego enī sum 1.Cor.15.
inquit nouissimus apl̄oꝝ: qui nō sum dignꝰ
vocari apl̄us: quia ꝓsecutus sum ecclesiam De gratia et
dei. Bene dicis: vnde debuiſti damnari: ab lī.ar.15.ꝛ.15.
eo accepiſti vnde debeas coronari. A quo
accepit: vultis audire? Nolite me: ipsuꝫ au-
dite. Nō sum inq̄t dignus vocari apostolꝰ: 1.Cor.15.
quia ꝓsecutus sum ecclesiā dei: Sed gratia
dei sum id qō sū. Ergo qō eras: iniq̄tate tua
eras: qō es: gratia dei es. Et gratia eiꝰ inq̄t
in me vacua nō fuit. Ecce euāgelizat fidem Gal.1.
quā aliquādo vastabat: nec gratia ipsa va-
cat in illo qui ait: In me vacua non fuit: sed
plus omnibꝰ illis laborauī. Obserua: erige-
re te cępiſti. Ubi es paule? Certe modicus
eras. Plus omnibꝰ illis laborauī. Dic vnde?
Quid enī habes qō nō accepiſti? Stati re- 1.Cor.4.
spexit. Et cū dixiſſet: Plus oībꝰ illis labora
uī: quasi expauit ad verba sua: ꝛ mox subie-
cit se humilē paulū. Nō autē ego sed gratia
dei mecū. Ergo fratres mei: vt noueritꝭ etiā
fidē a dño deo esse nobis: orate ꝓ illis q̄ nō-
dū crediderūt. Si q̄s habet forte amicū infi
delē moneo illū vt oret ꝓ illo. Vere opus ē
vt ego illū moneā. Adultꝰ christianꝰ ē: vxor
infidelis est: nō orat ꝓ vxore sua vt credat?
Vxor est christiana: maritꝰ infidelis est: non
orat mlier religiosa ꝓ marito suo vt credat?
Qñ hoc orat q̄ orat: q̄d orat: nisi vt deꝰ det
illi fidē? Ergo donū dei ē fides. Nemo se ex-
tollat: nemo sibi arroget: qñ sibi aliq̄d vede-

2.Cor.2. rit: Qui gloriat: in domino glorietur.

Esa.58. Hec eo quod in Esaia scriptū est: Frāge esurienti panē tuū: et egenos vagosq; induc in domū tuam: Homelia XVIII

Dominus deus nr noleno nostrū ali quē pāre: excolēo ecclesiā suā velut agrū suū: quērēo fructū de arbonb⁹ suis antequ tempus securis adueniat: cum necesse erit infructuosas arbores amputare: nō cessat admonere nos: vt cū tpus nob ē cū dei adiutorio in nra potestate cōsistit: bona opa faciam⁹. Cū eñ trāsierit tpus bñ opandi: nō restat nisi recapēdi. Nemo tibi dicturus est post resurrectionē mortuoq; in regno

Ebi.2. dei: Frāge esurienti panem tuū: et egenos vagosq; induc in domū tuā: quia nō inuenies

Dant.13. esurientē nec egentē: Nemo dictur⁹ ē: Vestimentū vbi omniū tunica imortalitas erit. Nemo dictur⁹ ē: Suscipe pegrinū: vbi omō in patria sua viuēt: Nā mō sum⁹ inde peregrini. Nemo dicet: Visita egrū: vbi ē sanitas sempitna. Nemo dicet: Sepeli mortuū: vbi mors mouēt. Ista omia pietatis officia in vita ētna necessaria nō erūt: vbi sola pax erit: et lētitia sempiterna. In isto aūt tpe vt nouerim⁹ quantū nobis cōmendat de⁹ opa misēdie: etiā ipsos suos sanctos egere fecit:

Luc.16. vt cū fūt hic amici de māmona iniqtatis: recipiāt et ipsi amicos suos in ēterna tabernacula: id est vt cū serui dei pq; dum ingiter deo vacant: aliquotiēs indigēt: illi q̄ habēt mūdi diuitias elemosynas largiant. Quō eos participes faciūt in terrena substantia: sic cū illio ptē habere merebunt in vita eterna. Hoc dixi ppter lectionē regnoū quā pri

3.Reg.17. mo audiuim⁹. Nūquid de⁹ defecerat pascere seruū suū beliā? Nonne illi q̄ dcerāt homines alites ministrabant? Nōne illi panem offerebat corui⁹ mane: et ad vesperā carneos? Ostendit ḡ deus: q; vnde voluerit: quomō voluerit pascere suos seruos pōt: Et tamen vt posset eū religiosa vidua pascere: fecit eū egere. Egestas aūt sanctę in abūdantiā vsa est alię religiosę. Nō poterat beliās de misēn cordia dei dare sibi: q̄ lagūcule dedit. Videtis nempe et manifestū ē: q̄ aliquādo serui dei ideo nō habēt: vt prodent qui habēt. Et tñ illa vidua nihil hēbat q̄ illi reliquū erat finitū fuerat et cuj⁹ filio⁹ mortua. Processit ergo vt faceret sibi panem: Collegerat duo ligna: et tunc eū vidit beliās. Tūc eū homo dei videbat quādo illa duo ligna quęrebat. Mulier illa typum gerebat ecclesię: et quia duo ligna crucē faciūt: quęrebat moritura: vnde semp esset victura. Adumbrato ergo mysterio beliās loquit ad eā q̄ audiuit: narrat illa dispositionē suam: moriturā se dicit cum cōsummauerit q̄ reman sit. Ibi est ergo q̄ dominus dixerat beliq: vade in sarepta sidonię: ibi eñ mandaui viduę vt pascat te. Videtis quē admodū māder deus nō in aure: sed i corde. Nūquid legimus: quia missus est aliquis ppheta ad illam mulierē: et dictū est ei: Ihęc dicit dominus: ventur⁹ est ad te esuriēs seruus meus: et eo q̄ habeo ministra illi: inopiā noli metuere: ego supplebo q̄ dederis? Hoc ei dictū non legim⁹. Nec hoc legimus q̄ in somnis ad eam missus fuerit angelus: et pnunciauerit beliam esurientē esse venturū: aut de illo pascendo aliquis mulierē illam admonuerit. Sed mādat deus multis modis: qui cogitationib⁹ loquit. Dicim⁹ mandasse deum loquēdo in corde: suggerēdo q̄ opus erat: pluadendo q̄ vnle erat rationali alę viduę mulieris. Sic etiam in ppheris legimus q̄ Jone.4. dñs mādauerit vermi vt roderet radicē cucurbitę. Quid ē mādauit: nisi cor pparauit? Inspiratōe itaq; dñi: vidua illa mlier cor pparatū habebat ad obediendū. Talis vene

L rat: talis eū beliā loqbat. Qui erat i beliā vt pciperet: ipse erat i vidua vt obediret. Va- 3.Reg.17. de inqt: mihi primo fac de egestate tua: non deficiēt diuitię tuę. Patrimoniū esti viduę modicū erat farinę: et modicū olei. Hoc modicū nō defecit. Quis habet talem viduā? Libenter vidua seruum dei eluriente pascebat: q; patrimoniū ei⁹ in cōclaui pendebat. Quid fęlicius hac pauptate? Si die talia recepit: qualia in fine sperabit? Jdeo hoc dixi vt semiatōis nrę mercedē: mō isto tpe q̄ seminam⁹ sperem⁹. Hic eñ bonoq; operū messes cum labore serimus: sed in futuro fructus illi⁹ cū gaudio colligem⁹: Im illō q̄ scriptū

Ps.125. est: Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Illud enim pro signo factum est: non pro dono. Nam si vidua illa q̄ pauit hominem dei hic recepit: non est magnū q̄ seminauit: quia nō magnā segetem messuit. Temporale est enim quod accepit: non deficientē farinam:

nec deminutū oleū: quousq; daret deus pluuiam sup terrā: ac sic tūc magio egpit egere: qñ dignatus ē de⁹ pluere. Tunc eñ laboratura erat: expectatura agri fructus collectura. Cū eñ nō placebat: victus eius facile veniebat. Signū hoc ipsum qō de⁹ illā ad paucos dies ꝓstiterat: signū erit futurę vitę: vbi merces nostra deficere nesciet: vbi farina nostra de⁹ erit. Quō illa p illos nō defecē dies: sic ille dies nō deficiet in ęternū. Talē mercedē sperem⁹ qñ bona facim⁹: ne forte alicui vestrū temptet tali cogitatiōe vt dicat: Pascam aliquē seruo: nō dei eſurientez: vt lagena mea non deficiat: ꝛ in cupa mea semp vinū inuenā. Noli hoc hic quęrere: Semina securus: messis tua seruo veniet: tarde⁹ veniet: sed cū venerit finē nō habebit.

De exhortatione ad elemosynas faciendas: Hometia XIX

A Lectio ista fratres quā nō audiuim⁹ de sancto euāgelio: ad elemosynas faciēdas nos hortat: ꝛ sic hortat vt i iudicio suo dño hec solas factas imputet dextris: has solas nō factas iputet sinistris: nō q̄ cętera facta boim vel bona vt mala nō
Eccl. 12. veniāt i iudiciū: Scriptū est eñ oia ventura ad iudiciū: ꝛ tū nō elegit dño nr ielus christ⁹ pnūciare nobis iudiciū suum futurū: non elegit vt nos admoneret nisi solas elemosynas. Tū quid dextris nō erit dicendū: quia caste vixistis: q̄ res alienas nō rapuistis: q̄ fidē meā vsq; ad sanguinē cōfessi estis? Oia eñ facta ista bona necesse est bonorari i iudicio iesu christi. Rursus putatis nō esse dicēdum sinistris: q̄ furtus impudici: q̄ fornicati estis: q̄ res alienas rapuistis: q̄ superbia vestra ꝛ malis moribus nomē meū blasphemari fecist⁹: Et cętera quęq; enumerat: Tacet tamē dño noster: pnunciano nobis iudiciū suū: omnia cętera recta facta iustoꝝ: ꝛ solas elemosynas cōmemorare dignat⁹ ē: Tacuit oia mala facta iniq̄ꝝ: ꝛ solam sterilitatē elemosynę increpandā cē iudicauit: nō nisi
Tobie. 4. ad nos cōmonēdos. Quare hoc? Quia oia crimia elemosynis redimunt. Ideo illā laudauit sęcūditatē: istaz culpauit ꝛ damnauit
B ariditatē. Sz audist⁹: omnia malefacta elemosynis redemit: nolite sic intelligere: vt intelligāt q̄daz puerile. Elemosynę eñ possūt tibi prodesse ad delenda peccata ꝓterita: si mores mutaueris. Si aut̄ in eisdem malis pseueraueris: elemosynis tuis nō corrūpes iudiciū dei. Ego dico ꝓpter illa scelera ꝛ crimina: quę oēs modo vitare debēt qui accipiunt corpus christi ꝛ sanguinē. Cęterū nos me latet vitam istā mortalē et i carne corruptibili constitutā sine peccat⁹ esse nō posse: ſ illa quotidiana ꝛ leuia habent etiā sua lauacra quotidiana: hoc ē q̄ pectus tundim⁹ ꝛ dicim⁹ i oratiōe dño deo nostro: Dimitte Matth. 6. nobis debita nra: sicut ꝛ nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Nō eñ sine causa dicim⁹ hoc: Haud vo ipse cęlestis magister doceret istā orationē: nisi nos peccātes esse ꝓuideret. Videt eñ quę cauere debemus: ꝛ vidit ꝙ cauere difficile sit. Omnia aūt cauere impossibile iudicauit esse: q̄ istā orationē quotidianā nō quoslibet christianos: sed ipsos apostolos docuit. Vbi aūt apostoli pectus tundūt ꝛ dicūt: Dimitte nobis debita nra: hoc est peccata nostra: audet aliqua ouicula supbire de iustitia? Videte qualis fuerit iohānes apostolus: Supra pectus domini discūbebat: de alto illo fonte sapiętię secreta bibebat. Inde eñ bibit qō in euangelio eructauit: In pncipio erat verbū: ꝛ verbum Joh. 1. erat apud deū et de⁹ erat verbū: Et assidue testat euāgelist⁹: qō dominus ꝓpue ipsum diligebat: Et tamē ait: Si dixerimus quia 1. Joh. 1. peccatū nō habem⁹: nosipsos decipim⁹ ꝛ veritas in nobis nō est. Nec tū q̄ ista dicunt: C debet quisq̄ securus esse homicida si ꝓpter quotidianas fornicationes ꝛ latrocinia sua venerit dicere: Dimitte nobis debita nra. Matth. 6. Qō eñ deus statuit quotidie dici ꝓpter leuia peccata: ille putat ad illa sibi posse opitulari a quib⁹ non vult discedere: sed i his cupit ꝓpetuo pmanere. Tūdat ꝛ de his pectus: faciat ꝛ pro his elemosynas: sed vita mutata: ꝛ inde recedat ꝛ huc accedat. Si aūt dixerit in alio suo: si quotidiana facta latrocinia: ꝛ si quotidianis corruptiōib⁹ adulterinis me contamino: ꝛ si sortilegos quęrā: idolis sacrificē: mathematicos consulā: et a tali vita oino non recedam: faciens tū quotidianas elemosynas extinguo oia peccata? Tamē extinguis: ſ cū his extingueris. Sic eñ tibi erit ista cōmutatio tua mala: vt non desit qui de te dicat: Et adhuc pusillus ꝛ nō Ps. 36. erit peccator: ꝛ quęres locuz eius ꝛ nō inuenies. Vidi impiū sicut cedros libani exaltari: transiui ꝛ ecce non erat: quęsiui eum ꝛ nō est inuentus locus eius. Pereunt ergo pec-

cata tua sed tecū. Non eſi in gehenna peccare ꝓmitteris: aut cum te cęperit torquere ignis eternus: de saluandis libidinibus cogitabis. Pereunt ergo peccata sed tecū. Si autē vitam mutaueris: illa pereunt tu inaLuc.15. ueneris: et dicet de te: Mortuꝰ erat et reuixit: perierat et inuentus est.

¶ De eo qđ beatus Petrus dicit:
1. Petri.2. Depositā ergo omni malicia et omi dolo et adulatiōe et inuidia et detractione: tanq̄ modo nati infantes rationabile et innocēs lac cōcupiscite. etc. Homelia ¶ XX

ADmiū quidē aures et mentes quas cura nostra cōplectit: soliciti pastoris sermo compellat. Verūtamē ad vos ꝓprie nūc dirigit: quoꝝ recēs infantia ſpiritalis generatiōis sacramētoꝝ cunabulis insignit. Videlicet enī maxime p apostolū petrū sic deus ū blanditur eloquiū. DepoOsi.2. sita ergo inquit omni malicia et omni dolo et adulatiōe et inuidia et detractiōe: tanq̄ modo nati infātes rationabile et innocens lac cōcupiscite: vt i illo crescatis in salutē: si gustastis qꝝ dulcis est dñs. Proinde quia gustastis: nos testes sumus. Nos vobis hāc suauitatem nutrimus officio ministrāmꝰ. Agite itaq̄ ad sanctę instar admonim infantię: deponite malicią: dolū: adulationē et inuidią et detractionē: hāc innocētią sic tenere debetis: vt ei crescendo nō amittatis. Quid est malicia: nisi nocēdi amor? Quid est dolus: nisi aliud agere et aliud simulare? Quid est adulatio: nisi fallaci laude seducere? Quid est inuidia: nisi odiū ſcelicitatis alienę? Quid est detractio: nisi mordatior q̄ veracior reprehensio? Malicia malo delectat alieno: Inuidentia bono cruciatur alieno: Dolus duplicat cor: Adulatio duplicat linguam: DeB tractio vulnerat famā. Quoniā autem vestrę innocētia sanctitatis: qm̄ filia ē charitatis nō 1.Cor.13. gaudet sup iniq̄tate: cōgaudet aūt bonitati: Matth.10 Simplex vt colūba: et sic astuta vt serpēs: nō studio nocendi: sed nocentē cauēdi. Ad Matth.19. hanc vos exhortor. Talium est enim regnū cęlorū: humilium scilicet: hoc est ſpiritaliter paruulorū. Non cōtemnatis: non abhorreatis. Magnum est enim ista pusillitas: superbia vero fallax infirmū: ū est magnitudo: q̄ vbi mentē possederit: erigēdo occecat: inflando euacuat: ostendendo dissipat. Humilis esse nō pōt nocēs: superbus esse nō pōt innocens. Humiliter illā loquor: q̄ nō vult gratis rebus excellere: sed ęternū aliqđ veraciter cogitat: quo nō suis virib⁹ sed alienis adiuuāt pueniat. Hęc malū cuiuslibet velle si pōt: quo neq̄quā bonū ei⁹ augeꝝ. Porro aūt superbia cōtinuo parit inuidiā. Quis vō sit inuidus: qui nō ei malū velit: cui⁹ bono cruciatur? Ergo et inuidia parit ꝓsequēter malicią: vñ et dolus et adulatio et detractio: et omne opus malū qđ pati nolis ab alio. Pia itaq̄ hūilitate seruata: q̄ in sęculum sęculi: sęcā probatur infantia: securi erimus de imortalitate beatoꝝ. Talium est enī regnū cęlorū. Petro qui superbus in hoies nō est: multo magis aduersus deū cōtumax esse nō debet: qm̄ si nō est alicui faciendū qđ quisq̄ ab alio pati nō vult: et nullus hoim vult inobedientē pati eū q̄ suo iuri subdi⁹ fuerit: quātomagis cauendū est ne in deū quisq̄ talis existat: q̄lem in se existere hoiem nō vult. Fallūt pudę animas suas q̄ sufficere existimāt si qđ sibi fieri nolūt: nisi hoim faciāt: sese q̄ vita luxuriosa ita corrūpunt: vt deo facere conentq̄ qđ sibi fieri ab hoie nolūt. Nec enī volūt a quoq̄ pueri domū suaꝝ: q̄ in se ipso domū dei mirabilis cęcitate puerūt: surdi aduersꝰ apl̄m clamātē. Nescitis q: templū dei estis: 1.Cor.3. et spiritꝰ dei habitat in vobis? Si qđ aūt tēplum dei corrumpit: corrumpet illuꝫ deus. Templuꝫ enī dei sctm̄ est: qđ estis vos. Nemo se fallat. Quid q̄ se putant seruare circa alios hoies innocētiam suā: cū sibi ita nocēt vt deo careāt habitatore et punīatur vitioꝝ? Hunc etiā fit vt p noxias voluptates lapsi et effusi: nō solū templa dei esse desināt: verū etiā ruinę flāt: in q̄bus habitāt mala dęmonia: q̄bus supplicare et q̄ colere incipiāt. Fiāt Luc.11. q̄ illis: vt dictū est: posteriora deteriora prioribus. Unde vos semine imortali regenera D tos: sē supuos ꝓpter malicios nocēdi cupiditates: q̄bus sit hoibus qđ oderūt: ita postea ꝓpter turpes et illicitas carnis delectatiōes et nefarias sacrilegia: q̄bus homico nocere hoib⁹ nō videtur: nō eis faciēdo qđ nolunt: sed deo nō obediēdo cui cūcta sūt subdita: ipsi dñoꝝ dño facūt: qđ sibi a seruulis suis fieri nolunt. Idēipse apl̄us petrus loquit dicēs: Christo q̄ passo p carnē et vos eo- 1. Petri.4. dem cogitatiōe armamini. Qui iam mortuꝰ est carne desinat peccare: vt iā nō hoim desiderijs sed voluntate dei reliquū in carne vi-

uat. Sufficit eñ pteritū tēp⁹ volūtates gentiū cōsūmasse in libidinib⁹ t voluptatibus t comessationib⁹: potatione t nefandis
Exo.14. idolorū seruitutib⁹. Sufficit eñ ꝓteritū tempus luteis opib⁹ pctōꝝ tanq̄ ęgyptiorū dominatiōi fatisse: Jam mare rubrū baptisma ſcę christi sanguie ꝓfectū vos traiecit: ęgyptios interemit: nihil de peccatis ꝓteritis tanq̄ de insequētibus a tergo hostibus formidetis. De cętero cogitate vitę huⁱ⁹ deserū pmeare: t ad trā pmissiōis supnā hierusalē: terrā viuētiū puenire: Ne vbi dei cōtēptu tāq̄ mānę fastidio: corda vra velut ora
1.Cor.10. iteriora desipiāt: Ne ciboꝝ copiscētes ęgyptios de alimētis cęlestib⁹ murmuretis: Ne fornicemini sicut quidā illoꝝ fornicati sunt: Et ne temptetis christū sicut quidā illorum
Exo.15. tēptauerūt. Si vobis fidē gentiū stirpib⁹ amaritudo aliqua resistentiū velut aquarū illarū quas isti nō potuit bibere occurrerit: imitata dñi passiōis velut iniecto crucis li-
Numeri.21. gno dulcescant. Si temptatio serpētina momorderit: cōspecta illius exaltatiōe serpētis tanq̄ mortis i carne dñi victę atq̄ trūpha-
Exo.17. tę: eodē crucis medicamēto sanet. Si aduersarius amalechita iter interdudere atq̄ impedire conabit: pro reuerētissima extensiōe brachiorū eiusdē crucis indito supet. Veri t germani estote xpiani: Nolite imitari nomine xpianos: ope vanos. Jtęꝝ dico t sępe
1.Petri.4. dicendū ē: Sufficit ꝓteritū tempus voluptates gentiū cōsūmasse. Detestamini: aduersamini canes ꝓuersos ad vomitū suū: dete-
2.Petri.2. stami t adūsami mūdatā t vacantē domū q̄ nequiores alij septē spūs adducūt: vt sint nouissima hominis peiora q̄ erant prima: Vos
2.Cor.6. vestrū mūdatorē tenete habitatorē. Pręcipientes eñ rogam⁹: ne inuacuū gratiaꝝ dei
1.Petri.4. recipiatis. Sufficit ꝓteritū tempus voluntates gentiū ꝓsumasse. Audite t apli⁹ paulū:
Ro.6. Humanū dico ꝓpter infirmitatē carnis vestrę. Sic eñ exhibuistis mębra vra deseruire immūdicię t iniquitati ad iusticiā: sic nūc exhibete mębra deseruire iusticiaę i sanctificatiōem.

De castigatione filiorū quos cognoscimus ire in vanitatē t insanias mendaces: Homelia xxi

Hortensiūq̄ fratres charissimi aliquos ex filiis vrīs ad spectacula vt furiosa vel cruenta vel turpia: quasi ad aliq̄ bonum opus currere vana pſuasione t pestifero amore cognoscatis: vos q̄ iā deo ꝓpitio ista nō solū luxuriosa ꝑ etiā crudelia oblectamēta despicit: castigare eos et abūdanti⁹ ꝓ eis dño supplicare debetis: qa illos cognoscitis ire in vanitatē et insanias Ps.33. mendaces: t negligere q̄ vocati sunt. Qui si forte i ipso circo aliqua ex causa expauescāt: cōtinuo se signant: t stant illic portantes in fronte vñ abscederent si hoc in corde portarent. Dis eñ q̄ ad aliq̄ malū opus currit: si forte pedem impegerit: signat os suū: et nescit q̄ includit potius dęmonē q̄ excludit. Tūc eñ bene se signaret t diabolū de corde suo repelleret: si se ab illo ope nefario reuocaret. Unde iterū atq̄ iterū rogo vos frēs charissimi: vt ꝓ eis totis viribus supplicetis: quatenus ad ista damnanda intellectū accipe mereant: t affectū ad fugienda t misericordiam ad agnoscendū. Oportunū erit ꝓpter assiduā cōpunctionē pnitētię: psalmū quinquagesimū vobis omi die cantare. Loquamur tū t ad illos q̄s frequēter ab eccłe conuictu spectacula voluptuosa sēducūt. Rogo vos tū frēs charissimi vt q̄tienscūq̄ eos tale aliq̄d facē viderit: ad vicē nr̄am sęuerissime castiget. Sit ad eos vox nr̄a: memoria vra: Corrigite arguēdo: psolami alloquēdo: exēplū ꝓbete viuēdo. Aderit eis q̄ affuit vob. Nō eñ vob ista picula ꝓtergressio: fons misericordię dei ꝓclusus ē. Qua venistī venēt: qua trāsistis trāsibūt. Molestū est quidē et nimiū peculosum et ꝓ certo extimabile: q̄a nobis frequēter admonit: non ignorātes ꝑ scelera peccāt. Aliter eñ ille ad hec vanitates currit q̄ voces christi cōtēnit: aliter ille q̄ nō nouit qđ fugiat. Sed nec de talib⁹ desperari debere: euidēter ostēdit diuine mūdię magnitudo: q̄ non vult mortē mortis: sed Ezech.18. vt cōuertat t viuat. Denięq̄ etiā i beato da- B uid hoc manifestissime impletū esse cognoscim⁹: Cui⁹ peccatū cū dolore q̄dē dicim⁹ et tremore: ꝑ tū de⁹ noluit taceri q̄ voluit scribi. Dicā ḡ nō q̄ volo ꝑ q̄ cogor. Dicā non exhortāo ad imitationē: ꝑ instrues ad timorē. Beatus eſt dauid vrorū alienę pulchri- 2.Reg.11. tudine captus: rex t ꝓpha dauid: ex cui⁹ semine sm carnem dño ventur⁹ erat: adulterauit eā: cuius etiā maritū in bello occidendū mādauit. Homicidiū aurit adulterio: t post factū B missus ē ad eū nathan ꝓpha a dño q̄ eū arguēt de tanto cōmisso. Quid caueāt homines dirim⁹: q̄ vo si lapsi fuerint imitēt audiam⁹. Multi eñ cadere volūt cū dauid t nolūt surgere cū dauid. Non ḡ cadēdi exemplū ꝓpositū est: sed si ceciderīs resurgen-

di. Attende ne cadas. Nō sit delectatio minorū: lapsus maiorū: sed sit casus maiorū: tremor minorū. Ad hoc propositus est: ad hoc scriptū est: ad hoc in ecclesia sepe cantatū. Audiant qui nō ceciderūt ne cadant: Audiant qui ceciderūt vt surgāt. Tanti viri peccatū nō tacet: ḡdicat i ecclesia. Audiūt me male audiētes: et quērūt sibi patrocinia peccādi. Attendūt vnde defendāt qō cōmittere parauerūt: nō vnde caueant qō nō cōmiserūt: t dicūt sibi: Si autē dauid adulterū cōmisit: cur non t ego? Inde alia iniquior: quę cū ꝓpterea fecerit qz dauid fecit: ideo penso ꝙ dauid fecit. Dicā hoc ꝑ plani⁹ si potuero. Dauid nullū sibi ita ad exemplū ꝓposuerat vt tu: ceciderat lapsu cupiditatis: nō patrocinio sanctitatis. Tu tibi tanꝝ sanctū ꝓponis vt pecces: nō imitaris eius sanctitatem sed ruinā. Hoc amas in dauid: qō in se odit dauid. Ꝓparas te ad peccandū: disponis peccare. Libēt deū vt pecces inspicis: Scripturas dei ad hoc audis vt facias qō displicet deo. Hoc non fecit dauid: correptus est ℓ ꝙ ꝓphetā: nō lapsus est in ꝓphetā. Sz boni viri ecclesię filij: t in cbnūi amore perfecti audiētes tam sancti viri ruinā: metuūt infirmitatē suā: et quę cōdemnat deus vsitare cupiētes: abstinēt oculos: nō eos defigunt i pulchritudine carnis alienę: nec seipsos faciunt de puersa simplicitate securos. Nō dicunt bono animo attendi: benignē attēdi: de charitate dm aspexi. Ꝓponūt em sibi casum dauid: t ad hoc illum magnū vident ceciduisse vt parui non cadant: Imo timeant videre vnde possint cadere. Reprimūt ergo oculos a petulātia: nō se facile adiungūt: nō se miscent mulieribus alienis: nō leuant oculos facile ad aliena domicilia: ad aliena solaria. De longe em vidit dauid illā in qua captus est. Mulier longe: libido ꝓpe. Attēdenda ē ergo hęc infirmitas carnis: Ro.6. recordanda sunt verba apli: Nō ingt regnet peccatū in vestro mortali corpore. Nō dixit nō sit: sed nō regnet. Ineſt peccatū cū delectatio: regnat si ꝓsenseris. Carnalis delectatio ꝑtim vsq; ad illicita et aliena ꝓgredi: frenāda est nō relaxanda: imperio domāda: nō imperio collocāda. Attendis securus: si nō habes vnde moueatis. Sed tu respōdes: fortiter teneo. Nūquid tu fortior dauid? Dixit enim ꝙ nec dauid fortior: nec salomone potes esse sapiētior. Si em illos tam sanctos viros incauta familiaritas mulierū t pernicios blandimēta vicerūt: quid de se cogitāt illi qui cū extraneis mulieb⁹ nō solū cōuersari: ꝙ etiā i vna domo manere: t cōuiuio earū aut frequēter aut semp interesse nec metuūt: nec erubescūt? De talib⁹ t pōt t debet dici illud qō de vidua delitiosa dixit apls: Quia viuens mortua est. Admonet 1.Timoth.5. etiā tale exemplū: nō se quēq; debere extollere in ꝓsperis rebus. Multi em rēs aduersas timent: res ꝓsperas nō timent. Periculosior est res ꝓspera alio: ꝙ aduersa corpori. Illa corrūpunt ꝓspera: vt inueniant qō frangant aduersa. Fratres mei aduersus sollicitates acri⁹ vigilandū ē. Propterea videte quēadmodū eloquiū dei in nra sollicitate tollat nobis securitatē. Seruite inḡt dño in ps.2. timore: t exultate ei cuz tremore. Exultatio vt gratias agam⁹: tremor ne cadam⁹. Adulterū em simul t homicidiū non fecit dauid cū ꝓsecutore saulem pateret. Quādo dauid sanctus saulē inimicū patiebat: quādo ille⁹ ꝓsecutionib⁹ agitabat: quādo ꝑ diuersa fugiebat ne in manus eius incideret: nō cupiuit alienā: nō adulterata vxore occidit virū: Erat in infirmitate tribulatiōis suę tanto i dēi misericordia interior: quāto miserior videbatur. At vbi fact⁹ est secur⁹ ocioris hostib⁹: ḡssuris caruit: timor excreuit. Valeat ḡ hoc exemplū ad id: vt timeam⁹ ſcitatē. Tribu ps.114. lationē inḡt t dolorē inuenit: t nomē dñi inuocauit. Audiāt hęc q̄ malā nō cōmiserūt vt vigilēt custodire integritatē suā. Et cum attendūt magnū ceciduisse: parui timeāt. Si ℓ vo aliqs iā lapsus hęc audit: t nimio scelere pōdere ḡssus desperare iā cepit: attendat qdē vulneris magnitudinē: ꝙ nō desperet medici potestatē. Pcm cū desperatione certa mors. Nemo ḡ dicat: Ego si tā aliqd mali feci: iaz dimand⁹ fiē: de⁹ malio talib⁹ nō ignoscat: cur nō addo peccata peccatis? Fruar sęculo i voluptate lasciua: in cupiditate nefaria: tā perdita spe repatriōis: vel hoc habeā qō video: si nō possū hfe qō credo. Deus em nr sic cautos fecit q̄ non ceciderūt: sic desperatos ee nō vult q̄ ceciderūt. Quisqs peccauit t dubitat agere pnitētiā ꝑ pcō suo desperando salutē suā: audi dauid agentē. Ad te nathan ꝓpheta nō est missus: ipe dauid ad te missus est. Audi eū clamantē: t simul clama. Audi gemētē t cōgemisce. Audi flētē: t collachrymare. Audi correctū: t colętare. Si tibi nō

potuit intercludi peccatū: spes venię nō in-
f tercludak. Abiit° ē ēm ad dauid regē nathā
ppheta. Ille aūt nō pfiderauit regni sui ſ-
limitatē: ſ būlis⁊ matis nō respuit verba ſ-
cipiēt. Nō dixit ad ppheta: Tu cū sis pau-
per⁊ būlis: quō ausus es mihi loqui regi?
Rex sublimis ppheta audiuit: plebeī° hu-
milis christū audiat. Audi g̃ hęc quicūq; ali
Ps.50. q̃ crimē capitale fecisti: ⁊ dic cum illo: Mi-
serere mei de° fm magnā misericordiā tuā.
Qui magnā misericordiā depcak: magnam
miseriā cōfitek. Augrāt paruā misericordiā
tuā: q̃ nesciendo peccauerūt. Miserere inq̃t
mei deus fm magnā miscōiā tuā. Subueni
graui vulneri fm magnā misericordiā tuā.
Graue est qđ habeo: ſ ad oipotētē cōfugio.
De meo tā lęthali vulnere desperarē nisi tm
• medicū reperirē. Miserere mei de° fm mag
nā miscōiaz tuā. Et fm multitudinē misera
tionū tuarū: dele iniq̃tatē meā. Qđ ait: dele
iniq̃tatē meā: ſ ē: Miserere mei. Et qđ ait:
Scōm mltitudinē miserationū tuaz: ſ est:
fm magnā misericordiā tuaz. Et de magna
miscōia tua: multę sūt miseratōes tuę. Attē
dio cōemptores vt corrigas: attēdis nescię
tes vt doceas: attēdis pfitētes vt ignoscas.
Fecit quidā hoc nescięs. Et qđ ait? Fecerat
1.Timoth.1. aliqua: ⁊ multa mala fecerat. Misericordiā
inquit cōsecutus sum: qz ignorāns feci i incre
dulitate. Hoc dauid nō posset dicere: Ignō
rans feci. Nō ēm ignorabat quātu mali eēt
cōtrectatio cōiugio alienę: aut quantū mali
esset interfectio mariti nescięntis: ⁊ nec saltez
iraſcēt. Cōsequenk g̃ dei misericordiā qui
ignorātes fecerūt: ⁊ q̃ scięntes cōsequūtur nō
quālibet misericordiā: sed magnā misericor-
diā. Dic ergo: Miserere mei de° fm magnā
f misericordiā tuā. Sz vide quę inuoces: Iu-
stū inuocas: odit peccata. Si iustus est vin-
dicat i peccata. Nō poterio auferre a domi
deo iusticiā eius. Implora misericordiā: sed
attende iusticiā. Misericordia ē vt ignoscat
peccāti: iusticia est vt puniat peccatū. Quid
ergo? Quęris misericordiā? Peccatū impu-
nitū remanebit? Respōdeat dauid: respon-
deant lapsi. Respōdeant cū dauid: vt mise-
ricordiā mereank sicut dauid ⁊ dicant: Non
domīe: nō erit ipunitū peccatū meū. Noui
iusticiā: cui° quęro misericordiā. Nō impa-
nitū erit: sed ideo nolo vt tu me punias: qa
ego peccatum meū punio. Ideo peto vt tu
ignoscas: qz ego agnosco: ⁊ delictū meū co-
ram me est semp. Nō posui post dorsum qđ

feci: non intueor alios oblitus mei: nō affe-
cto stipulā ejicere de oculo fratris mei: cum Matth.7.
sit trabes in oculo meo. Peccatū meū ante
me est: nō post me. Fuit ēm post me quādo
ad me missus est ppheta qui de oue pauper
illitudinē pposuit. Ait ēm nathā ppha ad
dauid. Erat quidā habens diues plurimas 2.Reg.12.
oues: pauper aūt vicin° eius habebat vnā
ouiculā: quā in sinu suo de cibo suo nutrie-
bat. Venit hospes diuiti: nihil ō suo grege
abstulit: ouiculā vicini pauperis cōcupiuit:
ipsam suo hospiti occidit. Quo dignus est
Profert ille iratus sentētiā: plane. Tūe rex
nesciens vbi captus: morte dignū diuitem
dixit: ⁊ ouem reddendā in quadruplū sęue-
rissime atq; iustissime iudicauit. Sz peccatū
ei° nōdū erat cōitā eo: post hospitū erat qđ fece
rat: suam iniquitatē nōdum agnoscebat: et
ideo alienę nō ignoscebat. Sed ppheta ad
hoc missus abstulit a dorso peccatū: et ante
oculos posuit vt videret illā sententiā tam
sęuā in se esse platā. Ad secandū ⁊ sanādū
vulnus cordis eius ferramentū fecit de° de
lingua eius. Et nos ergo fratres charissimi
agnoscētes iniq̃tates nr̃as: quātū possum°
cōtra malas cōcupiscētias repugnem° in ie-
iunijs: in vigilijs: in orationib° ⁊ largitib°
elemosynis mala q̃ fecim° redimam°: ⁊ cum
dei adiutorio ita bonis operib° studeamus
insistere: vt nos ad peccata priſtina nō pos-
sint cōcupiscētię nostrę retrahere: sed pleue-
rantes in omni opere bono: cū ppheta do-
mino gratias referētes dicamus: Dirupisti Ps.115.
vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis.

De eo qđ dominus ait in euāgelio: Sicut pater suscitat mortuos ⁊ vivificat: sic ⁊ filius quos vult vivificat: Homelia XXII

Audistis fratres charissimi in lectiōe A
euāgelica dīm dicentē: Sicut enim Joh.5.
pater suscitat mortuos et vivificat:
sic ⁊ filius quos vult vivificat. Neq; ēm pater
iudicat quēq̃: sed iudiciū omne dedit filio.
Et maiora his demōstrabit ei opa: id est nō
solū ifirmos curare ſ ⁊ mortuos resuscitare.
Qđ dicit: Neq; pf iudicat quēq̃: vsl fm diui-
nitatē: qz nemo pōt eū inueri nec audire: vt
illō: Deū nemo vidit vnq̃. Sz iudiciū oēe Joh.1.
dedit filio: id est vt ille q̃ fuit iudicat° fm car
nē: ab illo oēs iudicenk. Amē amē dico vob:
qz qui verbū meū audit ⁊ credit ei qui misit
me: habet vitā ęternā ⁊ in iudiciū non venit
sed trāsit a morte in vitā. Qđ dicit: In iudi-

cū nō venit q̄ verbū meū audit ⁊ credit ei q̄ misit me: discretionē factaz esse inc iustos et peccatores a dño cernit: Ac si dicat: In numero petōz q̄ ista fecerit non veniet ꝑ trāsit de morte in vitā: hoc ē de fugbia ad humilitatē: de odio ad charitatē: de tēporalib⁹ ad ęterna migrabit. Amen amē dico vobis: q̄a venit hora ⁊ nūc est q̄n mortui audiēt vocē filij dei: ⁊ qui audierint viuēt. Adhortat: id ē peccatores intelligunt: q̄ audierunt christū ⁊ nō crediderūt. Et q̄ subdit: Venit q̄ audient: ideo recapitulat: eo q̄ paulo superi⁹ de resurrectōe petōz dixerat: hic autē de resurrectiōe mortuoz loquit. Sicut enī pater habet vitā in semetipso: sic dedit ⁊ filio vitā habere in semetipso: ⁊ potestatē dedit ei iudiciū facere: q̄ filius domin⁹ est. Sic dedit ꝑ pf filio vitā gignendo sicut ipse habet. Q̄d dicit: Dedit ei iudiciū facere: ꝑ parte carnis quā assūpsit dedisse patrez filio iudiciū dixi cognoscim⁹: Et futurū iudiciū ꝑ significat. In quo iudicio astabit dñs iesus christus: ⁊ reddet vnicuiq̄ ꝓm opera ei⁹: q̄ iudiciū hoc loco: dānationē ⁊ pnā petōz intelligimus.

Ps.42. Nam vbi dicit psalmista: Iudica me deus ⁊ discerne causam meā: iudiciū discretionis cognoscim⁹. Nolite mirari hoc: q̄ veniet hora in qua oēs qui in monumētis sunt audient vocē eius: et ꝓcedunt q̄ bona egerūt in resurrectionez vitę: qui vo mala egerunt in

B resurrectōez iudicij. Nō possum ꝑ ego a me metipso facere quicq̄: sicut audio iudico: et iudiciū meū iustū est: q̄a non quęro gloriam meā: sed voluntatē eius q̄ misit me. Hoc loco aptissime resurrectionē futurā ꝓnunciat. Et q̄ dicit: Nō possum ego a memetipso facere quicq̄: ac si diceret: ideo a metipso quicq̄ facere nō possum: quia a memetipso non veni sed a patre. Q̄ dicit: Sicut audio iudico tē. auditio ista in ętemitate facta ē signi

Jo.6. ficat. Q̄ne q̄ dat mihi pat ad me veniet: ⁊ eū q̄ venit ad me nō ejcā foras. Magnū penetrale et dulce secretum: sine tedio: sine amaritudine malarū cogitationū: sine interpellatiōe tēptationū ⁊ dolo. Nōne illud secretū est q̄ intrabit ille cui dicturus est dñs: Serue bone: merito intra i gaudiū dñi tui: Ego ⁊ eū q̄ venit ad me ināt nō ejcā foras. Et q̄ ad me venit būilis fit: q̄ mihi adhęret būilis erit: q̄ si facet voluntatē suā ꝑ deū: ⁊ iō nō ejciet foras. Hęc ē aūt voluntas ei⁹ q̄ misit me ꝑis: vt oē q̄ dedit mihi pf nō pdā ex eo: ꝑ resuscitē illud i nouissimo die. Ipse illi dat⁹ ē q̄ seruat būilitatē et ꝑ accipit: q̄ nō seruat būilitatē: longe ē a mgro būilitatis. Vt oē q̄ dedit mihi nō pdā ex eo. Hęc si est voluntas i ꝑspectu ꝑris mei vt pereat vn⁹ de pusillis istis. De timēnt⁹ possūt pire: de pusillis nihil piet: q̄ nisi fuerint de pusillis Matth.18. istis nō intrabit i regnū celoz. Q̄ne q̄ dat mihi pf nō pdaz ex eo: ꝑ resuscitabo illud in nouissimo die. Videte quēadmodū ⁊ ꝑ gemi nā illā resurrectionē definiat. Qui venit ad me mō resurget būilis fact⁹ i mēbris meis: ꝑ resuscitabo eū i nouissimo die: id est ꝓm carnē. Hęc est aūt voluntas ꝑris mei q̄ misit me: vt oīs q̄ videt filiū ⁊ credit i eū habeat vitā ęternā: ⁊ ego resuscitabo eū i nouissimo die. Supius dixit: Qui audit vbū meū ⁊ credit ei q̄ misit me: mō aūt: q̄ videt filiū ⁊ credit in patrē. Hoc est aūt credere i filiū q̄ ⁊ i patrē: qz si ꝑf habet vitā in semetipso: sic dedit et filio ꝑfe vitā in semetipso: vt oīs q̄ videt et credit i ipm̄ hēat vitā ętnā. Credēdo et trāseūdo i vitā tanq̄ ꝓma illa resurrectōe. Et q̄ nō ē sola: et resuscitabo eū i nouissimo die.

De remissiōe petōz: Homelia XXIII

Quod admonemur dñi eloquijs de A
q̄ diuinis lectiōib⁹: hinc credēdo deū
velle nos loqui: ꝓferimus charitati
vestrę illo adiuuāte sermonē de remissiōe peccatoz. Euangeliū aūt cū legeret attentissime Luc.7.
audistis: ⁊ res gesta narrata atq̄ ꝓfata ē ante oculos cordis vri. Vidistis aūt nō carne sed mēte dñm iesū christū i domo ꝑharisęi recūbentē: ⁊ ab illo inuitatū nō fastidientē. Vidistis etiā in ciuitate mulierē famosā: malę vitę famę q̄ erat peccatrīe: non inuitatā irruisse cōuiuio vbi su⁹ medic⁹ recūbebat: ⁊ q̄ fisse ꝓa ꝑ spudētia sanitatē. Fructus q̄ ꝑ oportuna cōuiuio: opportuna beneficio. Nouerat enī quāto morbo laboraret: ⁊ illā ad sanādā eē idoneū ad quē venerat: sciebat. Accessit q̄ nō ad caput dñi: ꝑ ad pedes. Et q̄ dū male ambulauerat: vestigia recta q̄rebat. Pol⁹ fudit lachrymas cordis: ⁊ lauit dñi pedes obsequio ꝓfectiōis. Capillis suis tersit: osculabat: vnxit: tacta loq̄bat: nō sermonē ꝓmebat: ꝑ deuotionē ostēdebat. Quia q̄ tenebit dñm rigādo: osculādo: tergēdo: vngēdo pedes eius: ꝑharisęus qui inuitauerat dominū iesum christū: qz ex illo genere erat dominū supbo: de quib⁹ esaias ꝓphęta dicit: Qui Esa.52. dicūt recede lōge a me: noli me tangere: q̄ mūdus sum: putauit dñm nesasse mulierē.

hoc apud se cogitão: dicebat in corde suo:
Luc.7. hic si esset ꝓpheta: sciret q̄ mulier illi accessit ad pedes. Ideo nescire credidit: q̄ ille nō repulit: q̄ accedentē non ꝓhibuit: q̄ tangi se a peccatrice ꝑmisit. Nā illū nescisse vnde sciebat? Quid enī sciebas O ꝓhariſce inuitato: et inuiſo: dñi: dominū pascis: et a quo pascēdus ſis nō intelligis? Unde scis dñm nescisse q̄ fuerit illa mulier: nisi q̄ ꝑmissa est accedere: nisi q̄ illo patiēte osculata est pedes eius: nisi q̄ terſit: nisi q̄ vnxit? Hęc enī nō debuit ꝑmitti facere in pedibus mūdis: mulier imunda? Ad illius ḡ ꝓhariſei pedes si talis mulier accessisset: dicitur° erat q̄ō esaiAs.51. as de talib° dicit: Recede a me: noli me tangere: q̄m mūdus sum. Accessit autē ad dñm
P imunda vt rediret munda. Accessit egra: vt
• rediret sana. Accessit ꝓfessa: vt rediret ꝓfessa. Audiuit enī dño ꝓhariſeū cogitantē. Iā hinc intelligat ꝓhariſeus: si non poterat videre peccantē: qui potuit audire cogitantē. Proposuit ergo homi similitudinē de duobus: qui debebāt vni fęneratori. Etiā ipſum enī sanare cupiebat: ne gratis apud eū panē comederet: Ihm pascēte eiurebat: ipſū emēdare: ipm mactare: ipm mūdicare: ipm i suū corp° trāsire volebat: sic t illi mulieri
Ioh.4. samaritanę dixit: Sitio. Quid ē sitio? Desidero fidē tuā. Dicunt ergo verba dñi in hac similitudine: t agit vtrūq; vt t iuitato: ille sanet cū suis cōdiscūbēt°ib° dominū nostrū iesum christū pariter vidēt°b°: pariter ignorānt°b°: t vt illa mulier habeat fiduciā cōfessionis suę: nec pungat viteri° aculeus cōsciē-
Luc.7. tię suę. Debebat vnus inq̄t quinquaginta denarios: alius quingentos. Donauit ambobus. Quis eum plus dilexit? Respōdit cui similitudo ꝓposita erat: q̄ō respondere vtiq; ratio cōpellebat. Credo dñe cui plus donauit. Et attēdens mulierē dixit ad simonem: Videsne hanc mulierē? Intrauī i domū tuā: aquā pedibus meis non dediſti: hęc lachrymis suis lauit mihi pedes: t capillis suis terſit. Osculū mihi nō dediſti: illa ex quo ingressa est non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxiſti: illa pedes meos vnxit vnguēto. Ideo dico: dimittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multū. Cui autē modicū dimittit: modicū dilL gat. Olq̄ quęstio ꝓfecto soluēda: quę attentionem vestrę charitatis desiderat: ne forte sufficere nō possimus verbis ad totam eius

obscuritatē remouendā: et dilucidandā ꝓ angustia temporis: maxime cū caro ista ęstibus fatigata iam recreari desideret: t debitum suū poscens: t animę auiditatem impediens: ostēdat q̄ dictū est: Spiritus promptus est: caro aūt infirma. Metuendū est t valde metuendum ne in his verbis domini non bene intelligēt°ibus dis q̄ cōcupiscētiaſ suas carnales faciūt: t ab eis in libertatem educi pigrescunt subrepat illa sentētia: quę ꝑdicann°b° etiā apostolo nata est in linguis
Ro.3. maledicorū: Unde dic aplus: Et sicut quidam dicunt nos dicere: Faciamus mala vt veniant bona. Dicit enī aliquis: Si cui modicū dimittit modicū diligit: cui autē plus dimittit plus diligit: expedit plus diligere q̄ min°diligere: oportet vt multū peccem°: et multū debeam° q̄ō nobis dimitti cupiamus: vt dimissorem magnorū debitorū amplī°diligam°. Peccatrix enī illa mulier quāto plus debebat: tanto dimissorē debitorum suorū amplius diligebat: domino ipo dicēte: Dimittunt ei peccata multa: quia dilexit Luc.7.
multū. Quare autē dilexit multū: nisi quia debebat multa? Denicq̄ addidit et adiūxit: Cui autem modicū dimittit: modicū diligit. Nonne expedit inq̄t vt multū mihi dimittat q̄ minus: vnde amplius diligam dominū meū? Videtis certe ꝓfunditatē quęstionis: Scio. Videtis angustias tęporis: et hoc videtis t sentiſ. Accipite ergo pauca: Si magnitudini quęstionis nō satisfecero: interim ꝑsentem recōdite sermonē: in futuro tenere debitorē. Da nūc duos homines: vt sub exēplis euidētionibus quod ꝓposui cogitetis. Unus eor̄ plenus est peccatis: diu pessime vixit: Alter autē eor̄ peccauit pauca. Accedūt ergo ambo ad gratiā: baptizāt ambo: intrant debitores: exeūt liberi: plus donatum est vni: minus alteri. Interrogo quārū quisq̄ diligat. Si inuenero plus diligere eū cui peccata plura dimissa sunt: vt illi°q̄ multa peccauit: vtiq; erat multa iniquitas ne esset tepida charitas. Interrogo aliū quārū diligat: inuenio minus. Nā si inuenio tantū t illū diligere quātū t ille diligit cui multa sunt dimissa: quomodo respondebo verbis dñi: quō non verū erit q̄ō veritas dixit: Cui modicū dimittit: modicū diligit? Sed ecce ait aliq̄s mihi: Modicū dimissū est nō multa peccaui: et tantū diligo quātum iſte cui multa dimissa sunt. Tu verum dicis an

chriſt⁹: Ad hoc tibi dimiſſū eſt mēdaciū tuū vt mēdacij dimiſſoꝝ crimē imponat? Si modicū tibi dimiſſū eſt: modicū diligis. Si eñ modicū eſt tibi dimiſſū ⁊ plurimū diligio cōtradicas ei q̄ dixit: Cui modicū dimittit: modicū diligit. Jlli ſo plus credo: qui te plus nouit. Parū tibi dimiſſū putas: parū diligi. Quid g̃ inq̄t facere debuit? Multa mala cōmittere: et multa eſſe q̄ poſſet ille mihi dimittere: vt ampli⁹ poſſem diligere? Angu
D ſtat nos: Sed q̄a hęc vera vſus ꝓpoſuit: ab angultijs liberet me. Dictū eſt ꝺ ꝓpter pha riſeū illū: qui vſ nulla vel pauca ſe putabat habere peccata. Nō eñ dñm inuitaret niſi aliquātulū diligeret. Sz q̃ parū erat: Non oſculū dedit: nō ſaltē aquā ad pedes: Et ſi nō lachrymas: nō illo obſequio ꝑfecit⁹ eſt quo illa mulier q̄ nouerat quo ſanaret et a quo ſanaret. O pharisęe ideo parū diligis: q̄ parū tibi dimitti ſuſpicaris. Nō q̄ parū dimittit: ſed q̄ paꝝ putas eſſe q̄ dimittit. Quid g̃ inq̄t ille? Ego q̄ homicidiū nō feci: homicida deputādus ſū? Qui adulteriū nō admiſi: ꝑ adulterio puniēdus ſuꝝ? Aut iſta mihi dimittēda ſunt q̄ nō cōmiſi? Ecce iteꝝ conſtitue duos: ⁊ loquamur ad eos. Venit vn⁹ fugiēs peccatoꝝ: coopert⁹ ſpinis tanq̃
Pſ.103. hericij⁹: ⁊ nimis timid⁹ tanq̃ lepus. Sz petra eſt refugiū hericijs et lepoꝛib⁹. Venit g̃ ad petrā: inuenit refugium: accepit auxiliū. Ali⁹ nō multa cōmiſit: q̄d ei faciem⁹ vt multū diligat? Quid plus debim⁹? Cōtra verba
Luc.7. dñi veniem⁹: Cui modicū dimittit: modicū diligit? Jta plane cui modicū dimittit. Sz o tu qui dicis te nō multa cōmiſiſſe. Quare? Quo regēte? Deo gratias: q̄ motu ⁊ voce veſtra intellexiſſe vos ſignificaſti. Jā vt video ſoluta eſt quęſtio. Dic multa cōmiſiſti: et multoꝝ debitor factus eſt: Jlle gubernante deo pauca cōmiſit. Cui deputat ille q̄ dimiſit: huic ⁊ iſte deputat q̄ nō cōmiſit. Adulter non fuiſti in illa tua vita ꝓterita plena ignoratia ⁊ nōdum illumiat⁹: nōdum bonū malūq̃ diſcernēs: nondū credēs in illū q̄ te neſcientē regit. Hoc tibi dicat deus tu⁹: Regebā te mihi: ſeruabā te mihi: vt adulteriū non committeres ſuaſor defuit: et vt ſuaſor deeſſet ego feci. Locus et ꝑtus defuit: et vt hęc deeſſent ego feci. Aſſuit ſuaſor: non defuit locus: nō defuit ꝑtus: vt nō cōſentires ego terrui. Agnoſce g̃ gratiā eius: cui debes ⁊ q̄ nō admiſiſti. Mihi debet iſte q̄ factū eſt: et dimiſſum vidiſti: mihi debes et tu q̄ non feciſti. Nullū eſt eñ peccatū q̄ fecit hō q̄ nō poſſit facere alter hō ſi deſit rector a q̃ factus eſt hō. Jā nūc quātū potuim⁹ quęſti onē ꝓfundā in tanilla tpis breuitate ſoluim⁹: Aut ſi nō ſoluim⁹: debitores vt dixi tenemur. Illud potius breuiter videamuſ de
E remiſſione peccatoꝝ. Hō putabat chriſt⁹: et ab illo qui inuitauit: et ab eis q̄ parit diſcūbebant. Neſcio q̄d illa peccatrix plus in domino viderat. Nā quare fecit illa ola: niſi vt ſibi dimitteret peccata? Nouerat g̃ illū poſſe dimittē peccata: illi autē nouerant hoīem nō poſſe peccata dimittere. Et credendū eſt q̄ oēs: ad eſt ⁊ illi diſcūbentes: et illa mūer accedēs ad pedes dñi: oēs hi nouerāt hoīez nō poſſe petā dimittere. Cū g̃ oēs ꝺ noſſent illa q̃ credidit eū poſſe peccata dimittere pl⁹ q̃ hominē eſſe intellexit. Dentq̃ cū dixiſſet mūeri: Dimittūt tibi petā tua: cōtinuo ille: Quis ē iſte q̄ peccata dimittit? Quiſ eſt iſte quē iam mulier peccatrix cognouit? Tu recūbens quaſi ſanus: modicū ignoras: quia maiori ſoluitur febre mentē etiā perdidiſti. Maz ⁊ ꝓbeneric⁹ rideno plorat a ſanio. Tñ illud dñi noſtis: bene tenetis: Tenete: q̄ hō nō poteſt peccata dimittere. Jlla quę ſibi a chriſto peccata dimitti credidit: Chriſtū nō hominē tñ ſed ⁊ deū credidit. Quis eſt iſte inquiūt qui etiam peccata dimittit? Et oſis
F (q̄s eſt iſte dicētibus) nō dixit: illi⁹ dei: vbi dei: non hoc dixit: ſed in eo q̄ putabāt aliquātū eos manere ꝑmittens: ſoluit quęſtionē ⁊ momo illoꝝ. Qui eñ videbat diſcūbētes: audiebat cogitātes: cōuerſus ad mulierē: Fides tua inquit te ſaluā fecit. Jſti q̄ dicunt: Quis ē iſte qui etiā peccata dimittit: qui me putant hominē: hominē putent: Fides tua te ſaluā fecit. Medic⁹ bonus ęgros nō ſolū ꝓſentes ſanabat: ſed et futuros etiā ꝓuidebat. Futuri erāt homines qui dicerēt: Ego peccata dimitto: ego iuſtifico: ego ſanctifico: ego ſano quācūq̃ baptizo. Et ipſo ⁊ iſti numero ſunt q̄ dicūt: Noli me tangere. Eſa.52.
Vſq̃adeo et ipō numero ſunt: vt nup̄ī collatiōe noſa q̄ etiā in geſtis ipſis loqui poteri mus: cū eis a cognitore eſſet cōſenſus oblatus vt ſederēt nobiſcū: reſpōdēdū putarēt: ſcriptum eſt: nobis cum talibus non ſederet ſalicz ne per contactū ſubſelliozū ad eoꝝ velut noſtra cōtagio ꝓueniret. Vide ſi nō eſt: Noli me tangere: quia mūdus ſū. Alio aūt

die vbi opportunius erat: cõmemorauimus
eos huius miserrimę vanitatis: cum ageret
de ecclia: qz mali in ea nõ examinãt bonos:
respõdim⁹ eis: qz ideo sedere nobiscũ nolue
rũt: et dixerũt se scriptura dei fuisse cõmoni-
tos: quia videlicz scriptũ est: Nõ sedi in cõ-
cilio vanitatis. Dixim⁹ si ideo nobiscũ sede-
Ps.25. re noluistis: qz scriptũ est: Nõ sedi in cõcilio
vanitatis: quare nobiscũ ingressi estis: cum
cõsequẽter scriptũ sit: Et cũ iniqua gerẽtib⁹
Isa.52. nõ introibo. Ergo in hoc qz dicũt: Noli me
Luc.7. tangere: quia mũdus sum: similes sunt illi
pharisęo q dum inuitauerat: et pterea cũ
putabat nescisse mulierẽ: qz nõ es phibue-
rat a cõtactu pedũ suo p̃. Sed in eo pharisę⁹
melior: qz cũ putaret dominẽ christũ: nõ cre-
debat ab homie posse dimitti peccata. Me-
lior q̃ iudęis q̃ hęreticis apparuit intellect⁹.
Iudęi dixerũt: Quis est hic q etiaz peccata
dimittit? Audet sibi bõ ꝟ vsurpare? Quid
pro hęretic⁹? Ego dimitto: ego mũdo: ego
sanctifico. Respondeat illi: nõ ego ꝟ christ⁹.
O bõ: qñ ego a iudęis putat⁹ fũ bõ: dimissi-
one peccator̃ fidei dedi. Non ego sed respõ
det tibi christ⁹: O hęretice tu cum sis homo
dicis: veni mulier: ego te saluam facio: Ego
1.Timoth.1. cũ putarer bõ dixi: Vade mulier: fides tua
te saluã fecit. Respõdent nescięteo: sicut ait
aplus: neqz q̃ loquũt: neqz de quibus affir-
G mãt: Respõdẽt et dicũt: Si nõ dimittãt ho-
Matth.18. mines peccata: falsũ est qõ ait christ⁹: Quę
soluentis in tra: soluta erũt et i cęlo. Nescis
ergo ꝟ dictũ sit: quõ dictũ sit. Datur⁹ erat do
min⁹ homib⁹ spũsanctũ: et ab ipso spũsan-
cto fidelib⁹ suis dimitti peccata: Nõ merit⁹
hoim volebat intelligi dimitti peccata. Hã
qđ eo homo: nisi ęger sanãd⁹? Dio mihi esse
1.q.1.vt ma- medic⁹: mecũ qu̇re medicũ. Hã vt hoc eui-
nifeste. denter oẽderet dñs: a spũsancto quę dona-
uit fidelibus suis dimitti peccata: nõ meri-
tis hoim: quod ã loco sic ait resurgẽs a mor-
Joh 20. tuis: Accipite spũsanctũ: et cõtinuo sbiecit:
Si cui dimiseritis peccata: dimittunt⁹ ei: hoc
est spũs dimittit: nõ vos. Spũs autẽ deus
est. Deus q̃ dimittit nõ vos. Sed audi spi-
1.Cor.3. ritũ. Quid ergo vos? Nescitis: qz tẽplũ dei
estis: et spũs dei habitat in vobis? Et iterũ:
1.Cor.6. Nescitis: qz corpora vestra templum est spi-
ritussancti: quez habetis a deo? Deus ergo
habitat in templo suo: hoc est i sanctis suis
fidelibus: in ecclesia sua p eos dimittit pec-
cata: qz viua templa sunt. Sed q dimittit p

hominẽ: põt dimittere et ꝑter hominẽ. Neqz
enim minus est idoneus p se dare: qui põt per
aliũ dare. Per iohannẽ qbusdã dedit: Ipse
tibi p quẽ dedit? Merito volens de⁹ ꝟ ostẽ H
dere et huic ꝟitati attestari: Cũ quidã i sama
ria euãgelizati eẽnt et baptizati eẽnt et bapti
zati a philippo euãgelista vno de septẽ dia-
conis pmit⁹ electis: nõ acceperũt spũsanctũ
et baptizati erãt. Rũcatũ est discipulis qui Act.8.
erant hierosolymis: et venerunt ad samariã
vt illi qui baptizati erant p impositionẽ ma
nus eoꝝ acciperẽt spũsanctũ. Et ita factuz
est. Venerũt et imposuerũt eis man⁹: acce-
perũt spiritũsanctũ. Quia tunc sic dabatur
spiritussanctus: vt etiã appareret dat⁹. Qui
est cum accipiebãt linguis omniũ gentium
loquebãt: vt significarẽt ecclesiã in gentib⁹
linguis oim locuturã. Acceperũt ergo spiri-
tũsctũ: et in eis euidẽter apparuit. Qõ cũ vi-
disset symon: putão ꝟ esse hoim: voluit esse
et suũ. Quod hoim putauit: ab hoibus eme
re voluit. Quãtaz inquit a me vultis pecu-
niã sumere: vt p impositionẽ manuũ meaꝝ
det spũsctũ? Tũc cũ detestat⁹ petrus ait:
Nõ est tibi pa neqz sors in hac fide. Donum
dei putas pecunia cõparãdũ? Pecunia tua
tecũ sit i pditionẽ: et cętera q̃ ibi cõgruẽter lo
Ro. 8. centē: Qui filio ꝓprio non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illū. Quomō non etiā cum illo omnia nobis donauit? Quare: ecce habes ea. Omnia que amas vt nō impediario a christo cōtemne: et ipsum tene in quo possis omnia possidere. Ipse ergo medicus nihil tali indigens medicamento: tamē vt exhortaret egrotū bibit: qō opus nō erat tanq̄ recusantē alloquēs: et trepidū erigens bibit prior. Calicem inquit quem ego bibiturus sum: qui in me non habeo qō ab illo calice sanet? bibiturus sum tamen ne tu dedigneris bibere cui opus est vt bibas. Jā videte fratres si amplius egrotare debet genus humanū accepta tanta medicina? Jaz humilis deus: et adhuc superbus homo. Au-
Matth. 11. diat: discat. Omnia mihi inquit tradita sūt a patre meo. Si desideras omnia: mecū habebis: si desideras patrē: per me habebis et in me habebis. Nemo cognoscit patrez nisi filius: Noli desperare. Veni ad filiū. Audi qō sequitur: Et cui voluerit filius reuelare.

℣ Dicebas non possum. Per angustiā me vocas. Non possum intrare per angustiā. Venite inquit ad me omnes qui laboratis et onerati estis. Sarcina vobis tumet vester est. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiā vos. Tollite iugum meū super vos: et discite a me. Clamat magister angelorū: clamat verbū dei: quo rationales omnes mētes sine defectu pascunt. Libus reficiens et integer ꝑmanens clamat et dicit: Discite a me. Exaudiat populus dicentē: Discite a me. Respondeat: quid discā a te? A magno enī artifice nescio quid audituri sum⁹: cū dicit: Discite a me. Quis est qui dicit: discite a me? Qui formauit terram: qui diuisit mare et aridam: qui creauit volatilia: qui creauit animalia terrena: qui creauit omnia natantia: qui posuit in cēlo sydera: qui distinxit diem et noctē: qui firmauit ipsum firmamentū: qui lucez a tenebris separauit: ipse dicit: Discite a me. Nūquid forte hoc nobis dicturus est vt ista cum illo faciam⁹? Qui hoc potest: solus deus facit. Noli inquit timere: non te onero. Doce a me disce qō ꝓpter te fact⁹ sum. Discite a me inquit non formare creaturam que ꝑ me facta est: nec illa quidez dico discatis: quia ꝯbasdam donauit quibus voluit nō omnib⁹: suscitare mortuos: illuminare cēcos: aperire aures surdorum: nec ista pro magno velitis discere a me. Hauisi discipuli et exultantes redierunt dicentes: Ecce in nomine tuo et dēmonia nobis subiecta sunt. Luc. 10. Aut illis iesus: Nolite i hoc gaudere: quia dēmonia vobis subiecta sūt: gaudete potius: quia nomina vestra scripta sunt in cēlo. Quib⁹ voluit donauit expellere dēmonia: donauit quib⁹ voluit mortuos suscitare. Facta sunt hec miracula ante incarnationē domini. Suscitati 4. Reg. 4. 5. sunt mortui: mundati sūt leprosi. Legimus hec: Et quis fecit tūc nisi ille qui postea hō christus post dauid: sed deus christus ante abrahā: ipse ꝑ donauit hec omnia: ipse ꝑ hoies fecit: nec tamē olim⁹ hec dedit? Nūquid quibus hec nō dedit desperare debēt: dicere se nō posse venire ad eum: quia hec dona accipere nō meruerūt? In corpore mēbra sunt: aliud potest illud mēbrū: aliud illud. Compegit corpus deus: nō tribuit auri vt videat: nec oculo vt audiat: nec fronti vt olfaciat: nec manui vt gustet: Non dedit hec: sed omnibus mēbris sanitatē dedit: compagem dedit: vnitatē dedit: spiritu ola pariter viuificauit et vniuit. Sic ergo dedit cuidā mortuos suscitare: alij dedit disputare: Omnibus
Matth. 11. ne quid dedit? Discite a me qi mitis sum et būlis corde. Cū audiuim⁹ dicentē: Mitis sum et būlis corde: Fratres mei tota medicina nostra ista est: Discite a me qi mitis sum et būlis corde. Quid ꝓdest si miracula facit et sit superbus: nō sit mitis et non būlis corde? Nōne in illo numero deputabit eos q̄ venturi sunt in finē et dicturi: Nōne in nōie tuo Matth. 7. ꝓphetauim⁹: et in nōie tuo virtutes multas fecim⁹? Sed qd audiēt: Nō noui vos. Recedite a me oēs q̄ opamini iniquitatez. Quid ℣ ꝓdest vt discam⁹: qō mitis sū et būlis cor-

de? Charitatē inserit ⁊ germanissimā charitatem: sine confusione: sine inflatione: sine elatione: sine fallacia: hoc inserit qui dicit: Discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde. Quādo potest sincerissimā habere charitatē supbus ⁊ inflat? Necesse est vt iuideat. An forte qui inuidet amat: ⁊ nos erramus? Absit vt quisq̄ sic erret vt inuidū dicat habere charitatē. Ergo quid dicit apl̄us: Charitas nō ɔmulat: Quare nō ɔmulat? Nō inflatur: Causā statim subiecit vnde abstulerit ɔmulatiōz charitati. Quia nō inflat nō
1.Cor.13. ɔmulat. Primo quidē illud dixit: Charitas non ɔmulat: ꝑ tu quasi quereres: quare non ɔmulat: addidit: non inflat. Si ḡ iō ɔmulat quia inflat: si nō inflat nō ɔmulat. Si charitas non inflat ⁊ ideo non ɔmulat: charitatē
Matth.11. inserit qui ait: Discite a me: q̄ mitis sum et būlis corde. Jam quilibet habeat q̄ vult: iactet se vnde vult. Si linguis hoim loquar ⁊ angelo⁹: charitatē aūt nō habeā: fact⁹ sum vt ɔramentū sonans aut cymbalū tinniēs. Quid sublimius munere linguarum diuersarum? Ɔramentū est cymbalū tinnuens. Si auferas charitatē: audi alia munera. Si scīā oia sacramēta. Quid excellentius? Quid magnificētius? Audi adhuc aliud: Si habeam omnē ꝓphetiā ⁊ omnē fidem: ita vt mōtes transferā: charitatē aūt nō habeā: nihil sum.
¶ Accessit ad ampliora fratres: Quid aliud dixit: Si distribuā oia mea paupibus: Quid potest fieri ꝑfectius? Quādoquidem diuitī ꝓpter ꝑfectionē hoc dominꝰ imperauit di-
Matth.19. cens: Si vis ꝑfectus esse: vade vende oia q̄ habes ⁊ da paupib⁹. Jā q̄ ꝑfect⁹ ē: q̄ vendidit oia sua ⁊ dedit paupib⁹: Ideo addidit: Et veni sequere me. Vende oia inq̄t da pauperib⁹: ⁊ veni sequere me. Quare te sequor? Jā venditis omnib⁹ distributis pauperib⁹: nōne ꝑfectus sum: quid opus est vt te sequar? Sequere me vt discas quoniā mitis sum et humilis corde. Potest ēn quisq̄ vendere omnia sua ⁊ dare paupibus nōduz mitio: nō būlis corde? Certe pōt. Si enim omnia mea distribuero paupib⁹. Et adhuc audi. Nā quidā relictis omnib⁹ quę habuerunt: iam secuti sunt dīm: sed nōduz ad perfectū secuti. Ad ꝑfectū ēn sequi est imitari. Non potuerūt ferre tēptamentū passionis.
Mat.8. Jā petrus fratres erat ex his qui dimiserāt omnia et secuti erant dominū. Nam duitē illo cū tristicia recedente: vbi cōturbati discipuli interrogauerūt: q̄ quis tandem posset esse ꝑfectus: ⁊ eos cōsolatus est dominꝰ: dixerant dño: Ecce nos dimisimꝰ oia et secuti sumus te: quid ergo nobis erit? Et dixit dominꝰ q̄d eis hic daret: q̄d in futurū reseruaret: Tñ iste iā ex eoz numero q̄ hęc fecerāt. At vbi ventū est ad articulū passiōis: ad vo
Matth.26. cē vnꝰ ancille: ter negauit eū cū quo se moriturū esse ꝓmiserat. Intēdat ḡ charitas vestra: Vade inq̄t oia tua vende ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis thesaurū in ɔlo: ⁊ veni seq̄re me. Perfectus est petrus iam dño in ɔlo sedente ad dexterā patris: tūc ꝑfectus est et maturus factus. Ad passionē ergo cū sequerer dīm nō ꝑfectus erat. At vbi non esse cēpit in terra quē sequerer tūc ꝑfectus ē: imo vo semp ante te habeo quē sequar: dño exemplū in terrā posuit cū euāgeliū ibi relict: in euāgelio recū est. Nō ēn mentit⁹ ē dicēs:
Matth.28. Ecce ego vobiscū sum omnib⁹ diebus vsq̄ ad ꝯsummationē ſeculi. Ergo sequere dīm. Quid ē sequere dīm? Jmitare dīm. Quid
Matth.11. est imitare dīm? Discite a me q̄ mitis sum ⁊ būlis corde. Quia si distribuero oia mea
1.Cor.13. pauperib⁹: ⁊ tradidero corp⁹ meū vt ardeā: charitatē aūt non habeā nihil mihi ꝓdest. Exhortor ergo charitatē vestrā ad ipsā charitatē. Nō aūt exhortarer ad charitatē nisi aliqua charitate. Qō ergo inchoatū est exhortor: vt impleat: ⁊ qō cēptū est rogo vt ꝑficiat. Et ꝓ me ꝓ vobis rōgari quęso vt ⁊ in me ꝑficiat qō vos moneo. Oēs ēn imꝑfecti sumus: et ibi ꝑficiemur vbi ꝑfecta sunt oia. Paulus apl̄us dicit: Fratres ego me nō arbitror apꝓhendisse. Ipe dicit: Nō q⁹ iā acceperim: aut iam ꝑfectus sim. Et quisq̄ hominū se audet de ꝑfectione iactare? Immo cōfiteamur imꝑfectionē vt mereamur perfectionem.

¶ De ꝓdictione temporū christianorū in diuinis scripturis: Homelia ¶ XXXV

In omib⁹ scripturis diuinis fratres charissimi: christianorū tēpora ꝓdicta sunt. Hoc iō q⁹ futuꝝ erat: vt reges terrę q̄ ꝓpter idola ꝑsequebant christianos: ꝓpter christi idola delerēt: ⁊ subiugaret omis potestas iugo christi: vt implet qō dictū ē: Vltus sum eos. Quid ē ēn vlt⁹ suꝰ
Ps.117. eos? Vindicauī me de ipis. Corꝓ christi loquit: Vindicauī me de inimicis meis. Quō me vindicauit? Occidēdo in eis errorē: fusci-

tādo fidē. Quicqd eñ erat qđ in olbus malis ⁊ puersis psequbak christianos: deletū est. Ihō eñ qñ te psequik: noli attēdere illā figuram quam fecit deus: aut animā illam quā spirauit deus: Nō te persequik qđ fecit de⁹: sed mala quę fecit homo. Omnia quę fecit deus laudant deum. Audistis in benedictionibus: ⁊ auditis omni solēnitate quando legunk: quomō omnia laudāt deū: celestia ⁊ terrestria: angeli: homines: luminaria celi: arbores terre: flumina: maria: quicqd deus creauit: siue in celo: siue in terra: siue in mari laudant deum. Nūquid aliquādo ibi audistis: quia laudat deū auaricia? Nūquid aliquādo ibi audistis: quia laudat deū ebriositas? Nūquid audistis ibi: qđ laudat deum luxuria? Nūquid aliquādo audistis: qđ laudat deum heresis? Omnia ista quare nō laudant deū? Quia nō sūt creata a deo. Et arbor: seruauit qđ creata est: homo deleuit qđ erect⁹ ē. Si eñ seruaret in se bonū qđ in illo creauit deus: id est imaginē suam: semp laudaret deū: non solū lingua sed ⁊ vita. Ergo ꝓdicta sunt tempora nostra. Sed in tēporibus nostris ꝓdicta sunt futura sulmata. Quomō ergo pugnauit illa ecclesia contra diabolū: sic ⁊ ista pugnat. Nūquid cessatur pugnare aduersus diabolum? Sed dictū est de diabolo: qđ leo ⁊ draco est. Leo ꝓpter impetū: draco ꝓpter insidias. Leo apte trasfak: draco occulte insidiak. Pugnauit ecclia priorib⁹ temporib⁹ aduersus leonē: pugnat modo aduersus draconē. Sed quomō vicit⁹ est leo: vincit ⁊ draco. Quę fortitudo leonis cōtra illā leonē de quo scriptū est: Vicit leo de tribu iuda? Et quę fortitudo draconis cōtra mortē dñi qui serpentē suspēdit i ligno? Triūphauit eñ de morte quā diabolus prepinauerat p astutias suas homini. Et cū ex altaret moyses serpentē in deserto i ligno: ꝑ hoc ꝑ mordebat a serpente: attēdebat serpentē ⁊ sanabak: Sic ⁊ mō quēcūq; momorderit astutia satbanę: intueak christū i ligno pendentē. Ibi eñ mors occisa est: dominus semp vivit. Sed vt occideret mortē vestir⁹ est morte. Nō eñ potuit mors mori nisi i vita. Nō mork amaritudo nisi in dulcedine: nō mork frigus nisi in calore: nō est mors tua mors nisi in vita. Quis est vita? Christ⁹ nr̄. Sed vita induta erat mortē. Crucifixus est: occisus est: mortuus est: ⁊ resurrexit tota vita. Interfecta morte ⁊ deglutita morte tam vita surrexit: vt diceret ō illo apl⁹: Scim⁹ quia christ⁹ nō mork: ⁊ mors ei vltra nō dominabit. Quia aūt dominata ē ꝓno homini mors: volēti dominata est: inflauit se aduersus eū satelles leonis. Tūc iudex a q̄ iudicabak erexit cernicē ⁊ ait: Nō mihi respondes? Rugitus secuit leonis: tument colla serpentis: Sedank ad responsionē agni: q̄ nouit occidere leonem. Audi quia volenti dominata est mors. Cum eñ hęc ab illo audiuit: respōdit: Nō haberes in me potestatē: nisi data tibi esset de celo. Quis dedit hanc desup potestatē? Deus. Quis est deus? Pater ⁊ filius ⁊ spūsanct⁹. Vt ergo esset homini potestas in deū: ab ipso deo accepit potestatem homo vt iudicaret deū: deum occultū: hominē manifestū. Vt ergo leonē ⁊ draconem de quo supradictū est possimus cū dei adiutorio vincere: cum grādi timore ac tremore ante oculos habeamus illud quod ait apostol⁹ petrus: Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens aliquid deuorare quęrens circuit. Et illud qđ de draconе apostolus nos admonet vt eius omni sollicitudine cauēamus. Aptaui vos inquit vni viro virginem castā exhibere christo. Sed timeo ne sicut serpens seduxit euam astutia sua: ita ⁊ sensus vestri corrumpank a simplicitate quę est in christo iesu. Quando ergo tibi aliqua publica tribulatio nata fuerit: rabiem ac sęuitiam leonis intellige. Quādo te male cōcupiscētię ad auaricią vel luxuriā callida seductione sollicitant: draconis blandimenta cognosce. Si ergo fidem rectam capis fideliter custodire: an aduersis fortis esto contra leonis sęuitiam. Si vero virginitatē animę integram seruare desideras: quātum potes obserua blandimenta draconis: Ne forte si incaut⁹ fueris q̄nq; sensus q̄ in te sunt quasi quinq; virgines ꝑmittas a serpēte corrūpi. Quicqd eñ pulchrescit visu: quicqd dulcescit gustu: quicquid blandit auditu: quicqd lenocinak odoratu: quicquid mollescat a tactu: in his omnibus si incauti fuerimus: surrepēnt⁹ cōcupiscentijs malis: animę virginitatem corumpi ꝑmittimus: et impletur i nobis illud quod per ꝓpheram dictum est: Intrauit mors per fenestras vestras. Per hoc enim quinq; sensus quasi per quasdā tantas, aut mors aut vita ad animā nostrā ingredit. Simus ergo auriliāre domino de illis quinq; virginibus sapientib⁹: quę sicut

Exod. 5. Num. 21. Joh. 3. Joh. 12. Ibi. 3. 1. Petri. 5. 2. Cor. 11. Dicr. 9. Matth. 25.

in euāgelio legim⁹: portauerūt oleū in lampadibus suis: Et quātum possumus obseruemus ne inter illas stultas inueniamur: ⁊ sibi de sola corporis integritate plaudēteo: virginitatē animę per corruptionez quinq; sensuū pdiderunt: quę nō portauerūt oleū secum. Quibus dictū est: Ite emite vobis a vendentibus oleū. Oleum enim hoc loco adulatio est et laus hūana. Vendūt oleum oēs adulatores. Ergo stultę illę dictę sunt: quę foris secus quęrebant laudē. Nō intus in cōscientia habebant: ideo nō portabant oleum secū: id est qui laudē in aliena lingua nō in cōscientia sua volebāt habere. Tamē quid respōderūt illis stultis: Ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis: Quomō apostolus
1.Cor.4. dixit: Sed neq; ego meipsū iudico. Si ꝙ ꝓscientia nostra sub examine iudicij dei trepidat ⁊ ꝙuis sibi recta putet: tamē timet ne erret iustitię regula de thesauro illo⁹: ⁊ inueniatur torti qđ videbat rectū: quāto minus curare debem⁹ aliena iudicia de nobis charissimi siue mala siue bona: nec valde gaudere debemus quādo laudamur: nec cōtristari quādo vituperamur: nec coronare nos potest laus falsa: nec damnare vituperatio falsa. Modu autē vimus hic: de nobissipio nosipsis iudicare non possum⁹. Non dico qđ crao crimus: sed quid hodie simus: quanto minus debemus moueri iudicijs alienis: ꝙ de cōscientia nostra quę nobis prohibet testi-
2.Cor.1. monīū. Nam gloria nostra debet esse cōscientia nostra. Itaq; fratres paululū aduertat charitas vestra vt dicā qđ volo: ⁊ si non si u volo: sicut domin⁹ dederit ⁊ voluerit. Qđ maxime necessariū est quotidianis temptatiōib⁹ ⁊ ecclesię catholicę qz int̄ temptatiōes viuit: et int̄ tēptatiōes crescit: ⁊ int̄ tēptatiōes pdurat: et in temptatiōes puenit. Sed cum puenerit succedet quies laboris: recedit temptatio: manet būdictio. Sed rogo vos frēs ne sine causa audiatis: ista tenete: ruminate: pascimini inde: nō recedat de ore vro qđ modo memorię cōmendat. Memoria homis sic ē: quomō venter pecoris: Nos
Leuit.11. tis quia in lege immūda dicta sunt animalia quę nō rumināt: ꝙ aūt ruminant munda sunt: ⁊ quecūq; habent vngulā fissam: pertinent ad discernendū verum ⁊ falsum. Fissa vngula ptinet ad discernendū quid dextrū quid sinistrū. Ruminatio eīs ptinet ad eos qui cogitant postea quod audierint ⁊ tenuerint. Nam mō mādducamus: ⁊ in memoriā tanq; in ventre mittit. Sed quid facit pec⁹ quādo ruminat? Illud qđ in ꝓsepe iactatuz fuerat ⁊ in ventre repositum: reuocat ad os: ⁊ i ipsa dulcedine cōquiescit. Hoc dixi vt cōmendarē vobis ne sitis imundi tanq; pecora. Accepit illud in ventre: postea non ruminat: et transit tota dulcedo: Et nihil vobis prodest quod reconditū est: quia non redit ad os dulcedo. Audite illud exponere: ⁊ aperte dictum alia sentētia: quod obscure ⁊ mystice de ruminantibus animalibus dictum: alio loco aperte expositū est: vt intelligam⁹ quid sit: Thesaur⁹ desiderabilis requiescit in ore sapientis: stultus autē glutit illud.

De eo quod in Esaia scriptuz est: Ascendet sicut virgultū: ⁊ sicut radix de terra sitiēti: Dome. XXXVI

Esa.53.

Dilectissimi ante multa tempora ꝓphetatū est: Ascēdet sicut virgultū Abac.3. ⁊ sicut radix de tra sitienti. Quare vt radix? Ideo qz nō est illi species neq; honor. Passus est: būliatus est: cōsputus est: nō habebat speciē: homo aparebat cum deus esset. Sed quomō radix nō est pulchra: sed intus habet vim pulchritudinis suę. Attēdite fratres miē: videte misericordiā dei. Attendis arborem pulchrā: amenā: foliis virentem: fructibus opulentam: laudas. Delectat aliquid de fructu carpere: sub vmbra eī sedere ⁊ requiescere ab estu: Laudas totā illā pulchritudinē. Si radix ostendat tibi nulla pulchritudo in ea est. Noli cōtemnere qđ abiectum est: inde processit quod miraris: vt radix sit in terra sitiēti. Attēdite modo charitatē arboris: creuit ecclesia: credidērūt gentes: victi sunt terre ꝓncipes sub nomie christi: vt essent victores in orbe terrarū. Positum est collum eorū sub iugo christi. Persequebant ante christianos ꝓ idolis: ꝓsequūtur idola ꝓpter christū. Omnes cōfugiunt ad aurilū ecclesię: in omni pressura: in omi tribulatiōe sua. Creuit illud granū sinapis: Matth.13. factū est maius sup olā olera. Venūt volatilia cęli: supbi seculi: ⁊ requieuerūt sub ramis eius. Ubi hęc tanta pulchritudo? Recisa de qua radice surrexit: ⁊ ista pulchritudo in magna gloria est. Queramus radicem. Cōsputus est: būliatus est: flagellat⁹ est: crucifix⁹ est: vulneratus est: cōtemptus est. Ecce hic species non est: sed in ecclesia gloria radicis pollet. Ergo ipsum describit sponsum: illuz contemptū: inhonoratum: abiectum. Sed D

modo videre habetis arborem que surrexit de ista radice: et impleuit orbem terrarū. Radix de terra sitientī: nō est species illi neq; ho-
Esa.53. nor: Et vidimus illū et nō habuit speciē neq; decorē. Nōne hic est fabri filius qui nō habuit
Joh.8. decorem: vt dicerēt: Nōne verū dicimus nos demonium habes? In nomie autē ipsius demonia fugiebant: et illi obijciēt: q; demoniū
Esa.53. habes. Sed quare hoc? Videmus eū: et non habebat speciē neq; decorē. Que species il-
Joh.1. lius intuēri erat vbi non videbat? In principio erat verbū: et verbū erat apud deū et deus
Phil.2. erat verbū. Que est species illius? Qui cū in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Et vbi visus est non habere speciem neq; decorē? Et non habuit
Esa.53. speciē: sed vultum eius abiectum: et de formis posthac eius ab omnib⁹ hominib⁹: homo in plaga: in plaga homo: ante plagam deus: post plagam deus homo: homo in plaga et q̄ sciat ferre infirmitates. Infirmitates quorum? Ipsor⁹ a quib⁹ patiebat. Audiamus ferebat infirmitates phariseor⁹: et cū ipe cru-
Luc.23. ciūgeret: orabat et dicebat: Pater ignosce illis: q; nesciunt quid faciunt. Attendite quō amemus: sponsus quantomagis deformis nobis cōmendat: tanto charior: tanto vulcior factus sponse: propter quod et auertit se. Auertit se ne illum intelligerēt illi qui eum crucifigebant. Facies eius inuriata est: nec
Esa.53. magni estimata ē. Hic infirmitates nostras portat: et p nobis dolorib⁹ est: et nos extimauimus illū in doloribus esse et in plaga: et in pena: ipse autem vulneratus est propter peccata nostra: et infirmatus est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis nostre in eum: liuore eius sanati sumus. Omnes vt oues errauimus: et dominus tradidit illum pro peccatis nostris. Euangeliū est an prophetia? Quid dicunt contra ista iudei? Nōne mirum est audire eos ista: habere illos ista: legere illos ista? Non inuenim de quo dici potuerunt: nisi de illo vno qui in euangelio predicat per orbem terrarum: et adhuc non esse christianos: p sic esse illos ceecos aduersus euidentissima eloquia prophetarū. Roli mirari ceciratē iudeor⁹ ō christo. Ecce transit quod dicit de sponso: incipit dici et de
L sponsa. Et quomō in sponso mirabaris ceciratem iudeoīū: sic i sponsa miraberis ceciratem hereticoīū. Jam modo miremur ceciratem iudeoīū. Dominū tradidit illum p pec-
catis nostris: et ipse quoniā traditus est non aperuit os. Vt ouis ad imolandum ductus est: vt agnus ante eum qui se tonderet sine voce: sic nō aperuit os suū. In humilitate iudicii eius sublatū est: et ne contemnas: Generationē eius quis enarrabit? Quā generationem? Ante luciferum genui te. Ecce
Ps.109. vna generatio: Ante luciferum: ante omnia que facta sunt: ante omnes angelos: ante
Joh.1. omnē creaturā. Quare? Quia omnia p ipm facta sunt. Sed forte secūda eius generatio narratur. Quis illā narrat? Fide concipit: masculo nō accedit: vterus virginis tumet: procedit tanq; sponsus de thalamo suo. Admirabilis ista generatio: mirabilis ista hūana quia sine patre: mirabilis illa quia sine matre. Vt ouis ad imolandū ductus est: et vt agnus ante eū qui se tōderet: sic nō aperuit os suū. In humilitate iudicii eius sublatū est: Generationē eius quis enarrabit? Quoniā tollet de terra vita eius. Resurrectionē eius predicat. Videtis q; verus dominus quasi potēs nō posset: nisi vere charitas hec
Luc.24. dicebat: Que scripta sunt in lege et in prophetis et psalmis de me: quia oportebat christū pati et resurgere. Audistis et resurgere. Ihō audistis: quoniā tollet de terra vita eius: et p̄dicari in nomie eius penitentiā et remissionem peccatorum per omnes gentes: incipiens ab hierusalē. Audietis et illud ab isto p̄pheta: nō quia debemus ppheram ponere deo: preco precessit: iudex secutus est. Nō sua sed iudicis verba preco dicebat: et iudex cōsequēs verba sua in ipsone firmauit: Quoniam tollet de terra vita eius. Ab iniquitatib⁹ ppli
Esa.53. mei ductus est ad mortem. Audiebatis mō dicentē illis: Quid vobis feci? Si inuenistī
Joh.8. in me peccatū: arguite me. Et illi: Crucifige crucifige: vt putabant hominē tamen nocētē. Ergo ab iniquitatib⁹ ppli mei ductus est ad mortē. Dabo ergo malos p sepultura eius. Quid
D est hoc: dabo malos p sepultura eius: et diuites p morte eius? Malos propter sepulturā eius et diuites propter mortē eius. Duos ille ab arimathia Ioseph: cū dijs pōderet i cruce intrauit ad pilatū et petijt corp⁹ eius: obscuri est vt sepeliret: dati sunt diuites p morte eius. Sepelivit pauperes in q̄ diuitias rechebat. Ergo diuites propter mortē eius. Ō postea dixit primo factū est: q̄ primo dixit postea factum est: malos pro sepultura eius. Vbi ostendim⁹? Intrauerunt iudei ad pilatum

Matth.27. et dixerũt ei: Domine audiuimus quia ille planus: ĩd est ille impostor: dixit discipulis suis: quia resurrecturus erit occisus: iube ergo custodiat sepulchrũ: ne forte veniãt discipuli ei⁹ nocte ⁊ auferant eum: et fiat error: maior ꝑore. Ait illis pilatus: Habetis milites: ite custodite sicut vultis. Acceperũt milites: posuerũt ibi. Quali sunt isti: ipsi sunt dati propter sepulturã ei⁹ ad custodiendũ. Sed vñ ꝓbamus qz mali sunt? Salutes innocentes erãt missi: nudet eis ꝓcepit: venerũt ad sepulchr: custodierũt. Audi qz mali sunt. Lege euãgelũ: Postea q̃ resurrexit dñs et viderũt angelũ: ꝑterriti ⁊ cõsternati sunt. Q̃ dictũ est aliis: Nolite timere vos: illi timore pauli: qz fide subleuati nõ sunt: Et tñ cũ ista scirent: venerũt ad iudæos: dixerũt illis ista ois. Dixerũt iudæi: Damus vobis pecuniã.

De ebio pñi ser. 45. a in fi. Ergo mali erãt: veritatẽ absconderũt: mẽdaciũ vẽdiderũt. Et quõ mẽdaciũ vẽdiderũt? Nõ mirũ: mẽdaciũ vẽdiderũt: mẽdaciũ ẽmerũt.

Matth.28. Dicite dictũ est illis: quia dormientib⁹ nobis venerũt discipuli eius ⁊ subtraxerũt illũ. O vanitas vendẽs vanitatẽ: vanitatẽ auditur? vanis ⁊ creditur? Hodieq; hẽ apud iudæos: sic habet ipa fama q̃ vana: q̃ falsa: q̃ inanis. Testimoniũ martyrũ nolũt audire vt viuãt: ⁊ testimoniũ dormientiũ audiũt vt pereãt. Si dormiebãt custodes: vnde scire potuerũt qõ illũ tulerit de sepulchro? Aut quid vigilabas male? O male de quo nõ sine causa dixit ꝓpha: Dabo malos ꝓ sepultura eius. O male: O pessime: aut vigilabatio et custodire debuistis: aut dormiebatio ⁊ qd sit factũ nescitis. Impletũ ẽ em qõ spiritussanct⁹ p psalmistã mltũ ante ꝓdixerat:

Esa.53.

Ps.10. Cogitauerũt consiliũ qõ nõ potuerũt stabilire. Nos g̃ fratres charissimi ꝓ quor⁹ salute ista ois ⁊ ꝓdicta sũt ⁊ ipleta: gratias agam⁹ diuinæ misericordiæ: ⁊ quãtũ possum⁹ totis viribꝫ laborem⁹: vt bõitas dei nõ nobis iudiciũ pariant sed ꝓfectũ: vt cũ tremẽdus iudex dies et temp⁹ reddendę rõnis aduenerit: quicqd nobis dñs ⁊ saluator noster cõtulit iudicatus: integrũ inueniat iudicaturus. Quidẽ ille cũ venerit reddituru est qõ ꝓmisit: sed reqsitur⁹ ẽ qõ redemit: ⁊ qõ ꝓmo aduentu promulsit: exactur⁹ est i secũdo. Quis multũ ꝓsumere debeamus de misericordia dei: nõ tamẽ negligẽter debem⁹ timere iusti cã eius. Cũ iustitia em te iudicabit: qui cuz misericordia te redemit. Hã q̃ tã longo tpe peccam⁹ ⁊ parcit: nõ est negligẽtia sed patiẽtia. Nõ ille potentiã pdidit: sed nos ad pnitentiã reseruauit. Timeamus g̃ iustitiã cui⁹ misericordiã desideram⁹. Parcit em mõ sed nõ tacet: sed si tacet nõ semp tacebit. Audiamus ergo eũ dũ nõ tacet in ꝓcepto: si volumus vt nobis parcat cũ nõ tacuerit in iudicio. Modo em ꝓrogat nobis misericordia: tũc a nobis exiget iustitia: ⁊ reddet vnicuiq; Matth.16. sm opera sua: ac fiet illud quod apls dixit: Iudicium sine misericordia illi qui non fecit Iacobi.2. misericordiã.

¶ De eo qõ dñs dicit in euãgelio: Qui amat animã suam perdet illã: Domelia ¶ XXXVII Joh.12.

Odo fratres charissimi cum diuina A lectio legeret⁹ audiuim⁹ dñm dicentẽ: Qui amat animã suã: pdet illã. Joh.12. huic sententiæ quasi contrariũ videt esse qõ ait apls⁹: Nemo vnq̃ carnẽ suam odio habuit. Epł.5. Si ergo nemo est qui carnẽ suã oderit: quãtomagis nemo ẽ qui oderit animã suã? Multũ quippe aia carni ꝓponit: qz ipsa est habitatrix: caro habitaculum. Et aia dñat: caro autẽ seruit. Anima superior est: caro iferior est. Si ergo nemo vnq̃ carnẽ suã odio habuit: quis est qui animã suã oderit? Propter hoc non paruã quæstionẽ nobis intulit ꝓsens euãgelica lectio: vbi audiuim⁹: Qui amat animã suã perdet illã. Periculosus est homini animã amare ne pdat. Sed si ꝓpterea piculosũ est vt ames animã tuã ne peat anima tua: ideo nõ debes illã amare: qa nõ vis illã perire. Si autẽ nõ vis illam perire: amas illã. Quid ẽ hoc si amo perdo? Ergo nõ amem ne perdã. Sed quia timeo perdere ideo nõ amo: vtiq; eo qõ timeo. Dicit et alibi dñs: Quid ꝓdest homi si totũ mũdũ Matth.16. lucret: animæ vo suę detrimẽtũ patiat? Ecce quia sic est amanda aia vt lucro totius mũdi ꝓferat: ⁊ tamẽ obseruet qui animã amat: qi si amat perdet illã. Nõ vis perdere eam: noli illam amare. Sed si non vis eam perdere: non potes eam nõ amare. Sunt ergo qui peruerse animã suam amant: ⁊ hoc vult dei sermo corrigere: non vt oderint animas suam: sed vt recte diligant. Male enim diligendo perdũt eam: et fit quidã magnum quasi ꝓpositorũ ⁊ ꝓtrariũ. Sed ita tñ fit vt si diligas eã querse: perdas illaz. Si oderis

illā recte: cōfentes illaz. Est ergo quidā peruersus amor eius: ⁊ quoddā rectum odium eius. Sz amor: peruersus ab odio: odiū rectū ab amore est. Quādo diligis animā tuā in iniquitatib⁹: audi quia ab odio venit amor: iste peruersus.
Ps. 10. Qui aūt diligit iniquitatē: odit animā suā. Odiū aūt rectum vide: qz ab amore venit.
Joh. 12. Ibi dominꝰ secutus ait: Qui autē odit animā suā in hoc sęculo: in vitam ęternā inueniet eam. Vtiq; qō vis inuenire in vitā ęternam: multū amas. Nō amas ad tempꝰ qđ pdeat? Aut subduceris illi: aut subducatur tibi. Cū fueris tu subtractꝰ: perit ipe amor: cū fuerit illud sbtractū: pit qō amabit. Vbi ergo aut amator: perit: aut qō amat: non est amandū. Sed quid ē amandū? Nō nobil-
B cum potest esse in ęternū. Sed si vis animā tuā in ęternū habere salua: oderio eā ad tēpus. Ergo odiū rectū ab amore venit: peruersus amor ab odio venit. Quis igit modꝰ diligendi animā? Putatis martyres nō amare animas suas? Videtis certe modo si cuiꝰ vita ꝓsentis sęculi pidit: quomō amici eiꝰ currūt ꝓ ea: quomō currit ad ecclesiā: rogat episcopus vt intermittat si quas habet actiones: curat: festinet. Quare? Pro alia. Et omnes cōtremiscūt: omnibꝰ ęteris rebꝰ intermissis festinandū esse decernūt. Omnis festinatio laudat: omnis tardatio accusat. Quare? Pro anima. Quid ē ꝓ alia? Ne moriat hō. Non nouerūt martyres amare animas suas: ⁊ tamē hoc est ꝓ anima ne moriatur homo. Mors homis iniqtas ē. Si curris ꝓ hac vita centū milia: quot milia debes currere ꝓ vita eterna? Si festinas lucrari oēs paucos ⁊ ipsos ścortos. Hodie eñ homo a morte liberatus: nescit vtrum cras moriatur: tamē si sic currīs ꝓpter lucrū paucorū dierū: quia ⁊ vsq; i senectā pauci dies sunt: quomō currendū est ꝓ vita eterna? Amor ḡ peruersus animę abundat: amor autē rectus valde paucꝰ est. Nam sicut nemo est q̄ nō diligat animā suā: sic nemo est qui nō amet carnem suam. Vnde fieri pōt vt ⁊ verum sit
Eph. 5. qđ ait apostolus: Nemo vnq̄ carnem suam odio habuit: et anima non ametur? Discamus ergo fratres amare animas nostras. Omnis voluptas sęculi transitoria est. Est amor vtilis: est amor nocꝰ: amor amore impedit: amor nocꝰ recedat: ⁊ amor vtilis succedat. Sed qz homines nolūt illinc recedere: ideo in illos nō potest aliud introire: vt non capiāt: pleni sunt: fundāt ⁊ capiunt. Pleni sunt enim amore voluptatum carnaliū: pleni sunt amore vitę ꝓsentis: pleni sunt amore auri ⁊ argēti: possessionū sęculi huiꝰ. Quia ergo pleni sunt: sic sunt quomō vasa. Dic vt intret mel vnde acetū nōdum fudisti? Fūde qō habes vt capias qō nō habes. Ideo ꝑma renūciatio ē huic sęclo: et deinde conuersio ad deum. Qui renunciat fundit: qui conuertit implet: sed si non fiat corpore solo: sed ⁊ corde. Quare autem fratres quō C crescat iste amor. Habet enim anima sua: habet augmēta sua: habet pfectionē suam. Et debemus nosse quis ęgerit: vt eū augmēto cohortemur: quis nec ęgerit: vt eum quo incipiat moneamus: quis ⁊ ęgerit ⁊ creuerit: vt eum ad pfectionē moneamus. Primo illud attendat charitas vestra: amores oēs ⁊ dilectiones pus sunt in dominib⁹ de se: et sic de alia re quā diligunt. Si diligis aurū: puus te diligis et sic aurū: qz si tu mortuus fueris: nullus erit qui aurū possideat. Ergo dilectio vnicuiq; a se incipit: ⁊ nō potest nisi a se incipere: ⁊ nemo monetur vt se diligat. Hoc eñ non solū inest hominib⁹ sed ⁊ pecoribus. Videtis eñ fratres quēadmodū nō tantū in ḡeto bestię ⁊ magna animalia: vt sunt boues aut cameli vel elephanti: sed et muscę: sed et vermiculi minimi quomō nolunt mori et diligunt se. Omnia alalia mortem fugiūt. Ergo diligūt se: custodire se volunt: alia velocitate: alia latebris: alia resistendo ⁊ repugnādo. Omia tamē animalia ꝓ vita sua pugnant: mori nolunt: custodire se volūt. Amāt ergo se: incipit ⁊ aliud amari. Sed quid est ipm aliud? Quicqđ amaueris: aut hoc est qō tu: aut inferiꝰ te est: aut superiꝰ te est. Si inferiꝰ te est qō amas: ad cōsolādū ama: ad tractādū ama: ad vtēdū ama: nō ad illigādū. Verbi gra: aurū amas: noli te illigare auro: quāto melior es ḡ aur. Aurū eñ terra ē fulgēs: tu aūt vt illumineris a
Gen. 1. deo: ad imaginē dei factus es. Luz fit aurū creatura dei: non tū fecit deus aurū ad imaginem suam sed te. Ergo posuit sub te aurum. Amor ergo iste cōtemnendus est. Ad vsum assumēda sūt ista: nō eis vinculo amoris ālī glutino hęrendū est. Non facias tibi mēbra quę cū ceperint ptecidi: dolebis atq; cruciaris. Quid ergo? Assurge ab isto amo- D
re quo amas inferiora ḡ tu es: incipe amare

parla: id est qđ tu es. Sz quid multis opus est? Si voluerio breuiť poterio. Quo ordine aũt verũ amorẽ ꝛ verã charitatẽ habere possimus: ipse dño dixit nobis in euãgelio euidenter ostendeno. Sic eñ ait: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: ꝛ ex tota alia tua: ꝛ ex omib⁹ viribus tuis: et ꝓximũ tuũ sicut teipsum. Primũ ego dilige deũ: deinde teipsum: post hẽc dilige ꝓximũ tuum sicut teipm. Prius tñ disce amare teipsum: sic dilige ꝓximũ tuũ sicut teipsum. Nã si teipsum nõ nosti amare: quõ ꝓximũ poteris in veritate diligere? Putãt eñ nõnulli homines legitimo ordine se amare: quãdo reos alienas rapiunt: quãdo se inebriãt: quãdo libidini seruiũt: quãdo ꝑ diuersas calũnias iniusta lucra cõquirũt. Isti tales audiant scripturã dicentẽ: Qui diligit iniquitatẽ odit aiam suã. Si ḡ amãdo iniquitatẽ: teipsum nõ solum nõ diligis: sed etiã odio habes: quomõ aut deum aut ꝓximũ diligere poteris? Si ḡ vis verã charitatis ordinẽ custodire: fac iustitiã: dilige misericordiã: fuge luxuriã: incipe secũdũ ꝓceptũ domini: nõ soluz amicos sed etiã inimicos diligere. Et cum hẽc fideliter custodire toto corde cõtẽderis: istis virtutibus quasi quibusdaz gradibus poteris ascẽdere: vt merearis deum toto aio ꝛ tota virtute diligere. Et cũ ad istã sc̃licẽ ꝓfectionem veneris: oẽs cẽ cupiscentias istius mũdi tanq̃ stercora cõputabis. Et cum ꝓpheta dicere: Mihi autẽ adhẽrere deo bonum est.

De eo qđ dominꝰ dixit in euãgelio: Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsũ Homelia XXXVIII

IN nõ solum in nouo sed etiã in veteri testamẽto admonemur fratres charissimi: qualiter ꝓfectam charitatem tenere debeamus. Sic enim ipse dominꝰ in euãgelio dixit: Diliges proximũ tuum tanq̃ teipsum. Tractemus ergo aliquãtum de amore homis in hominẽ: quia sunt amores hominũ pessimi. Ipse puer se amat alterũ: q ꝛ se puer se amat: Qui autẽ recte se amat: et alterũ recte amat. Verbi gratia: Sũt amores flagitiosi detestabiles: Amores adulterozuz: amores corruptoꝝ: immũdi amores. Malos amores detestant omnes leges humanę: ꝛ leges diuinę. Remoue ḡ istos illicitos: quęrã⁹ licitos. Incipit amor licitus a coniugio: sed adhuc carnalis est. Videtis quia cõmunis est cũ pecoribꝰ: ꝛ passeres illi qui ꝑsonant habent ꝓgia: ꝛ nidos faciũt: simul ouа cõfouent: simul pullos nutriunt. Licitus quidẽ amor iste in hominibus: sed videtis quia carnalis est. Secũdus amor filioꝝ est: sed adhuc ꝛ ipe carnalis est. Nõ eñ est laudandus qui amat filios: sed detestandus qui non amat. Pro magno enim laudaturus sum in homĩe: quod video in tigride? Serpẽtes amãt filios suos: leones ꝛ lupi amãt filios suos. Noli ergo magnũ putare ꝙ amas filios tuos: Adhuc in amore hoc serpentibus cõpararis. Si non amaueris: a serpẽtibus vinceris. Honestos amores tam dico. Illos enim flagitiosos excludi. Alius amor qui est ꝓpinquorũ: iam iste videt ꝓprius hominũ: si nõ sit cõsuetudinis. Iam maior est amor qui extẽdit vltra ꝓpinquos ẽ qui tenetur inter propinquos. Qui amat ꝓpinquos suos: adhuc sanguinẽ suũ amat. Amet alios qui nõ sunt ꝓpinqui: fuscipiat pegrinum: iam multum dilatatus est amor iste. Tantũ autez crescat: vt a cõiuge ad filios: a filius ad ꝓpinquos: a ꝓpinquis ad extraneos: ab extrancis ad inimicos ꝑueniat. Sed vt ꝑueniat illuc: multos habet grad⁹. De amicitia ḡ videte quid dicã. Sunt ami B
a excepta amicitia: quę nec amicitia dicẽda est: quã facit mala cõscia. Sunt eñ homines qui pariter mala cõmittunt: ꝛ ideo videntur sibi ꝓiucti: qz ꝑdita mala ligati sũt. Excepta illa nefaria amicitia: est quędã amicitia adhuc carnalis ꝑ consuetudinẽ cohabitandi: colloquẽdi: simul cõuersandi: vt contristet homo quãdo deserit ab amico cũ quo solet colloqui ꝛ habere cõiunctiones. Conueniũt duo homines: ambulant secũ triduo: ꝛ iam nolunt a se recedere. Et ista quędam amicitię dulcedo ẽ. Honesta quidẽ: sed adhuc discutiamus illam: quia gradus amoris huius quęrimus: ꝛ videam⁹ quo aduscq̃ ꝑuenerim⁹ vscq̃ ad amicitiã talem qualẽ dixi. Est ḡ ista amicitia cõsuetudinis non rationis. Habent illã ꝛ pecora. Duo equi mãducant simul: desiderant se ad aliã diem: ꝓcedit vnus: festinat alter: desiderans quasi amicũ suum: vix regit a sessore: ꝛ tãdiu se impetu suo prouocat quousq̃ ꝑueniat. Cumq̃ ꝑuenerit ad euz qui ꝓcessit: sedatur pondus illud: ferebatur ponderc: amore vigebat: venit tanq̃ ad locũ suũ ꝛ cõquieuit. Adhuc ꝛ ista amicitia cõsuetudinis est in pecoribus. Surga-

mus adhuc t ab ista. Est t alia sapiot amicitia: nō cōsuetudinis ꝙ rationis: qua diligim⁹ hominē ꝓpter fidē t mutuā benuolentiā in ista vita mortali. At sapius quicqd iā inuenerim⁹ diuinū est: Incipiat hō amare deū: t
L nō amabit in homie nisi deū. Videat enim charitas vestra primū amicitię amor qualiter debeat esse gratuitus. Non enī ꝓpterea debes habere amicū vt amare vt aliqd tibi ꝓstet. Si ꝓpterea illū amas vt ꝓstet tibi vel pecuniā vel aliqd cōmodū tēporale: nō illū amas sed illud qd ꝓstat. Amic⁹ gratis amādus est: ꝓpter sese nō ꝓpter aliud. Si hominem te hostā amicitię regula vt gratis diligas: ꝗ gratis amādus ē deus qui iubet vt hominē diligas? Nihil delectabilius deo. Nā in homie sunt ꝙ offendant: p amicitiā tñ cogio te vt etiaz illa ꝙ offendūt in homie toleres ꝓpter amicitiā. Si ergo nō debes ꝓpter quędā tolerāda dissoluere homis amicitiā: des amicitia ꝗbus reb⁹ debet cogi vt dissoluatur a te? Nihil inuenis delectabil⁹ deo. Deus nō ē qui te offendat: si tu eū nō offendas: nihil illo pulchrius: nihil illo dulcius. Sed dicitur⁹ eo mihi: Nō illū video quomō sū amatur⁹ quē nō video? Et quō dicis amare quē nō video? Adō ostēdo vnde coneris videre: qō istis oculis nō potes videre. Ecce amas amicum: quid in illo amas? Gratis eū amas. Sed forte amicus iste tuus vt alia omittā: senex homo est. Fieri enīz potest vt habeas amicū senē. Quid amas i sene? Incurruū corpus: albū caput: rugas in fronte: cōtractā marillā. Si corpus qd video: nihil deformius ꝓ senectute: et tñ aliqd amas: et corpus qd vides nō amas: quia deforme ē: vnde video qd amas? Si etiā querā a te ārē amas: respōdur⁹ eo mihi: hō est fidelis. Ergo fidem amas. Si fidē amas: ꝗbus oculis videt fides: ipsis oculis videt deus. Incipe ꝙ deū amare: t amabis hominē ꝓpter deum.
D Audite magnū testimoniū. Diabolus certe
Apoc.12. accusator sanctoꝝ est. Et quia nō apud talē iudicē cogit quē fallat: nō pōt i nos crimina falsa dicere. Novit apud quez dicat. Quia ergo falsa cōtra nos nō potest dicere: quęrit vera ꝙ dicat. Ideo tēptat vt habeat qd dicat. Hic ergo aduersarius noster ꝙ nobis inuidet regnū ęlestū: qui nō vult vt ibi simus
Job.1. vnde ipse deiect⁹ ē: Nūqd inquit iob gratis colit deū? Adhuc ad hoc ꝓuocamur ab aduersario: vt gratis deū colamus: quādo ille quęrēs qd obiciat: ꝓ magno se putauit inuenisse qz dixit: Nūqd gratis iob colit deū? Nō quia viderat eor ipsius: sed qz videbat diuitias eius. Lauere debem⁹: ne ad ꝓmiū diligam⁹ deū. Quid est? Ꝓpter ꝓmiū dilectur⁹ eo deus? Quale ꝓmiū est qd ubi daturus est de⁹? Quicqd tibi aliud dederis minus est ꝙ ipse. Colio nō gratis: vt aliqd ab ipso accipias. Gratis cole: t ipsuz accipies. Si etiā seruat tibi de⁹ quo fruaris: t si amas quę fecit: qualis est ille ꝗ fecit? Si pulcher ē mūdus: qualis artifex mundi? Euelle ergo cor tuū ab amore creaturę: vt inhęreas creatori: t dicas qd in psalmo scriptū est: Mihi
Ps.72. aūt adhęrere deo bonū est. Si autē deserto
E eū qui te fecit: t amas illa quę fecit: deserto illo ꝗ te fecit adulter eo. Sic clamat epistola
Jacobi.4. iacobi: adulteros apellans: Adulteri. Et vñ adulteri? Quęris vnde? Resciat ingr: qz amicitia hui⁹ mūdi inimica est deo? Quicūq ꝙ voluerit amicus esse sęculi hui⁹: inimic⁹ dei
1.Petri.2. ꝓstituit. Expōserat qd dixerat adulter. Anima deserto creatore amans creaturā adultera est. Illi⁹ enī amore nihil casti⁹: nihil delectabili⁹. Illo deserto hoc amplectēdo: efficieris imūda. O aia vt illi⁹ amplexib⁹ digna sio: dimitte illa: t illi inhęre gratis. Nā inde dicit psalmus: Mihi aūt adhęrere deo bonū est. Versū patet sic dicit: Perdidisti omnes ꝙ fornicant abo te. Et ꝙ ostēderet quę sit fornicatio: subiecit: Mihi autē adhęrere deo bonū est: nihil aliud volo ꝓ ipsum. Adhęrere illi hoc est bonū meum: hoc est gratuitū bonū meū. Ideo t gratia dicit qz gratis cōstat. Cū ergo cęperis amare gratis: scias est: qz amicū gratis amas: t ad hoc eum amas vt tecum amet deum. Attendite enim ipsam amicitiā: vulgare mūdo cępim⁹ per quam gradus fecimus. Attendite illā.
F Amat maritus vxorē: et vxor maritū. Sine dubio t ille illaz: t illa illū saluū vult. Vult illum habere incolumem: vult illum habere fęlicē. Ad B amat qz ipsa vult: qō sibi vult: t illi B vult. Amat filios: qs nō vult habere nisi filios suos? Amat amicū: qs nō nisi incolumē hē vult: adeo vt si forte ꝓtingat illi aliqd: cōtremiscat: ꝓtristat: cōturbat: curritur accedit: eū accesserit plāgit? Quid ꝗ vult saluū hē? Si ꝙ ois qui amat saluū vult hē qō amat: si intelligat ꝙ sit vera sal⁹ incipit illaz amare in se: t ipaz cogit verā amare t sī amico. Si oculis carnis ꝙris deū: vide tres pueros de igne liberatos. Si fide quęris deū:
Daniel.3. vide machabęos in igne coronatos. Solus
2.Machab.7.

ℭ Sancti

ergo ista amanda est: ista vtenda. Hec etiã ad vsum necessaria est: nam trãsitura est. Non est vera salus est fratres quã dicunt medici ęgrotamur quodãmodo. Naz ęgritudo ꝓpetua est: in ista fragilitate carnis. Putatis enim tũc hominẽ ęgrotare quãdo febricitat: ↄ sanum esse quãdo esurit? Sanus est dicit. Hic videre quãtũ malũ est esurire? Dimittẽ illũ sine medicamẽto septẽ dieb⁹: occidit. Sed quia potus quotidie medicamentum viuit. Medicamentũ autẽ famis cibus est: medicamentũ sitis potus est: medicamentum lassitudinis somnus est: medicamentũ sessionis deambulatio est: medicamẽtũ deambulatiõis sessio est: medicamentũ fatigationis dormitio est: medicamẽtũ dormitionis vigilatio ẽ. Et vide q̃ imbecille sit corp⁹ humanũ: hoc ipsum adiutoriũ qõ dixi q̃ assumit: si i eo ꝓseuerauerit deficit. Esurientẽ: cibi quęrebas adiutoriũ. Ecce adest adiutoriũ cibi: Manducas: reficeris. Si plus feceris plus deficies. Adiutoriũ sitis quęrebas potũ. Multũ bibendo offocaris: qui striendo vigebaris. Lassasti ambulando: sedere vis: Sede ꝑpetuo: vide si nõ lassabis. Quicquid ergo assumpserit vt aliud pellat: in eo ipso si ꝓseuerauerit deficit. Qualis est ergo ista salus fratres: transitura: fragilis: pitura: vana: vere quomõ dictuz est: Quę em est vita vestra? Vapor est ad modicũ parens. Qui ergo i vita ista amat animam suam: perdet eam. Qui autem in hoc ſculo odio habuerit animam suam: in vitam ęternã custodit eam. Quę est vita ęterna? Vera salus. Et si amicum tuum videris quez amabas in hoc ſculo vt saluus esset quia tu talem salutem desideras q̃ ęterna est: ad ipsam salutẽ diligis amicum tuum: et totum est quicqd vis amico tuo ꝓstare: vt illam tecum teneat salutem. Amas enim iusticiam: vis illum esse iustũ. Amas sub deo esse: vis et illũ esse sub deo. Amas vitam ęternã: illuc eum vis tecum regnare in ęternũ. Inimicũ tuũ videos persequi te: iniquitas est quę te ꝓsequitur. In illo irasci debes misericordia: febuit in anima. Quomodo ergo amicus bur⁹ ſculi secundũ ſculum amans animam suam: febrem vult pellere de amico suo quez similit amat vt se ꝓpter ꝓsẽtem salutem: sic tu quemcumqz diligis ꝓpter vitam ęternaz dilige. Cum inueneris iram: indignationẽ: odium: iniquitatẽ: sic conetis expellere morbum animi: quomodo amic⁹ ſculi morbũ

Jacobi. 4.

Joũ. 12.

ℭ Augustini

corpꝝ. Ad hoc enim ama vt facias quod a tu eo: ↄ erit in te ꝓfecta charitas. Hoc si inueneris: ad hoc ama cõiugem: ad hoc ama filiũ: ad hoc ama ꝓpinquũ: vicinum: ignotũ: inimicũ: ↄ erit in te ꝓfecta charitas. Quę si fuerit: vincis mundum ↄ pellis foras princeps mundi. Audistis enim qõ ait dom⁹: Princeps huius mũdi mitt⁹ est foras. Quia ipse passur⁹ erat: ↄ per passionẽ suam facturus in hominib⁹ dilectionẽ. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet: q̃ vt animam suam ponat quis ꝓ amicis suis. Vt ergo amaretur ꝓior amauit: vt in nomine eius nemo mori timeret: ꝓior ꝓ omnib⁹ mortuus ẽ. Ad hoc q̃ vt ędificaret in cordibus hominũ charitatẽ: misit diabolũ foras. Quo foras? De cordib⁹ hominũ. Cupiditas intromittit illũ: charitas eũ foras mittit. Nos vero fratres suꝑscriptos charitatis gradus cũ grãdi diligẽtia cogitantes: non reddam⁹ domino ꝓ bonis mala. Et quia ille veniẽs alligauit fortez: id est diabolũ: et nos omnes qui vasa eius fuim⁹ de potestate illius abstulit: ꝑ gratiam ipsius euacuati omnib⁹ malis: studeamus repleri abundãtibus bonis: timẽres illud qõ ipse dom⁹ dixit: Cum immundus spirit⁹ exierit ab homine ambulat ꝑ loca arida: querẽs requiem ↄ nõ inueniet. Post hęc reuertus inueniens domum vnde exiuit vacuam: ꝙ addurit secũ septem spirit⁹ nequiores se: ↄ facta sũt hominis illi⁹ posteriora peiora priorib⁹. Ne ergo ↄ nos tale aliquid patiamur: quãtũ possum⁹ elaborem⁹ i locis vitioz virtutes inducere: vt possim⁹ ad dei misericordiã puenire.

Matth. 12.

ℭ De eo qõ ꝓpheta dicit i psalmo: Beatus qui intelligit sup egenũ et pauperẽ: in die mala liberabit eum dominus: Homelia ℭ xxxix

Pũ. 40.

Felix oparius cultor: elemosynaz eo q̃ ęre suo cõparauerit ęlũz: ↄ dans panẽ esurientib⁹: delictoz suoz ꝓpitiũ fecit incẽdiũ. Cui ꝓpba tale exhibet testimoniũ: et patronũ habet spũsanctũ. In tali causa oparius ſcis vivit: ↄ securꝰ iã mortẽ: cũ quo ambulat patrimoniũ in imortale horreũ: in quo debitorẽ fecit dñm: dũ pascit alterꝝ dando. Si accepit i se modicũ panis in pera: cõparauit in se vitam ęternam: se faciens hęredem in die iudicij. Nullam poterit incurrere pernicie: qui comparauerit elemosynis pietatẽ. Cui ꝓpba tale exhibet testimoniũ:

Salua eum et viuificā eum dñe. O duplex ppheteq̄ beneficiū. Saluat pariter: t cōmendat pariē vt saluet: q; t ipe saluauit vt viuificaret: t ipse vitā poscenti donauit t terra. Beatus est iste dñ vsq; sic currit in cēlū. Si ne aliqs vacet in illo vitę beneficiū: festinet ad pmiū: magnū dimittat in sęculo testimoniū. Qua de re dicit: Beatus qui intelligit sup egenū t pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Et iterū Ysaias oiat t sic testat: Ysa.58. Solue inch omnē nodum iniusticię. Solue suffocatiōes impotentiū cōmertiorū: dimitte quassatos in requiē: t omnē plummationē iniustā dissipa. Frāge esurienti panē tuū: t egenum sine tecto induc in domuz tuam. Si videris nudum vesti: t domesticos seminis tui ne despicias. Tūc erumpet temporaneū lumen tuū: t sanitas tua citius oriet: t pcedet ante te iusticia: t claritas dei circūdabit te. Tunc exclamabis et dño exaudiet te: dū adhuc loq̄ris dicit: Ecce assum. Perfecta est ergo misericordia fratres charissimi: vt ante occurrat esurienti alius q̄ roget mēdicus. Hō enī est pfecta misericordia q̄ precibus extoquet. Sed si tacet mēdicus: loq̄tur pallor in facie: pene lassus: fessus est cēliq; suspectus. Festina pietas succurrere ne audias rogantē: ne qđ debeat dño vendices tibi. Imitare deū tuū: qui solem suū oriri facit sup bonos t malos: t pluit sup iustos et iniustos. Et ecce veniet tibi pluuia anteq̄ roges: descendet vbertas nocte dū stertis: dum adhuc in lecto es ex pcepto vigilat dies: excubant elementa: fructus te nesciente effundunt. Parat cēlū t parturit terra: tot cellaria messium dū nescimus sic accipim⁹: t tantas opes comedim⁹ anteq̄ rogemus. Et tu homo modicus es ipse panis t precibus vendis? Hō rogauerūt quattuor milia iesum t deserto septē panes t paucos pisces vt infinita agmina pāscerent: quo prandio viciasset saltē vsura mensarū. Qui cum erogasset: Colligite inquit fragmēta ne qđ depereat: quia sanctū fuerat totum quod ipse cōfecerat. Redigunt septem sportę buccellarū: saturata sūt tanta milia t nihil minoratū est. Et creuit eis cibus dum impendit victus: sic t elemosyna si indigētib⁹ erogef. ℭ Magnū opus est elemosyna fratres charissimi vt faciat homo qđ fecit deus: quia bos paucos esurientes in terra dimisit: qui vno vasculo orbē cēli pascit: q̄ nobis lucrat erogare. Si si vbiq; fuisset abūdans: pertulerat misericordia: dedit nobis deus secundū baptismū. Quis enī sine peccato? Nā sicut aqua extinguit ignē: sic et elemosyna extinguit peccatuz. In horreis nostris habeam⁹ abundantiā quę flāmas nostras oblatione vnius panis extinguat: t ante foreo gehennę stat misericordia: t neminē gmittit in carcerem mitti. Et quicūq; misertus fuerit: miserebit ei: t si qs nō fuerit misertus nō miserebit ei. Da panē cum potes: q; nemo esurit et in inferno: nec habebis post mortē frumentū: nec inuenies illic aliquādo mendicū: da non erit tempus miserēdi. Bonorū enī malorūq; discretio t in suis actibus permanebunt. Ipo christo dño nostro rege ac iudice secernente agnos ab hedis: dexterā ac sinistrā sequestrans: qui esurisse t sitisse se dicit: Matth.25. t cętera in suis ministris perpessum fuisse se asserit. Date ḡ omnib⁹ dilectissimi fratres: date q̄sq; ad domesticos fidei: date omnibus: ne cui nō dederitis ipse sit christus: cui vel dederitis ipse est christus.

¶De fraterna cōcordia t offensionis relaratiōe. Homelia ¶XL.

B

Deos isti sancti quos agimus in obseruatione quadrasime: cōmonent nos de fraterna cōcordia loqui vobis: vt quicūq; habet aduersus aliū querelam: finiat ne finiat. Relicta ista cōtemnere fratres mei. Tū enī vita ista mortalis t fragilis: quę inter tot terrenas cēptatiōes periclitat: et oiat ne submergat: non potest esse in quouis iusto sine qualibuscūq; peccatis: vnū est remediū per quod viuere possumus: da docuit nos magister deus dicere in oratiōe: Dimitte nobis debita nostra sicut t nos dimittimus debitoribus nostris. Pactum et placitum cum deo facimus: t cōditione soluendi debiti in cautiōe subscripsimus: Dimitte nobis: plena fiducia petimus: si t nos dimittimus. Si autem non dimittimus: dimitti nobis peccata non putemus: ne nosipsos fallamus. Homo se non fallat: deus non fallit. Humanū est irasci: t vtinam ne hoc possemus. Humanū est irasci: sed non debet tracūdia nra natos furculos diuersis suspitiōb⁹ irrigare: t ad trabē ody queuere. Aliud est enī ira: aliud odiū. Sepe etā pat irascit filio: p̄ si odit filiū: irascit vt corrigat. Matth.6.

Si ꝓpterea irascit vt corrigat: amādo irasci
Matth.7. tur. Propterea dictū ē: Festucā i oculo fra-
tris tui video: trabē aūt in oculo tuo nō vi-
deo: Culpas in alios irā: t tenes odiū in te
ipo. Jn cōparatiōe odij: ira festuca est. Sed
festucaꝫ si nutriao: trabes erit. Si cuellas t
D pucias: nihil erit. Si aduertistis: beati iohā
nis epla cū legerek: debuit nos terrere sentē
1.Joh.2. tia. Ait enī: Tenebre transierūt: lux vo iam
lucet. De inde secutus adiūrit: Qui dicit se
in lumine esse t fratrē suū odit: in tenebris ē
vsqꝫ adhuc. Sed forte tales tenebras putet
esse homo: ꝙleo patiunk in carceribus inclu
si. Etiā tales essent: tñ in talib⁹ nemo vult
esse. Jn his aūt carcerū tenebris: possūt in-
cludi t innocētes. Jn talib⁹ enī tenebris: in-
clusi sunt martyres. Tenebre circūquaqꝫ fū-
debank: t lux fulgebat in cordibus eorū. Jn
illis tenebris oculis nō videbāt: ꝙ amore fra
ternitat⁹ deū videbāt. Multis scire ꝙleo sūt
iste tenebre: de qb⁹ dictū ē: Qui odit fratrē
1.Joh.3. suum in tenebris est: Et alio loco dicit: Qui
odit fratrē suū homicida ē. Qui odit fratrē
ambulat: erit: intrat: pcedit: nullis catenis
oneratus: nullo carcere iclusus: reatu tamē
ligatus ē. Moli illū putare sine carcere esse.
De vbis dñi Carcer ei⁹ cor ei⁹ ē. Cū audio: Qui odit fra-
Ser.16. trē suū in tenebris est: ꝙsqꝫ adhuc: ne forte cō
tēnas tales tenebras: adiungit dicēs: Qui
odit fratrē suū homicida est. Odis fratrē et
securus ambulas: t cōcordare non vis: non
agnoscis ire spaciū vbi dedent deus. Ecce
iaꝫ homicida es: t adhuc viuis. Si dām ira
tum haberes: cū odio frīs subito rapereris.
Parcit tibi deus: parce tu tibi: cōcorda cuꝫ
fratre tuo: aut forte tu vis t ille nō vult. Dic
secur⁹: Dimitte nobis debita nostra: sicut
t nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄is. Forte pec-
casti in illo: vis cū illo cōcordare: vis ei dice
re: frater ignosce mihi qđ peccaui i te: ille nō
vult ignoscere: nō vult dimittere debitum.
Qđ ei debes nō vult tibi dimittere: ipse ob
seruet quādo habet orare: quādo venturus
est ꝙ tibi noluit dimittere qđ in cū forte pec-
casti: quādo ventur⁹ ē ad orationē qđ factu-
Matth.6. rus est: Dicit: Pater noster ꝙ es in cęlis. Di
cat: accedat: Sanctificet nomē tuū. Adhuc
dic: Adueniat regnū tuū. Sequere. Fiat vo
luntas tua sicut in cęlo t in terra. Adhuc am
bula: Panē nostrū quotidianū da nob⁹ ho-
die. Dixisti: qđ sequit vide: ne forte velis iā
transcēdere t aliud dare. Nō est quo transi-

re possis: ibi teneberis. Dic ergo t verū dic:
aut si nullū peccatū habes vī dicas: Dimit-
te nob⁹ debita nostra: Moli dicere. Et vbi ē
illud qđ aplus dixit: Si dixerimus qꝫ pecca
tum nō habem⁹: nos ipsos decipimus: t ve
ritas in nobis nō est: Si aūt mordet cōscīē- 1.Joh.1.
tia fragilitatio: t in ꝺ ſculo vbiqꝫ abundāt
iniq̄tates. Dic ḡ: dimitte nobis debita no-
stra. Sed qđ sequit vide. Voluisti enī dimit
tere peccatū fratri tuo: t dictur⁹ es: Sicut t
nos dimittimus debitorib⁹ nostris. An nō
es dicturus? Si nō es dicturus: nihil es ac-
ceptur⁹: si falsū es dicturus. Ergo dic t ve
rum dic. Quō dictur⁹ es verū: qꝫ fratri tuo
noluisti laxare peccatū? Illū admonui: mo L
do cōsulo. O quisq̄s es si tamē es: qꝫ dixisti
fratri tuo: Dimitte mihi qđ i te peccaui. Si
dixisti ex toto corde tuo: si vera humilitate
nō ficta charitate: quō deus videt in corde:
vī dixisti: sed ille noluit tibi dimittere: noli
esse sollicit⁹: Serui estis ambo: habetis do-
minū: cōseruo tuo debes. Voluit tibi dimit
tere: interpella dñm amborū. Qđ tibi dimi
serit dñs: si potest exigat seru⁹. Dico aliud.
Admonui ḡ eū quia noluit dimittere fratri
suo cū petat ille dimitti sibi t faciat qđ nole
bat: ne qđ orat non accipiat qđ desiderat.
Admonui et illū qꝫ petuit venīā peccati sui
a fratre suo t nō accepit: vt i eo qđ nō impe-
trauit a fratre suo: securꝰ sit de dño suo. Est
t illud qđ moneā. Peccauit i te frater tu⁹: et
noluit tibi dicere: Dimitte mihi qđ peccaui
i te. Si abundāt vba ista: vtinā deus eradi-
cet illa de agro suo: hoc est de cordib⁹ vr̄is.
Et multi enīꝫ qꝫ sciunt se peccasse in fratri-
bus suis: t nolūt dicere: dimitte mihi. Non
erubuerūt peccare: et erubescūt rogare. Nō
erubuerūt de iniquitate: t erubescūt de hu-
militate. Ipsos ergo i pmis admoneo qui-
cunqꝫ habetis discordiā cū frībus vr̄is t re-
uocatis ad vos t ꝓsideratis vos: t iustū iu-
diciū fertis in vobis: intus in cordib⁹ vr̄is: t
inuenietis vos nō debuisse facere qđ fecistis:
nō debuistis dicere qđ dixistis. Petite ve-
nam frēs a fratrib⁹ vr̄is: facite fratrib⁹ qđ ait
aplus: Donātes vobisipsis sicut t deus in Eph.4.
christo donauit vob: facite: nolite erubesce-
re venīā petere. Proinde omnib⁹ dico viris
t fęminis: minorib⁹ t maioribus: laicis t cle
ricis: Dico t mihi ipsi. Omnes audiam⁹: oēs
timeamus: si peccauim⁹ in frēs nostros. Si
adhuc idiotas viuēdi accepim⁹: nō ideo mo-

rimur. Adhuc em̄ viuim⁹: nondū damnati
sumus. Dū viuimus faciamus qđ iubet pa
ter qui erit deus iudex omniū: vt petamus
veniā a fratribus quos forte peccādo in eos
D aliquid offendimus: aliquid lęsimus. Sunt
plerę humiles p ordinē lęculi hui⁹ a quibus
si petamus veniā extollunt in superbiā: hoc ē
qđ dico: aliquādo dominꝰ peccat in seruum
suū: q̄ si ille dño est: ille seruus: ambo tamē
alieni serui sunt: q̄ ambo christi sanguine re
dēpti sūt. Tamē durū videt vt etiaz iubeā:
hoc pręcipiā: vt si forte dominus homo pec
cat in seruū suum insuste litigando: iniuste
cędendo: dicat ille: Ignosce mihi: da mihi
veniam. Non dā nō debet facere: sed ne ille
incipiat superbire: pęniteat eum. Quid ergo?
Ante oculos dei pęniteat eum: ante oculos
dei puniat eos suū: t si nō potest dicere seruo
suo: q̄ nō oportet: da mihi veniam: blande
illuz alloquar. Blanda em̄ appellatio venię
est postulatio. Restat vt eos alloquar in q̄s
alij peccauerūt: t illi qui i quos peccauerūt:
veniam petere noluerūt. Illos em̄ tam sum
allocutus: qui petentibus veniā fratribus
dare noluerūt. Huc ergo alloquor vos om
nes: ne discordię vestrę remanēt: quoniam
dies sancti sunt. Credo quia cogitatis ali
quid in cordibus vestris: qui scitis vos cum
fratrib⁹ vestris aliquas habere discordias:
t inuenisti⁹ qđ nō ipsi vos in eos peccaueri
tis: sed ipsi in vos. Et si nō modo mihi loq̄
mini: quia meū est loqui in hoc loco: vestrū
autē tacere t audire: tamē forte cogitādo lo
quimini: t dicitis vobis: Volo concordare:
Sed ille me lęsit: ille i me peccauit: t nō vult
veniā postulare: quid ergo dicturꝰ sum? Va
de ad illū t tu pete veniā: Absit. Nolo men
tiario. Nolo dicas: Da mihi veniā: q̄ te no
sti nō peccasse in fratrē tuū. Quid em̄ pdest
tibi cum tu fueris tuus accusator? Quid ex
pectis tibi ignosci: ab eo qđ nō lęsisti: aut in
quo nō peccasti? Nihil tibi pdest: nolo fa
cias: nosti bene: discussisti: scisti: q̄ in te pec
cauit: nō tu in illū. Scito inquā in tua scien
tia: sit tua scientia: noli venire ad fratrē tuū
q̄ in te peccauit: t vltro ab illo petere veniā.
Debēt int̄ vos esse alij pacifici q̄ illū obiur
gēt: vt a te pius veniā petat: tu tantū patus
esto ignoscere: pot patꝰ esto ex toto corde di
mittere. Si patꝰ es dimittē: tā dimisisti: ba
bes adhuc qđ otes. Ora p illo vt petat a te
veniā: q̄ scis ei nocere si non petat. Ora pro
illo vt petat: dic domino i oratiōe tua: Dñe E
scis me non peccasse in illum fratrē meū: sed
illum potius peccasse in me: et obesse illi qđ
peccauit in me si veniā non petat a me: Ego
bono animo peto vt ignoscas ei. Ecce dixi
vobis quod maxime per istos dies ieiunio
rum vestrorū: obseruationū quoq; vestrarū
cōtinentię vestrę mecum agere debeatis: vt
cum fratribus vestris concordetis. Gaudeā
t ego de pace vestra qui cōtristor: latibus ve
stris: vt omnes donantes vobis̄ mp̄lis si
quis habet aduersus aliquez querelā securi
agamus pascha: securi celebremus eius pas
sionem qui nihil cuiq; debebat: et pretium
quod pro debentibus soluit dominus iesus
christus: dico qui in neminē peccauit: t pro
pe in illū omnis mūdus peccauit: nec exigit
supplicia: sed ,pmisit pręmia. Habetis ipsum
testem in cordibus vestris: quia si in aliquē
peccauim⁹: vere corde veniā postulemus: si
aliquis in nos peccauit: veniaz dare parati
simus: t pro inimicis nostris oremus: nō ex
pectemus vindictam fratres. Quid est vindi
cari: nisi malo alieno pasci? Scito quotidie
venire dominē: genua figere: fronte terram
cōcutere: aliquando vultum suū lachrymis
rigare: t in illa tanta būilitate ac perturbati
one dicit: Domine vindica me: occide inimi
cū meū. Plane ora vt occidat inimicū tuū:
et saluet fratrē tuum. Occidat inimicitias:
saluet naturaz. Sic ora vt vindicet te deus:
pereat qui te pśequebat: sed maneat qui ti
bi reddatur.

¶ De vere pęnitentib⁹: Homelia XLI

A We pe. dil. 3. penitentes. 4. ter. dis. 15. sanla

Pęnitentes: pęnitēte: pęnitentes: si
tamē estis pęnitētes et nō estis iti
dēres: mutate vitā: recōciliami deo
t vos cū catena pascetis. Qua inquis cate
na? Quę ligaueris in terra: erunt ligata t in
cęlo. Audis ligaturā: t deo putas facere im
posturam? Pęnitentiaz agis: genua figis t
rides t subsannas patientiā dei. Si pęnitēs
es pęnitet te: si si pęnitet: pęnitēs nō es. Si
ergo pęnitet: cur facis qđ male fecisti? Si fe
cisse pęnitet: noli facere. Si adhuc facis: cer
te nō es pęnitēs. Equidē charissimi ęgrotāt
boles: mittūt ad ecclīā: vt ponant ad ecclīā
t baptizent̄ t renouent̄: t ęsiceo hinc erūt.
Sz nō ipa ē ei pęnitētię. Qui nōdū accepit
baptismū: nōdum violauit sacramētū: Qui

aūt violauit sacramentū male ꝛ pdite viuē-
1.Cor.11. do: ꝛ ideo remotus est ab altari: ne iudiciū
sibi māducet ꝛ bibat: matet vitā: corrigat se
ꝛ recōcilief. Cū vnit: dū sanus est: expectet
etiā tūc recōciliari quādo incipit mori: Ex-
perti sumus multos expirasse: expectantes
recōciliari. Deinde etiā dico in cōspectu dei
timoꝛi vestro: timorē meū. Qui aūt nō ti-
met: timentem me cōtemnet: sed malo suo.
℣ Audi ergo. Certus sum qꝛ homo baptizat⁹
si vitam nō audeo dicere sine peccato: quis
eñ sine peccato: ꝑ vitā sine crimine duxerit:
ꝛ alia peccata habuerit ꝙ quotidie dimittū-
Matth.6. tur in oratiōe dicēti: Dimitte nobis debita
nostra: sicut ꝛ nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ no-
stris: quādo diem finierit: vitā non finit: sed
• transit de vita in vitā: de laboꝛiosa ad quie-
tam: de misera ad beatā: siue ista volūtate
sua currat ad baptismū: siue piculo ꝓsiturꝰ
baptizef ꝛ exeat de hac vita: ad deū vadit:
ad requiē vadit. Baptizatus aūt deseꝛtoꝛ ꝛ
violatoꝛ tāti mysteꝛij: si agat pēnitentiā ex
toto coꝛde: si agat pēnitētiā vbi deus videt
qui vidit coꝛ dauid: qñ increpatꝰ est a ꝓpha
ꝛ gauit increpatꝰ post cōminatiōem dei terri-
2.Reg.12. bilis: exclamauit dicēs: Peccaui: ꝛ mox au-
diuit: Dñs ablulit peccatū tuū. Tantū va-
let treo ſyllabę. Tres ſyllabę sunt: peccaui:
sed in his tribus ſyllabis: flāma sacrificij co-
De pe. dis. 3. q̄ egerit. ram dño ascendit in cēlū. Ergo q̄ egerit ve-
raciteꝛ pēnitentiā: ꝛ solutus fuerit a ligamē-
to quo erat obstrictus: ꝛ a christi coꝛpoꝛe se-
paratus: et dū post pēnitentiā viꝛerit: sicut
ante pēnitentiā viuere debuit: post recōcili-
ationē quādocūq; defunctꝰ fuerit: ad deum
℔ vadit: ad requiē vadit: regno dei ñ ꝓuabit:
De pe. dis. 3. siquis. a populo diaboli separabit. Si ḡo aūt posi
tus i vltima necessitate ęgritudinis suę: vo-
luerit accipe pēnitentiā ꝛ accepit: ꝛ moꝛ recō
ciliabit: et hinc vadit: fateoꝛ vobis non illi
negamus qō petit: sed nō ꝓsumim⁹ qꝛ bene
hinc exit. Nō ꝓsumo: non vos fallo: nō ꝓ-
sumo: Fidelis bene viuens: securus hinc exit.
Baptizatus ad dnī: securꝰ hinc exit. Agēs
pēnitentiā ꝛ reconciliatus cum sanus est et
postea bene viuens: securꝰ hinc exit. Agens
pēnitentiā ad vltimū ꝛ recōciliatus: si secu-
rus hinc exit ego nō sum securus. Vnde se-
curus sum dico: ꝛ do securitatem: vnde non
sum securus: pēnitentiā dare possum: securi
tatē dare nō possum. Sed dicat aliqs: bone
sacerdos tu nescire ꝛ nullā securitatē nobis
dare posse dicis: si ille saluatur ꝛ christū adi-
re merek cui morienti pēnitētia dak: qui duꝫ
vixit dū sanus fuit impēnitēs fuit: Instrue
ergo nos rogo quō dū viuere post pēnitētiā
debeam⁹. Dico abstinete vos ab ebrietate:
a cōcupiscētia: a furto: et maliloqo: ab imo-
derato risu: a verbo otioso vnde reddituri
sunt homines rationē in die iudicij. Ecce q̄s
leuia dixi. Ora tñ grauia ꝛ pestifera. Et aliō
dico: Nō solū post pēnitentiā ab illis vitijs
se homo fuare debet: ꝑ et ante pēnitētia dū
sanus est: qꝛ si ad vltimū vitę steterit: nescit
si ipsam pēnitētiā accipe ac deo ꝛ sacerdoti
peccata sua cōfiteri poterit. Ecce quare dixi
qꝛ ꝛ ante pēnitentiā dū viuendū est: et post
pēnitentiā vicl⁹. Nō dico attēdite. Debeo ℣
illud plan⁹ exponere: ne me aliqs male in-
telleꝛisse intelligat. Nūquid dico dānabit:
Nō dico. Sed dico etiā liberabit: Non. Et
quid dicis mihi: Nescio: Nō ꝓsumo: nō ꝓ-
mitto: nescio. Vis te de dubio liberare: vis
qō incertū est euadere: Age pēnitentiā duꝫ
sanus es. Si eñ agis verā pēnitentiā dū sa
nus es: et inuenerit te nouissimus dies: cur-
re vt recōcilier: si sic agis securus es. Quare
securꝰ es: Quia egisti pēnitentiā eo tpe q̄
ꝛ peccare potuisti. Si aūt vis agere pēnitē-
tiā ipsam tūc quādo peccare nō potes: pec-
cata te dimiserūt: nō tu illa. Sz vñ scis inqs
ne forte de⁹ dimittat mihi: Verū dicl. Vis:
Nescio. Illud scio: hoc nescio. Nā ideo tibi
do pēnitentiā: qꝛ nescio. Maꝫ si scirē tibi nī-
hil ꝓdesse: nō tibi darem. Itē si scirem non
tibi ꝓodesse non te admonerem: non te ter-
rerem. Duę res sūt: aut ignoscatur tibi: aut
nō ignoscit. Quid boꝫ tibi futuꝫ sit nescio.
Ergo tene certū: dimitte incertū.

¶ De cōmendatiōe oratiōis dñicę ꝛ eius expositiōe: Homelia ¶ XLII

℣mbolū reddidistis: quo breuit cō- ℣
pbensa cōtinek fides. Jam vt antea
diꝛi vobis quod ait aplus paulus:
Quō inuocabūt in quem non crediderunt: Ro.10
Quia ergo quomō credak in deum ꝛ accepi
stis ꝛ tenuistis ꝛ credidistis: accipite hodie
quomodo inuocatur deus. Ipse filius sicut
audistis cum euangeliū legeret docuit disci
pulos suos ꝛ fideles hanc oratione3. Spem
habemus obtinendę causę nostrę: quando
talis iurisperit⁹ nobis preces dictauit: sicut
confessi estis: qui sedet ad dextram patris:

ipse est aduocatus noster: qui venturus est iudex noster. Inde enim venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Tenete ergo et hanc orationē quaꝫ reddituri estis ad octo dies. Quicūq; autē vestrū nō bene symbolū reddiderit: habent spaciū: teneant: qz die sabbati audiētibus omnib⁹ q̄ aderūt reddituri estis die sabbati nouissimo: quo die baptizandi estis. Ad octo autē dies ab hodierno die reddituri estis hanc orationē quā hodie
Matth. 6. accepistis. Cui⁹ caput est: Pater noster q̄ es
De verbis dñi Ser. 28. in cęlis. Inuenim⁹ patrez in cęlis: attendamus quēadmodū viuam⁹ in terris. Sic enī debet viuere qui inuenit talē patrem: vt dignus sit venire ad eius hęreditatē. Dicim⁹ autem cōmuniter: Pater noster. Quāta dignatio: hoc dicit imperator: hoc dicit mēdic⁹: hoc dicit seruus: hoc dicit dñs eius. Simul dicāt: Pater noster q̄ est in cęlis. Intelligāt ergo se esse fratres: qñ vnū habent patrem. Sed nō dedignet frater habere seruū suum dñs eius: quē frater voluit habere dominꝰ
℣ christus. Sanctificet nomē tuuꝫ: Optamus: Adueniat regnū tuū. Sanctificatio nomis dei est: qua efficimur nos sancti. Raz nomē eius semp est sanctū. Optamus etiā venire regnū eius: veniet: ⁊ si nolum⁹: Sed optare ⁊ orare vt veniat regnū eius: nihil est aliud q̄ optare ab illo vt dignos nos faciat regno suo: ne forte q̄ absit veniat: ⁊ nō nobis veniat. Multus enī non est venturꝰ: q̄ tamē venturꝰ est. Eis enim venturus est: quib⁹
Matth. 25. dicit: Venite benedicti patris mei capite regnū quod vobis paratū ē ab origine mūdi. Illis nō veniet quibus dicit: Discedite a me maledicti in ignem ęternū. Cum vo dicimus: Adueniat regnū tuū: optamus vt nobis veniat. Quid ē vt nobis veniat? Vt bonos nos inueniat. Hoc ergo optamus vt bonos nos faciat. Cū enī nobis veniet regnū eius: Addimus: Fiat voluntas tua: sicut in cęlo ⁊ in terra. Seruiunt tibi angeli in cęlo: nos seruiamus tibi in terra. Nō te offendūt angeli in cęlo: non te offendamus in terra. Quō illi faciūt voluntatē tuā: sic faciamus ⁊ nos. Et hic quid optam⁹: nisi vt boni simꝰ? Quādo enim facimus volūtatem dei: nam ipse sine dubio facit suam: cū eius volūtas est i nobis. Et aliter bene intelligim⁹: Fiat volūtas tua sicut in cęlo: ita ⁊ in terra. Accipimus ꝓceptum dei: ⁊ placeat nobis: placeRo. 7. at mēti nostrę. Cōdelector enim legi dei sm interiorem hominē: tunc fit volūtas eius in cęlo. Cęlo enim comparat spiritus noster: terrę autē caro nostra. Quid est ergo: Fiat voluntas tua sicut in cęlo ita ⁊ in terra? Vt quomodo menti nostrę placet tua iussio: sic ei cōsentiat caro nostra: et rollat nra illa de medio quę describit ab apostolo: Caro enim Gal. 5. cōcupiscit aduersus spiritū: spiritus autem aduersus carnem. Quando contra carnem cōcupiscit spiritus: iam facta est volūtas ei⁹ in cęlo. Quādo contra spiritū nō cōcupiscit caro: iā facta est volūtas eius in terra. Erit hęc plena cōcordia quando ipse voluerit: fit modo pugna vt possit esse victoria. Etiā sic bene intelligi potest: Fiat volūtas tua sicut in cęlo ita in terra: vt cęlum ponam⁹ ecclesiam: quia portat deum: terram autē infideles quibus dictū ē: Terra es ⁊ in terrā ibis. Gen. 3. Quādo ꝙ oram⁹ ꝓ inimicis nostris: inimicis ecclesię: inimicis romani christiano: hoc oramus vt fiat voluntas eius sicut i cęlo ita ⁊ in terra: id est sicut in iustis fidelibus: sic et i iustis blasphematorib⁹: vt omnes cęli fiant.
Sequit: Panem nostrū quotidianū da no- ℒ bis hodie. Potest simpliciter accipi orationem istam fundere nos ꝓ victu quotidiano vt abundet nobis: ⁊ si non abundet nobis: non desit nobis. Quotidianum autem dicit: q̄diu hodie vocatur quotidie viuimus: quotidie surgimus: quotidie sanaramur: q̄tidie esurimus. Det nobis quotidianū panem: Quare nō dixit ⁊ tegumentū? Victus cū noster i cibo est ⁊ in potu: tegumentū in vestitu ⁊ tectu. Nihil bō plus desideret: Sī quidē dicit apls⁹: Nihil intulimus in hunc 1. Timoth. 6. mundū: sed nec auferre q̄d possum⁹. Victū ⁊ tegumentū habentes: his cōtenti simus. Pereat auaricia et diues ē natura. Ergo si ad quotidianū victum pinet: q̄ ⁊ hoc bene intelligit q̄ dicimus: Panem nostrū quotidianū da nobis hodie: nō miremur si nominato pane cętera necessaria intelligant. Quō? Cū ioseph inuitauit fratres suos: bo Gen. 43. minem inqt illi hodie mecū māducabūt panē? Quare panē solū māducaturi erāt? Sed a solo pane intellecta sunt cętera. Sic q̄ rogamus panē quotidianū: quicq̄ nobis ꝓpter carnē nostrā in terris necessariū est postulam⁹. Sed q̄d ait dñs ihesus? Querite primū regnū dei ⁊ iusticiā eius: ⁊ hęc oia apponent vobis: intelligit hoc etiā valde bñ: Panē nostrū q̄tidianū da nobis hodie: euacua-

ristiam mã: quotidianũ dicũ. Rogant ergo fideles quid accipiãt: et bonũ est eis accipere panẽ ꝙtidianũ huic tẽpori necessariuꝫ. Pro se rogant vt bona faciãt: vt i bonitate ⁊ fide ⁊ bona vita pseuerẽt. Hoc optãt: hoc orant: qz q̃ nõ pseuerãt i bona vita: sepabunt ab illo pane. Ergo panez nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Quid est? Sic viuamus vt ab altari tuo nõ separemur: et verbũ dei quod quotidie nobis aperit ⁊ quodãmodo frangit: panis quotidian⁹ est. Et quõ illũ panẽ venimus: ille ipsum esuriunt mentes. Et hunc ergo petimus simpliciter: ⁊ quicq̃d aliꝫ nrꝫ ⁊ carni nostrę in hac vita necessariũ est: quotidiano pane concludit. Dimitte nobis: dicimus: debita nostra: ⁊ dicam⁹ quia verũ dicimus. Quis est hic qui vult i carne: ⁊ nõ habet debita? Quis est homo sic viuens: vt ei nõ sit ista oratio necessaria? Inflare se põt: iusti ficare nõ põt. Bonũ est illi vt imitet publicanũ: nec rumescat sicut pharisęus qui ascẽdit in templũ ⁊ iactauit merita sua: tetit vulnera sua. Ille aũt sanauit quare ascẽderit qui dicebat: Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Cõsiderate fratres mei: hoc dñs ihesus christus orare docuit discipulos suos: illos magnos primos apostolos suos: arietes nros. Si ergo ꝓ peccatis suis dimittẽdis arietes orant: agni q̃d debent facere de quib⁹ dictũ est: Afferte dño filios arietũ? Hoc ergo scitis vos i symbolo reddidisse: qz inter cętera nomina auditis remissionẽ peccatoꝝ. Remissio peccatorũ vna est q̃ semel datur in sancto baptismate: alia quę q̃tidiana viuam⁹ hic dat i dñica oratione. Propter q̃ dicam⁹: Dimitte nobis debita nostra. Et induxit nobiscũ deus pactũ ⁊ placitũ: firmãq; chirographũ vt dicam⁹: Sic ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Qui vult dicere efficaciter: Dimitte nobis debita nostra: oportet q̃ dicat veraciter: Sic ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Si hoc q̃ est posset⁹: aut nõ dicit: aut falla citer dicit: illud q̃ prius est: inaniter dixit. Maxime vobis dicam⁹: Dimittite omia de cordib⁹ vestris: qui ad sanctũ baptismũ accessistis. Et vos fideles ꝙ p hãc occasionẽ audistis hãc orationẽ et nostrã expositionẽ: dimittite totum quicquid aduersus aliquem habetis in cordib⁹ vestris: ibi dimittite vbi de⁹ videt. Aliqñ enim dõ dimittit oie: ⁊ tenet i corde: Dimittit ore ppt homines: ⁊ tenet in corde. Nõ timeas oculos dei? Prorsus dimitte: qõ vsq; ad istos dies tenuistis: saltẽ his diebꝰ dimittite. Nõ debuit occidere sol super iracũdiam vestrã: et multi soles occiderũt: trãseat aliqñ iracũdia vra: dies magnus solis celebrian⁹. Illi solis de quo dicit scriptura: Oriet vobis sol iusticię: et sanitas in pẽnis eius. Quid est in pennis eius? In ꝓtectione eius. Unde in psalmo dicit: Sub vmbra alarũ tuarꝫ protege me. Aliud autẽ qz in die iudicij futuri sũt sero pœnitẽtes: et fructuose dolẽtes: q̃dicit a sapiẽtia q̃d rũe dicturi sũt pœnitentiã agentes: ⁊ præ angustia spũs gementes? Quid nobis, pfuit supbia: et diuitiarũ iactantia q̃d intulit nobis? Trãsierũt illa oia tanq̃ vmbra. Ergo errauimus a via veritatis: ⁊ iusticię lumẽ nõ illuxit nobis: et ille sol nõ est ortus nobis. Ille sol iusticie oritur: istũ autẽ solẽ visibilẽ facit de⁹ quotidie oriri sup bonos ⁊ malos. Ad illũ autẽ solem videndũ iusti ꝓparant: mõ in cordib⁹ nostris habitat iste sol p fidem. Si ꝛascaris ne occidat sol iste in corde tuo sup iracũdiã tuã: ne forte irascaris ⁊ occidat tibi sol iusticie: et in tenebris remaneas. Ne puteris autem q: nihil sit iracũdia: Turbatus est præ ira oculꝰ meus. Utiq; cui turbat oculus solez videre nõ põt: ⁊ si conat⁹ fuerit videre: pœna illi est non voluptas. Quid est ira? Libido vindicandi. Et libet hominẽ vindicari? Et nondũ est ꝓpria vindicta: nõdũ sũt sancti martyres vindicati: adhuc expectãt patientiaꝫ dei vt cõuertant inimici christi: cõuertant martyꝛ inimici. Mos qui sumus vt vindictã quęramus? Si ꝛaret illã de⁹ de nobis: vbi remaneremus? Ille qz nihil nos lęsit: non vult se vindicare de nobis: ⁊ nos quęrim⁹ vindicari qui pene quotidie deũ offendimus? Ergo dimittite. Dimittite et corde. Irat⁹ es noli peccare. Irascimi ⁊ nolite peccare. Irascimini q̃si boies si vincimini: ⁊ nolite peccare vt irã in corde teneatis: ne in illud lumẽ intretis. Ergo dimittite. Quid est ira? Libido vindicandi. Quid odiũ? Ira inueterata. Ira inueterata si facta ẽt odiũ dicit. Quid videt cõsiderari ille q̃ cũ diceret: Turbat⁹ ẽ ꝓ ira oculꝰ meus addidit: inueteraui in oibus inimicis meis? Nõ erat ira cum esset noua: odiũ factũ ẽt: qz in vetustate cõuersũ est. Ira festuca ẽt: odiũ trabes ẽ. Aliqñ reprehẽdim⁹ irascentẽ: ⁊ odiũ tenem⁹ in corde: ⁊ dicit nobis christ⁹: Festucã in oculo fratris tui vides: ⁊ trabẽ in oculo tuo nõ vides. Ubi creuit festuca vt trabẽ fa-

Matth. 6.

Luc. 18.

Psal. 18.

Malach. 4.

Psal. 16.

Psal. 5.

Matth. 5.

Eph. 4.

Psal. 6.

Matth. 7.

ceret? Quia nō stati emulsa ē: Quia passus
eo exire ⁊ itrare solē totiēo sup iracūdiā tuā:
fecisti illā veterē: attraxisti malas suspitiōes
⁊ rigasti festucā: rigando nutristi: nutriendo
trabem fecisti. Expauesce vel quādo dicit:
1. Joh. 3. Qui odit fratrē suum homicida est. Gladiū
non eduxisti: non vulnus in carne fecisti: nō
corpus plaga aliqua truncasti: cogitatio so
la odij in corde tuo est et teneris homicida.
Reus es ante oculos dei: ille viuit ⁊ tu occi
disti. Quum ad te ptinet occidisti quē odi
sti. Emēda te: corrige te. Si in domib⁹ vrīs
scorpiones essent aut aspides: quātū labo
rareris: vt domus vras purgaretis et secu
ri habitare posletis? Irascimini: inuet erank
irę in cordib⁹ vestris: fiunt tot odia: tot tra
beo: tot scorpij: tot serpētes: et domū dei: id
est cor vestrū purgare nō vultis. Ergo facite
Matth. 6. qđ dicū est: Sicut ⁊ nos dimittim⁹ debito
rib⁹ nrīs: et secuī dicite: Dimitte nob debi
ta nra: q; sine debitis i hac tra viuere nō po
testis. Sed alia fuit illa magna crimia: q̄ vo
bis bonū est in baptismo dimitti: ⁊ a quib⁹
semp esse alieni debit: alia quotidiana pec
cata: sine qbus hic hō viuere nō pōt: ꝓpter
que necessaria est quotidiana oratio: cū suo
pactu dimittit ac placito: vt quomō dicat
dicit: Dimitte nobis debita nra: sic veracit:
℣ Sic ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nrīs. Dein
de ista dimim⁹ de peccatis ꝑteritis: qđ de cę
tero? Ne nos inferas in tēptationē: dimitte
q̄ fecim⁹: ⁊ alia non cōmittamus. Quicunq;
ēn tēptatione vincit: peccatū ipse cōmittit.
Jacobi. 1. Etenim inquit apls Jacob⁹: Nemo cū tē
ptatur dicat q̄ a dō temptat. Deus ēn in
tēptatos malo⁹ est. Jpe ēn neminē tēptat.
Unusqsq; autē temptat a cōcupiscētia sua
abstractus ⁊ illect⁹. Deinde generat mortē.
Vel mortē time: si peccatū nō timeo. Noli
cōsentire cōcupiscētię tuę. Nō est vnde cōci
piat nisi de te. Cōsensisti: quasi cōcubuisti i
corde tuo. Surrexit cōcupiscētia. Cōcupiscē
tia cū cōcepit parit peccatū. Peccatū vo cū
cōsummatū fuerit: generat mortē. Ergo ne
abstrahanie a cōcupiscentia tua: nega te illi
noli eam sequi: illicita est: lasciua est: turpis
est: alienat te a deo. Noli dare cōsensiones
amplexui: ne plangas partū: q; si ꝓcesserit:
id est si amplexat⁹ fueris: cōcipis. Cū cōcu
piscētia, cōceperit: parit peccatū. Nondū ti
mes peccatū? Time q̄ ꝓducit peccatū. Dul
ce est peccatū: ꝑ amara est mors. Jpa est in
felicitas hominū, ꝓpter qō peccāt: morientes
hic dimittūt: ⁊ ipsa peccata secum portant.
Peccas ꝓpter pecuniā: hic dimittenda est.
Peccas ꝓpter villā: hic dimittēda est. Pec
cas ꝓpter mulierē: hic dimittēda est. Et de
quid ē ꝓpter qđ peccas: q̄si oculos i morte
clauserio: hic dimittis: ⁊ ipm peccatū qō cō
mittis tecū portas. Dimittank peccata: di
mittank ꝑterita: cessent futura. Sed nō pōt
hic viuere sine ipsis: vel minuta sint: vel le
via. Sed ipsa levia vel minuta nō ꝓdēnank.
De minutis gutta fluuia ipleñk. Nō cōtē
nank vt mioza. Per angustas rimulas infu
dat aq̄: nauis ipleñ sentina: ⁊ si ꝓdēnat sentī
na: mergit nauis. Sz nō cessat a naut⁹ am
bulāt man⁹: sicut nę man⁹ ambulēt vt qtidie
deficiat sēntę. Quid ē ambulēt man⁹? Da:
dent: fac bona opa: ambulēt man⁹ tuę: Frā
ge esurienti panem tuū: ⁊ egenū sine tecto in
duc in domū tuā. Si videris nudum vesti.
Hec quātū potes: fac vnde potes: fac būnāri
ter: ⁊ securus mitte orationē. Habebit alas
duas: geminas elemosynas. Quid ē gemi
nas elemosynas? Dimittte et dimittet vo- Luc. 6.
bis: date ⁊ dabit vobis. Una est elemosyna
q̄ fit de corde: q̄si fratri tuo dimittis pecca
tū. Altera elemosyna q̄ fit de substantia: q̄si
panē pauperi porrigas. Ambas face: ne sine
vna ala remaneat oratio tua. Ergo cū dixe
rim⁹: Ne nos inferas in tēptationē: sequit:
Sz libera nos a malo. Qui vult libert a ma
lo: festatur q̄ in malo est. Ideo dicit apls:
Redimētes temp⁹ q̄si dies mali sunt. Sed Eph. 5.
quis est qui vult vitaz: ⁊ diligit videre dies Psal. 33.
bonos: q̄si oio homo in hac carne nō habet
nisi dies malos? Quis nō vult? Hec qō sequ-
tur: Cohibe linguā tuā a malo: et labia tua
ne loquātur dolū. Declina a malo ⁊ fac bo
num: inquire pacē ⁊ sequere eam: et caruisti
dieb⁹ malis: ⁊ implesti qō orasti: Libera nos
a malo. Tres ꝑ petitiōes superiores: Sanctī
ficet nomē tuū: Adueniat regnū tuum: Fiat
volūtas tua sic in celo ⁊ in terra: ęterna sūt.
Quattuor aūt sequētes ad istā vitā ptinēt:
Panē nostrū quotidianū da nobis hodie:
Nūquid quotidie petituri sum⁹ panē quo
tidianū: q̄si ad illā satietatē venerimus? Di
mitte nobis debita nra: numquid dicem⁹ in
illo regno: q̄si debita nō habebim⁹? Ne nos
inferas in temptationē: nūquid tunc dicere
poterim⁹: q̄si nulla erit tēptatio? Libera nos
a malo: nūquid dicem⁹: q̄si nullū erit vnde

liberemur? Quartuo: ḡ ista ꝓpter vitā nr̄az quotidianam nobis necessaria sunt: tria vo illa ꝓpter ēternā. Sed oia petam⁹ vt ad illa puenuam⁹: t hic regamur: ne ab illa separemur. Oro vobis quotidie dicēda est: cū baptizati fuerit⁹. In ecclia ēn ad altare dei q̄tidie dicāt ista oro dīca: t audiunt istā fideles. Nō ḡ timem⁹ ne min⁹ illā teneatis diligēter: q: t si qs vestrū nō poterit tenere pfecte: audiēdo quotidie tenebit. Ideo die sabbati qñ vigilaturi sum⁹ i dei mlcōia: reddituri estis: nō oronē ꝑ symbolū. Nō ēn nulli teneatis symbolū in ecclia: in qlo symbolū quotidie nō audītis. Cum aūt tenueritis vt nō obliuiscam⁹: quotidie dicite qñ surgitis: qñ voo collocatis ad somnū: Reddite sym-
bolū vrm: reddite dño: cōmemorate vosip-
• sos: nō pigeat repetē. Bona ē repetitio: ne subrepat obliuio. Ne dicatis dixi heri: dixi hodie: quotidie dico: teneo illud dñi. Cōmemora fidē tuā: Inspicete: sit tanq̄ speculū tibi symbolū tuū. Ibi te vide. Si credis oia q̄ te credere ꝓfiteris: t gaude quotidie i fide tua. Sint ōrōnes tuę: sint quotidiana ista q̄dāmodo indumēta mētis tuę. Nūquid non qñ surgis te vestis? Sic t cōmemoratio symbolū tuū vesti animā tuā: ne forte eā nudet obliuio t remaneas nud⁹: t fiat qđ ait apls:
2. Cor. 5. qđ absit a te: Si tñ vestiti nō nudi inueniamur. Vestiti ēn enim⁹ fide nr̄a: t ipsa fides t tunica ē t lorica. Tunica ꝓtra cōfusionem: lorica ꝓtra aduersitatē. Cū aūt venerim⁹ ad illū locū vbi regnabim⁹: nō opus est vt dicamus symbolū: Deū videm⁹: ipse de⁹ nobis vtlo erit: visio fidei nr̄e merces erit: Amē.

De illuminatione cęci nati: ac totius nudi cęcitate: Homelia XLIII

Joh. 9. B D Dominus iesus: sic audiuim⁹ cū euāgelistā legeret aperuit oculos hominis q̄ cęcus erat nat⁹. Fratres si attēdam⁹ hereditariā pēnā nostrā: tot⁹ mūdus cęcus est. Ideo venit ꝓpe illuminator: q: diabolus fuerat excęcator. Ille cęcos nasci fecit: q̄ primū voluem decepit. Currit ad illuminatorē: currit: credat: accipiat lutū de saliua factū. Saliua quasi verbū est: terra caro ē. Lauet faciē in piscina syloa. Pertinuit aūt ad euāgelistā exponere nobis qđ significet syloa: t ait: qđ interpretat⁹ missus. Quis ē ipse missus nisi q̄ dixit in ipsa lectione? Ego inq̄t veni vt faciā opa eius q̄ me misit. Ecce syloa: lauate faciē: baptizami: vt t illuminemi et videat⁹ qđ ante nō videbatis. Ecce ꝑmū ad hoc qđ dictū est: oculos aperite. Ego inq̄t veni vt B faciā opa eius q̄ me misit. Jā hic exiliit arrianus t dixit: Ecce videtis: qz christ⁹ nō fecit opa sua: ꝑ patris q̄ eū misit. Nūquid ꝑ dicere ret si videret: hoc est si ipso q̄ misso est: tāq̄ in syloa faciē lauaret? Quid ḡ dicis? Ecce ipse inq̄t qđ dixit? Veni vt faciā opera eius q̄ me misit. Nō ḡ sua? Nō. Et qđ est qđ ait? Ipe syloa: ipse missus: ipse filius: ipse vnicus quē tu ḡris esse degenerē. Quid est qđ ait:
Joh. 16. Oia quę habet pater: mea sunt? Tu dicis: qz opa aliena faciebat: q: dixit: Faciā opera eius q̄ me misit. Ego dico: qz pater res alienas habet: fm eos tuū loquor: Dā mihi vias ꝓscribere: q: dixit christus: veni vt faciā opa eius q̄si nō mea: sed eius q̄ misit me? Interrogo te dñe christe: solue ḡstionē sine ꝓcrastinatione. Oia inq̄t q̄ habet pr̄ mea sūt: Ergo patris nō sunt si tua sūt. Nō ēn ait: Oia q̄ habet pr̄ dedit mihi: quis si t hęc dixisset ēq̄litatē ostēdisset: ꝑ molestū est qđ dixit: Oia q̄ habet pater mea sūt. Si intelligis: oia q̄ habet pr̄ filii sunt: oia q̄ habet filius patris sunt. Audi illū alio loco: Oia mea tua sunt: t tua mea sunt. Finita est ḡstio: de his q̄ habet pr̄ t filius. Cōcordia habet: tu litigare nolis: opa patris q̄ dicit opa sua: q: t tua mea sunt: qa
Joh. 17. illi⁹ patris dicit opa cui dixit: Oia mea tua sunt: t tua mea sunt. Ergo opa mea tua sunt: t opa tua mea sūt. Quęcūq; ēn pater facit: ipe dixit dño: dixit vnigenit⁹: dixit filius: dixit veritas: Dixit. Quid dixit? Quęcūq; pr̄ facit: hęc t filius facit sūt. Magna expssio: magna vitas: magna ēqlitas. Oia q̄ pr̄ facit:
Joh. 5. hęc facit t filius. Sufficeret oia q̄ pater facit: hęc facit t filius: Nō sufficit: addo sūt. Qua re addo sūt? Quia solet dicere nō intelligenteo: t nōdū apertis oculis ambulāteo: solet dicere: Pr̄ fecit iubēdo: filius obsequēdo: Ergo dissimilē. Si aūt sūt: quō ille sic: ille sic? Quę ille: hęc t iste. Sed iubet pater inq̄t vt C faciat filius. Carnaliter quidē sapio: ꝑ fine ḡ iudicio veritatis. Ledo tibi. Ecce pater iubet: filius obsequit. Nūquid ideo nō ē eius naturę filius: q: ille iubet: ille obsequit? Da mihi duos homines: patrē t filiū: homines sūt duo: q̄ iubet hō est: q̄ obsequit hō est. Qui iubet t qui obsequit vnam habent candēq; naturā. Nūqd ille q̄ iubet nō de natura sua genuit filiū? Nūquid ille qui obsequit: obsequēdo naturā pdidit? Accipe ergo interim quomō accipio duos homines: patrē iubentem

tem: filiū obsequētez: tamē deum ⁊ deū: sed simal isti duo sunt homines: simul ille vnus deus: hoc est diuinū miraculum. Interim si vis vt tecū agnoscā obsequiū: pus mecum nosce naturā. Hoc genuit pater qō ipse est. Sed si aliud genuit pater q̄ qō ipse est: non
Ps.109. verū genuit filiū. Pater dicit ad filium: Ex vtero ante luciferū genui te. Quid est ante luciferū? Per luciferū significant tempora. Ergo ante tēpora: ante omne qō ante dicit: ante omne qō nō est: vel ante omne qō est. Nō enī ait cuāgelistā: In pncipio fecit de⁹ hōnē: quomō dixit: In pncipio fecit deus cēlū ⁊ terrā: aut in pncipio natū est verbū: aut in pncipio deus genuit verbū. Sed qd ait?
Joh.1. Erat erat: audis erat: crede. In pncipio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ de⁹ erat verbū. Totiens audio erat: noli quærere temp⁹ q: semp erat. Ille ergo q semp erat: ⁊ cū filio semp erat: q: potens ē deus sine tpe generare: Ille dixit ad filiū: Ex vtero ante luciferū genui te. Quid est ex vtero? Deus habuit vterū? Putabim⁹ deū q mēbra corpalia esse dispositū? Absit. Et q̄re dixit: ex vtero: nisi vt intelligeret de sua substātia genuisse. Ergo ex vtero hoc processit: qō erat ipe qui genuit. Nā si aliud erat qui genuit: aliud autē ex vtero processit: monstrū est nō filius. Ergo faciat filius opera eius qui misit eū: faciat ⁊ pater opera filij. Certe voluit pater: efficit filius. Ecce ostēdo: q: vult filius: facit pater. Vbi ostēdis inq̄s? Nō ostēdo. Pater volo. Jā ego si calūniari vellē: ecce filius iubet
Joh.17. ⁊ pater facit. Quid vis? Vt vbi ego sum et illi sint mecū. Eua simus: illuc eamus vbi ē. Quis dedit: Omipotens volo. Audio voluntatē potestatis: potestatē voluntatis. Sic
Joh.5. pater inq̄t: sic suscitat mortuos et viuificat: sic ⁊ filius quos vult viuificat. Ne dicas illos viuificat fili⁹ quos iubet et pat vt viuificet: quos vult viuificat. Ergo nō quos vult pat sed qs vult ipse: q: vbi ē vna potestas: vna voluntas est. Habeamus q̄n corde nō cęco: patrio ⁊ filij vnā eandēq; naturā: q: ver⁹ est
D pater: verus est filius. Quod est hoc genuit: q: genuit⁹ nō degenerauit. Nescio qd potest monere in verbis illis q̄ cęcus erat. Et forte multos nō bñ intelligētes facit desperare. Aut est inter cętera sua verba: idem cui oculi
Joh.9. li aperti sunt: Scimus quia peccatores de⁹ nō exaudit. Audem⁹ rogare deū: si petōres non exaudit? Date mihi qui roget: ecce est q exaudiat. Date q roget: discutite gen⁹ humanū ab impfect̄ ad pfectos. Ascēde averno ad estatē: hoc est cantauim⁹: Estatē ⁊ vēnū tu fecisti. Jā spiritales ⁊ adhuc carnales tu fecisti: q: ⁊ ipse filius⁹ dicit: Impfectū meū Ps.138.
viderūt oculi tui. Impfectū qō est in corpe meo viderūt oculi tui. Et quid deinde? Habent spem qui impfecti sunt? Habēt plane. Audi qō sequit: Et i libro tuo oēs scribent. Sed forte frēs spiritales rogāt ⁊ exaudiunt q: peccatores nō sunt. Quid faciunt carnales: qd faciāt? Peribūt? Deū nō rogabūt? Absit. Da mihi illū publicanū. Veni publicane: sta in medio: ostēde tuā spem: ne infirmi pdant spē. Ecce enī ascēdit publican⁹ cū Luc.18.
pharisęo orare: ⁊ delecta facie in tra dicebat longe stans: tundēs pect⁹: Dñe ppiti⁹ esto mihi pctōri. Verū dixit: Et descēdit iustificat⁹ magis q̄ ille pharisęus: q: dixit: ppiti⁹ esto mihi peccatori. Verū dixit an falsū? Si verū dixit: peccator erat: ⁊ exaudit⁹ est: ⁊ iustificat⁹ est. Quid est q̄ qō dixisti tu: cui dō oculos aperuit: scimus q: peccatores deus nō exaudit? Ecce peccatores deus exaudit. Sed laua interiorē faciē tuā: fiat i corde tuo qō factū est in facie tua ⁊ videbis: q: peccatores deus exaudit. Fefellit imaginatio cordis tui. Adhuc est qō tibi faciat. Certe pietas est iste de synagoga: adijt ad eū ⁊ dixit ei: Tu credis in filium dei? Et ille: Quis est domine vt credam in eum? Videbat ⁊ non videbat. Videbat oculis: sed adhuc corde nō videbat. Aut illi dominus: Et vides eū: hoc est oculis: ⁊ qui loquitur tecum ipse est. Tūc pstratus adorauit eum. Tunc lauit facē cordis. Incūbite q̄ oīonib⁹ peccatores: cōfitemini peccata vra: orate vt depellant: orate vt minuant: orate vt vobis pficiāt⁹ ipsa defici. Tamē nolite desperare ⁊ peccatores orate. Quis enī nō peccauit? A sacer- E
dotibus incipe. Sacerdotibus dixit: Pcius offerte sacrificia p peccatis vestris: ⁊ sic pro populo. Sacrificia cōuincebant sacerdotes vt si qs se iustū ⁊ sine peccato diceret: ridet ei: Nō attēdo qō loqueris q̄ qd offeras. Ei crima tua cōuincit te. Quare offers p peccatis tuis: si nulla habes peccata? En offers sacrificiū: an in sacrificio tuo mētiris deo? Si forte sacerdotes veteres plū peccatores erāt: noui populi nō sunt peccatores. Certe fratres q: deus voluit: sacerdos ipsius sū: peccatos sum: vobiscū pectus tundo: vobiscuꝫ

venīā rogo: vobiscū deū ꝓpitiū spero. Sed forte apostoli sancti: primi: summi arietes gregis pastores: mēbra pastoris: forte ipi nō habebāt peccatū? Tlere t ipsi habebāt: non irascunt: qz cōsentiunt. Ego nō auderē: ipm ꝓmū dñm audi dicentē apostolis sic: Orate. Quō illi sacerdotes sacrificijs nō incendunt: sic isti oratiōe. Sic orate. Et inter cętera quę Matth. 6. iussit orari: et hoc ꝓposuit: Dimitte nobis debita nra sicut t nos dimittim⁹ debitorib⁹ nris. Quid dicūt apli? Quotidie sibi debita petūt dimitti: Debitores intrāt: absoluti exeunt: t ad orationē debitores redeunt. Ista vita non est sine peccato: vt quotiens orat: totiēs peccata dimittant. Sz qd dicā? Illi forte qñ dicerūt orationē: adhuc infirmi erant. Forte dicet hoc aliqs qñ illos docuit dñs iesus orationē adhuc paruuli erāt: infirmi erāt: carnales: nōdum erant spirituales qui nō habēt peccatū? Quid ḡ fratres? Facti spirituales orare cessauerūt? Debuit ḡ christ⁹ dicere: Nō talia orate: t daret spiritalibus alterā orationē: vna est: ipsa est: ipe est q dedit ipsam. Ergo orate ꝓ ecclesia. Sz tollam⁹ cōtrouersiā: qñ dicis spirituales esse sanctos apstos: quouisqz paterer dñs carnales erāt: hoc eos dicturꝰ. Denicꝑ qđ verū est: illo pendente trepidauerūt: t tūc desperauerūt apli qñ credidit latro. Petrus ausus est Marci 14. sequi qñ dñs ad passionē ducꝰ ē: ausus est sequi: quia domū peruenit t i atrio fatigatus est: ad ignem stabat et friguit. Ad ignē sterit: rumore frigido cōgelauit. Interrogatus ab ancilla negauit christū semel: interrogatus iterū: negauit: interrogat⁹ tertio: negauit: Deo gras: qz cessauit interrogatio. Si nō cessaret interrogatio: diu repeteret negatio. Ergo posteaqz surrexit: tūc eos cōfirmauit: tūc facti sunt spirituales. Jā ḡ non habebant peccatū. Spirituales apli scribebāt spiritales epas: ecclis mittebāt. Nō habebāt peccatum. Hoc dicis: Nō tibi credo: Ipsos interrogo. Dicite sancti apli: postea q̄ surrexit dñs t cōfirmauit vos spūsancto misso ō cęlo: cessastis hꝫ peccata? Dicite nob obsecro. Audiam⁹ ne desperēt peccatores: ne desināt rogare deū: qz nō sūt sine peccato. Dicite nobis: Ait vn⁹ ipoꝝ. Et quis? Quē dominꝰ amplius diligebat: t q supra pecꝰ dñi discūbebat: t regni cęloꝝ qđ ructuaret secretū bibebat. Ipse eū interrogo. Habebatis 1. Joh. 1. peccatū an nō? Respōdet t dicit: Si dixerimus: qz peccatū nō habem⁹: nosipsos decipim⁹ et veritas in nobis nō ē. Johānes aūt ille est q dixit: In ꝓncipio erat verbū: t verbū erat apud deū: t deus erat vbū. Videte quāta trāscēderat vt pueniret ad vbū. Talis ac tantus q volauit sicut aquila sup nubes: qui mētis serenitate cernebat: In ꝓncipio erat vbū: ipe dixit: Si dixerim⁹: qz peccatū nō habem⁹: nosipsos decipim⁹: t veritas in nobis nō est. Si aūt cōfessi fuerim⁹ peccata 1. Joh. 1. nra: fidelis t iustus ē vt dimittat nobis peccata nostra: et mūdet nos ab oī iniqtate. Ergo orate: Amen.

De testimonio christi de Johanne baptista dicentis: In natis mulierū nō surrexit maior Johāne baptista: Testimonio quoqz Johānis de christo dicentis: Qui venit post me maior me est: cuius nō sū dignus corrigiam calciamēti soluere: Domelia XLIIII

Matth. 11.

Joh. 1.

